G vna ſpecie, & de indiuiduis eius. Deficitus vero eſt, qm ipſum accidens quoq; communicat in hac definitione: quia nigrum prædicatur de coruo, & pice, & reliquis ſpeciebus nigris in eo quod quale. Si volumus ergo q hanc definitio ſit integra, dicemus q eſt, quę prædicatur de pluribus, ita vt ſit pars quiditatis eorũ, in eo quod quale. Per hoc ergo, quod dicimus ꝓdicari de pluribꝰ, amplectimur quidem oĩa illa nomina. & per hoc, qđ dicimꝰ q eſt pars quiditatis eorũ, diſtinguitur à ſpẽ, q eſt tota quiditas eorum, & à ꝓprio, & accidenti, q non ſunt pars quiditatis rei, de qua prædicantur. & p hoc, quod dicimus in eo quod quale, diſtinguimur à genere, qđ eſt quiditatis rei, de qua prædicat, & in eo quod quid eſt. Poſſet tñ quis dubitare de eo, quod dixit, driam prædicari ſem p in eo quod quale. nam poſſet quis exiſtima H re p ipſam fieri reſponſum ad interrogationem factam p quid eſt. nã ſi quæraꝰ de ſtirpe quid ſit, poterit quis credere q reſpõſio erit, q eſt ſtirps, quę eſt differentia. pari ratione ſi quæraꝰ quid eſt homo, poterit reſponderi rõnalis. verum tñ neminem latet, q, cum dicimus in illa interrogatione, ipſã eſſe ſtirpem, q id nõ ſit quatenus eſt dria, ſed ea ratione, qua eſt genus, vel ſpecies: qm non præceſſit in hac interrogatione ipſum genus, quod diſtinguit per hanc differẽtiã. Et hoc idem met dubium cõgit in eo, qđ dixit de ſpecie, q per eam reſpõderetur ad interrogationem factam p quid eſt. qm poſſet quis credere, quod poſſit fieri reſponſio per id, quod eſt quale. vt ſi quæraꝰ de hoie, quodnam aĩal ſit, potent reſpoderi homo, qui eſt ſpecies. Ad hoc ergo dicendũ eſt q, cũ genꝰ ſit materia ſpẽi, quę ſub ipſo exiſtit, I vel ſimile materiæ: differentia vero ſit forma, vel ſimilis formæ: ſpẽs aũt ſit materia & forma ſimul: tunc, ſi ad hanc interrogationem reſpondeamus q eſt homo, eſſet ſuperfluum quid: qm iam nouimus eius materiam, cũ diximus aĩal. reperitur ergo materia, cũ dr homo. nam, cum dr homo, intelligitur aĩal rationale. patet ergo q ſi reſpõdeat ad illam interrogationem q eſt hõ, & reſpondebit quidem ſic, propter ipſam differentiam, quæ eſt rationale. qm in hoc reſponſo non oportet notificare niſi tantum formam: & ideo fit reſpõſio in eo qi quale per ſpeciem, ratione differentiæ tantum. & hoc ideo fit, qua omnes res conſtant ex materia & forma, aut ex rebus ſimilibus materiæ & formæ. Inquit Leui. Ideo Porphyrius dixit hoc, quia ſubſtantiæ ſenſibiles k conſtant ex materia & forma, re vera, vt in primo Phyſicorum probatum eſt: accidẽtia vero non conſtant ex materia & forma, ſed ex rebus ſimilibus materiæ, & ſimilib⁹ formæ. Vt exempli gratia, ſi dicamus circulũ eſſe figuram, in cuius medio exiat punctus, à quo oẽs lineæ rectæ ductæ ad circunferentiã ſunt æquales: figura itaq; eſt quid ſimile materiæ, quia eſt communis circulo & reliquis figuris. ſed non eſt materia re vera: quia materia non eſt niſi in ꝓdicamẽto ſubſtantiæ. & id, quod dicitur, in cuius medio exiſtit punctus, à quo oẽs lineæ rectæ ductæ ad circunferentiam ſunt æquales, eſt quid ſimile formæ: ſed non eſt forma, quia forma eſt in prædicamento ſubſtantiæ. Eſt quoq; manifeſtũ q genera accidentium non ſunt ſubiecta differentiarum eorum, eo pacto quo ſunt genera ſubſtantiæ differentiarũ L ipſarum, vt exempli gratia, corpus eſt ſubiectum formæ ſtirpis re vera: ſed figura non eſt ſubiectum triangulo vel circulo, niſi in oratione: & eſt ſimile formæ totius in oratione, vt perſpicuũ eſt. D. d. Auer. Definiuit ad huc differentias ſubſtantiales. Inquit Leui. Hoc debet intelligi actu: & ſic non eſt ueꝝ rum proprium, vt videbitur in definitione propriꝰ. Quòd ſi ſumatur in potentia, & no mi nemus ipſum proprium, tunc manifeſtũ eſt q potentia eſt ad vnamquanq; ſcientiarum & artium. & ſic eſſet proprium, ſi proprium dicat habere potentiam ad vnãquãque illarum. quo pacto ergo erit differentia ipſa potentia, qua homo diſcit artes, & ſcientias? & iam fuit declaratum q huiuſmodi potentia eſt differentia hominis. quare ſi volumus appellare proprium hanc artẽ, ſi ſit actu. Tunc non erit verum proprium. M

De Proprio. Cap. 5.

Videtur cap.

PRoprium vero quadrifariã diuidunt. Nam & id, quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi non omni, proprium dicitur: vt homini medicũ eſſe, vel geometram. Et quod oĩ accidit ſpeciei, etſi non ſoli: quemadmodum hominẽ eſſe bipedem. Et quod ſoli & omni, & aliqñ: vt omni homini in ſenectute canescere

Senescere. Quartū aūt id, in quo conuenerunt & soli, & omni, & semper: quemadmodum hoi esse risibile. nam & si non semp rideat, tñ risibilis dicit: non q̄ rideat semper: sed q̄ semper aptus nat⁹ sit vt rideat. hoc aūt ei semper cōnaturale est, quemadmodum & equo hinnibile. Hæc autem & proprie propria dicunt, qm̄ etiam conuertuntur. siquid enim equus hinnibile est: & si quid hinnibile est, equus est.

B

Sermo de Proprio.

ER. INquit. Proprium aūt quadrifariam dicitur. Primo autem modo dicitur propriū id, quod contingit alicui speciei soli, sed non toti illi speciei: vt est scientia medica, & geometria, quę homini inest. Secūdo modo dicitur id, quod toti accidit speciei, sed complectit aliquid aliud præter illam spēm: vt est habere duos pedes, quod quidem inest homini. Tertio modo dicitur id, qđ alicui tñ speciei accidit, & toti eidem, sed in varijs temporibus: vt

C est proprium homini canescere in senectute, & senescere. Quarto modo dicitur vere proprium, illud vl'e, quod toti speciei, soliq;, omniq; tēpore: vt risibilitas homini inest, hoc est promptitudo atq; potentia ad ridendum, non q̄ actu rideat semper. De natura autem hui⁹ proprij est, vt conuertatur cum re, cuius est proprium. nam quilibet homo est risibilis, & quodlibet risibile est homo. identidem quilibet equus est hinnibilis & quodlibet hinnibile est equ⁹.

Sermo de Proprio. D

LEVI. DIxit Porphyrius. Proprium aūt est, &c. Inquit Leui. Ola verba Porphyrij sunt nota, ideo non indigent expositione.

De Accidente. Cap. 6.

ACcidens aūt est, quod ad est & abest præter subiecti corruptionem. Diuiditur autem ī duo: hoc enim ipsius separabile est, illud vero inseparabile. dormire q̄dē separabile accidens est: nigrū vero esse inseparabiliter coruo & æthiopi accidit. Potest. n. intelligi & E coruus alb⁹, & æthiops abñciēs colorem, præter subiecti corruptionem. Definiunt aūt sic quoque. Accidens est quod contingit eidem inesse & non inesse. Et quod neq; genus est, neq; differētia, neq; species, neq; propriū: semper aūt est in subiecto subsistens. Oībus aūt determinatis, q̄ proposita sunt (dico autem genere, specie, differentia, proprio, accidēte) dicendū est quæ eis cōia sunt, & quæ propria.

F

Sermo de Accidente.

INquit. Accidens est id, cuius esse AVER. & non esse potest quidem imaginari ꝑter hoc, quod imaginet corruptio subiecti eius, vel ipsius esse. Diuidit aūt accidens bifariam, videlicet in accidens separabile, & in accidens inseparabile: vt est somnus, q̄ quidem est accidēs separabile ab ipso aīali: & vt nigredo, quæ ē inseparabilis a coruo, & ab ęthiope. potest etenim imaginari coruus albus, & ęthiops albus præter hoc, quod sequatur

G quæ ex hoc corruptio hoīs vel corui: cuius rei oppositio modo se hēt gen⁹ & differētia. Inquit. Definitur insuper ipsum accidens sic, accidens est quod pōt inesse vni & eidē rei, & non inesse. Vēl quod non est genus, nec differentia, neq; spēs, neq; proprium: & qđ semper sit in subiecto. Prima ergo definitio amplectit accidens separabile & inseparabile: Secunda vero separabile tantum cōtinet accidens.

Sermo de Accidente.

LEVI. DIxit Porphyrius, Accidens est, quod potest imaginari esse & nō esse. Inquit Leui. Sensus est, q̄ possit imaginari esse accidentis, sine esse eius subiecti: aut priuatio eius, absq; priuatione subiecti illius. nam potest imaginari generatio nigredinis in subiecto, ex quo gignitur coruus, præter hoc, qđ oportet gigni coruus in tali generatione, quin nigredo nō est pars quiditatis corui, genus vero & species, ac differentia, quæ sunt in prædicamento substantiæ, cum gignuntur in hoc subiecto, fit quoque generatio subiecti. Pari ratione potest imaginari eius destructio, absq; destructione subiecti: hoc est, q̄ potest imaginari destructio nigredinis à coruo, sine destructione corui, qm coruus est coruus per quiditatem suam: nempe per materiam, & formam, & si imagineur destructio nigredinis, remanebit coruus coru⁹ licet hoc non possit reperiri in esse. & ideo dixit, potest imaginari. Quòd autem sententia Porphyrij sit, q̄ possit imaginari generatio accidentis, sm: generatione subiecti, & eius destructio absq; destructione subiecti, patet per hoc, quod dixit, q̄ potest imaginari corui⁹ albus, præter hoc, q̄ sequatur coruspecie corui de necessitate. intelligit autem per hoc, q̄ possit imaginari destructio accidentis inseparabilis à coruo, præter hoc, q̄ sequatur corruptio corui. Præterea, si sententia Porphyrij esset, q̄ possit imaginari generatio ipsius absq; corruptione subiecti eius, & eius destructio absq; generatione subiecti ei⁹ (vt putat multi ex hac definitione) par quidem erit ratio de genere, & specie, atq; differentia: quoniam subiectū generis sunt species, & individua, quæ sunt sub ipsa, & subiectum differētiæ est species, & individua, quæ sunt sub ipso: subiectum quoq; speciei sunt individua, quæ sunt sub ipsa, de quibus ipsa prædicatur. magnum autē est q̄ nō oporteat vt ex generatione horum in hac subiectis sequatur corruptio subiectorum, sed eorum generatio: pari quoq; ratione nō sequitur ex corruptione horum ex his subiectis generatio horum subiectorum, sed corruptio ipsorum. Sensensus ergo Porphyrij, quæ dicta est à nobis. In hac autem definitionē exstat aliquis defectus. qm si in hac definitione communicat proprium, ita quo que poterimus dicere, q̄ in hoc communicant genus, & species, & differentia, quæ in reliquis prædicamentis, excepta substantia, reperiuntur. nam nigredo, quæ est in specie, potest imaginari, q̄ corrūpatur, præter corruptionem subiecti, in quo existit illa nigredo. nā pōt reperiri huiusmodi corpus, licet nōn reperiatur nigredo (vt paulo ante dictū fuit.) pari ratione & color niger, quæ est differentia dunsiua coloris, quæ est genus, hoc est q̄ potest imaginari eius destructio, præter destructionem subiecti, quod necessario reperitur: qm quandoq; hoc corpus reperitur, licet color niger nō reperiatur. eademq; ratione probabitur, q̄ ex eorum generatione non sequitur necessario generatio illius subiecti. Et si obijciet quis dicens, q̄ differentiæ, & species, atq; genera, si sumatur id, de quo ipsa prædicantur, prout significat quiditatem, vel partem quiditatis, vt cum prædicatur color de nigredine & albedine & color niger de nigredine, tunc ex eorum generatione sequitur generatio subiecti, & ex eorum destructione eius destructio: Respondebimus & dicemus, q̄ huiusmodi subiectum non est vere subiectum: sed tantum ratione. sed ipse loquitur hic in hac definitione de vero subiecto, s. secundum esse, & hoc est per se notum. & ideo definitio de accidente posito in hac arte, in quo nihil aliud communicat, est id, quo aliquid denominatur aliqua denominatione, quæ non significat quiditatem eius, neq; partem quiditatis, & vt sit illud denominatum, plus vel minus q̄ ipsa species. Cū itaq; dicimus in hac definitione, quo aliquid denominatur, est quidem cōmune cunctis nominibus, videlicet generi, speciei, differentiæ, proprio, & accidenti. Et cum dicimus, per denominationē quæ non significat quiditatem eius, ideo dicitur, quia species significat quiditatem rei, in quo uis prædicamento fuerit. Et cum dicimus, ne que partem quiditatis, ideo dicitur,

nus,

A nus, & differentia significant partem quidi tatis rei, quæ per ea denominat. Et per hoc, quod dicatur, vt ipsum denominatū in plus se habeat vel minus quàm ipsa species, ideo dicitur, quia per ipsam proprium denominant tota species, cuius ipsum est tantum proprium. D. d. Porphy. Definitum insuper ipsum accidens sic, Accidens est, quod potest ineſſe vni, &c. Inquit Leui. Porphyrius (vt nostra fert sententia) narrauit hic tres definitiones de accidente. Prima quidem includit hac cidens separabile & inseparabile, vt declarauimus. Secūda vero est, quæ dicit, q̄ potest ineſſe vni & eidem rei, & non ineſſe. manifestum autem est q̄ hæc definitio non ſverificatur nisi de accidēte ſeparabili, & in hac definitione excedit defectus, cū in ea cōmunicet accidens, quod est genus, vel ſpecies, vel differentia. nā nigredo, quæ est ſpecies,

B ia est dictū q̄ pōt ineſſe ſuo ſubiecto, & nō ineſſe: itidē & color niger, qui est dria, pōt in eſſe hoī, & nō ineſſe. Tertia definitio est, q̄ dicit q̄ non est genꝰ neq; ſpēs, neq; dria: neque proprii: & ſp exiſtit in ſubiecto. & hæc definitio est data in arte Topica, vel Dialectica, vt dixit Auer. in ſummula ſua logicali: & re vera est deſcriptio, & non definitio. Et cum dicit, q̄ non est genus, neq; ſpēs, vt ſdicaret, q̄ humōi denoſatio (seu affectio) opor tet vt ſit nomen denoſatiuum. nā nomen, quod non est denoſatiuum, in illa vtiq; p̄dicamentis, q̄ ſunt accidētia, ſunt ſemp, vel genus, vel ſpēs, v. g. color, vel nigredo, & albedo. Et cū dr, neq; dria, oſtendit q̄ hoc nomen denoſatiuū, de quo locuti ſumus, non denoſat p ipſum id, qđ denoſatiua vt ſit pe quiditatis eius. nā tunc eſſet dria, cū dicim nigrū, ſi de colore ipſum p̄dicemus, cū co-

C lor diuidat in nigrū & non nigrū. Per id vero qđ dicit, neq; proprii, oſtendit q̄ p hoc nomen ſignat accīs ſuppoſitū in hac arte, videlicet qđ non ineſt toti vni ſpēi, vel qđ ineſt pluribus q̄ illi. Per id vero, qđ dicit, & ſp exiſtit in ſubiecto, notificat quiditatē rei, de qua inquiritur. qm id, quod iā prędixit de hac deſcriptione, verificat de indiuiduis ſubſtiarū. & ió dixit ipſum exiſtit ſp I ſubiecto.

De communitatibus & Differentijs Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis. Cap. 7.

De cōitate communium.

COmmune quidē est oīb⁹ de pluribus p̄dicari, quēadmodum dictū est. Sed genus quidem de omnibus ſub D ſe ſpeciebus & indiuiduis: & differentia ſſtr. ſpēs autem de ſ̄s, q̄ ſub ipſa ſunt indiuiduis. at vero proprium & de ſpē, cuius est, proprium, & de ſ̄s, quæ ſub ſpē ſūt indiuiduis. accidēs autem & de ſpēbus & de indiuiduis. Nanq; animal de equo & boue prædicat, q̄ ſunt ſpēs, & de hoc equo, & de hoc boue, quę ſunt indiuidua. irrationale vero & đ equo & boue, & de ſ̄s, qui ſunt particulares p̄dicatur. ſpēs aūt, vt homo, ſolum de ſ̄s, qui ſunt parti- E culares homines, prædicat. proprium vero de ſpecie cuius est proprium, & de ſ̄s, q̄ ſub ſpecie ſunt indiuiduis: vt riſibile de homine, & de ſ̄s, qui ſunt particulares. nigrum aūt & de ſpē coruorū, & de ſ̄s q̄ ſunt particulares, quod est accidēs inſeparabile: & moueri de hoſe, & đ equo, quod est accidens ſeparabile: ſed principaliter quidem de indiuiduis, ſecunda ratione autē de ſ̄s, quæ continēt indiuidua.

Commune aūt est generi, & F differentiæ continentia ſpecierum. Continet. n. dria ſpēs, & ſi non oēs quot genera. rationale enim, etſi non continet irrationalia, quemadmodum aſal, tñ continet hominem & Deum, q̄ ſunt ſpecies. Et quæcunq; prędicantur de genere vt genus, & de ſ̄s, quæ ſub ipſo ſunt ſpeciebus prędicant. & quæcunq; prædicant de dria vt differentia, & de ea, q̄ ex ipſa est, ſpē p̄dicabunt.

De cōib⁹ gñis, & differentiæ.

Nam

G Nam cū genus animal sit, nō solum de eo prædicanť vt genus, substantia, & animatū & sensibile, sed etiā de ŷs, quæ sunt sub animali speciebus oībus prædicantur hæc, vsq; ad indiuidua. cūmq; dria sit rationale, prædicatur de ea vt dria, id quod est rōne vti: & non solū de eo quòd est rōnale, sed ēt de ŷs, quæ sunt sub rationali, speciebus prędicabitur rōne vti. Cōe quoq; est perempto genere, vel differētia simul perimi quę sub ipsis sunt.

H Quēadmodum enim, sī non sit animal, non est equus, neq; hōita si non sit rationale, nullū erit animal, quod vtatur ratione.

De dŕijs ip sorum. Propriū aūt est generi de pluribus prædicari q̄ dria, & spēs, & propriū, & accidens. Animal enim de hoīe & equo, & aue, & serpēte prædicať: quadrupes vero de solis quatuor pedes habentibus: homo vero de solis indiuiduis: & hinnibile de equo solū, & de ŷs, qui sunt particulares: et

I accidēs similiter de pauciorib⁹. Oportet aūt dŕias accipere, quibus diuidiť genus, non eas quæ cōplent substantiā generis, sed quæ sunt diuisiuæ. Ampli⁹, genus continet dŕiam potestate (animalis enim hoc quidē rationale est: illud vero irrationale) dŕię vero nō continent genera.

Amplius, genera quidē priora sunt ŷs, q̄ sunt sub se positæ differentiŷs. propter quod simul quidem eas auferūt, non aūt simul auferuntur ab eis: sublato enim animali, auferť rationale & irrationale. dŕiæ vero non amplius simul auferunt genus: nam etsi oēs interimantur, tñ substantia animata sensitiua intelligiť, quę est animal. Amplius, gen⁹ quidem in eo quod q̄d est: dria vero in eo quod quale q̄d est, quēadmodū dictū est, prædicatur.

Amplius, genus quidē vnum est ſm vnamquāq; speciē, vt hominis id, quod est animal: dŕiæ vero plures sunt, vt rōnale, mortale, mentis & disciplinæ perceptiuum, quibus ab alīs animalibus differt. Et genus quidē cō simile est materiæ, formæ vero differentia. Cùm autem sint & alia cōmunia, & propria generis & dŕiæ, nunc ista sufficiant.

De cōibus generis & speciei. Genus autem & species cōe quidē habent de pluribus, quēadmodum dictū est, prædicari. sumatur autē species vt species solum, sed nō vt genus: si fuerit idem species & genus. Commune autē his est, & priora esse ŷs, de quibus prædicātur. Et totum quoddam esse vtrunque.

M

De dŕijs ip sorum. Differūt aūt, eò q̄ genus quidem continet species sub se: species vero cōtinetur, & nō continet genera: de pluribus enim genus q̄ species prædicatur. Amplius, genera pręiacere oportet, & informata specificis differentiŷs perficere spēs. vnde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimētia, sed quæ nō simul interimanť: & species quidem cum sit, est & genus oīno:

genus

A genus vero cū sit, non oīno erit
ſpecies. Et genera quidē vniuo-
ce de ſpeciebus prædicant, ſpe-
cies vero de generibus minime.
Amplius, genera quidē abun-
dant earū, quę ſub ipſis ſunt ſpe
cierum continētia: ſpecies vero
*gen⁹ exu perant. *à generibus abūdant proprijs
dīijs. Amplius, neq; ſpecies fiet
vnquā generaliſsimum, neq; ge
nus fiet vnquam ſpecialiſsimū.
De cōitati b⁹ generis & proprij. Generis autē & proprij cōe
quidem eſt ſequi ſpecies. ſi quid
B enim homo eſt, animal eſt: & ſi
quid hō eſt, riſibile eſt. Et æqua
liter p̄dicari genus de ſpecieb⁹,
& propriū de ijs, quæ illo parti-
cipant indiuiduis. æquaſi enim
& hō & bos aſal eſt, & Cato &
Cicero riſibile eſt. Cōe autem
eſt ēt vniuoce prædicari genus
de proprijs ſpecieb⁹, & propriū
De dſſis ip ſorum. de ijs, quorum eſt proprium.
Differunt aūt, qm̄ genus qui
dem prius ē, poſterius vero pro
priū. oportet enim eſſe animal,
dehinc diuidi differētijs & pro-
C prijs. Et genus quidē de plurib⁹
ſpeciebus prædicaſ, propriū ve
ro de vna ſola ſpecie, cuius eſt
propriū. Amplius, ꝓprium
quidē conuerſim prędicatur de
eo, cuius eſt propriū, gen⁹ vero
de nullo cōuerſim prædicaſ. nā
neq; ſi quid animal eſt, hō eſt:
neq; ſi qd animal eſt, riſibile eſt.
ſi quid vero homo eſt, riſibile ē,
& cōuerſo. Amplius, propriū
omni ſpeciei ineſt, cuius eſt pro
priū, & ſoli, & ſemper: genus ve
ro omni quidē ſpeciei ineſt, cui⁹
fuerit genus, & ſemper, non aūt D
ſoli. Amplius, propria quidem
interempta, nō ſimul interimīt
genera: genera vero interempta
ſimul interimunt ſpecies, qua-
rum ſunt propria: quare & his,
quorum ſunt propria, interem-
ptis, & ipſa ſimul interimūtur.
Generis vero & accidētis cōe De cōitate gēris & ac-cidentis. eſt, de pluribus, quemadmodū
dictum eſt, prædicari, ſiue ſepa-
rabilium illud accidens ſit, ſiue
inſeparabilium. etenim moueri
de pluribus, & nigrum de cor- E
uis, & de æthiopibus, & aliqui-
bus inanimatis prædicatur.
Differt autē genus ab accīte. De dīis ip ſorum. qm̄ genus ante ſpēs eſt: acciden-
tia vero ſpecieb⁹ poſteriora sūt.
nā etſi inſeparabile ſumaſ acci-
dens, & prius eſt illud, cui acci-
dit, q̄m accidens. Et genere qui-
dem quæ participēt, æqualiter
participant, accidente vero non
æqualiter. intenſionē enim & re
miſsionē ſuſcipit accidētiū par-
ticipatio: generū vero minime.
Et accidentia quidē in indiui-
duis principaliter ſubſiſtunt: ge F
nera vero & ſpēs naturaliter prio-
ra ſunt indiuiduis ſubſtantijs.
Et genera quidem in eo quod
quid eſt prædicātur de ijs, quæ
ſub ipſis ſunt: accidētia vero in
eo quod quale aliquid eſt, vel
quō ſe habeat vnūquodq; qua
lis enim eſt æthiops interroga-
tus, dices niger: & quēadmodū
ſe Socrates habeat, dices, q̄ ſedet
vel ambulat. Gen⁹ igit, quo ab
alijs quatuor differat dictū eſt.

Con-

G Contingit autem etiã vnumquodq; aliorũ differre ab alijs quatuor: quare cũ quinq; quidem sint, vnumquodq; aũt ab alijs quatuor differat, quater quinque, viginti fiunt omnes dr̃iæ. Sed non ita se habet, sed semper deinceps enumeratis, et duobus quidem vna dr̃ia deficientibus (propterea qm̃ iam sumpta est) tribus vero duab⁹, quatuor vero tribus, quinq; vero quatuor, decem oẽs fiunt differẽtię, quatuor, tres, duæ, vna.

H Genus. n. quo differt à dr̃ia, & specie, & proprio, & accidẽte, dictum est. quatuor igitur differentiæ. Dr̃ia vero, quo differat à genere dictum est, qñ quo differt genus ab ea dicebatur. reliquum est igitur quo differat differentia à specie, proprio, & accidente dicatur. & fiunt tres. Rursus species quo quidẽ differat à differentia dictum est, qñ quo differt à specie differentia dicebatur. quo etiam differat species à genere dictum est, qñ quo differt genus à specie dicebatur. reliquum est igitur vt quo differat species à proprio, & accidente dicatur. duæ igitur sunt & hæ differentiæ. Proprium autẽ quo differat ab accidente relinquetur. nam quo à specie, & differentia, & genere differat, prædictum est in illorum ad ipsum differentijs. I

Quatuor igitur sumptis generis ad alia differentijs, tribus vero differentiæ, duabus autem speciei, vna vero proprij ad accidens, decem erunt omnes: quarum quatuor, quę sunt generis ad reliqua, superius demonstrauimus.

Differentiarum quinque vocum numerus.

Genus.	Species.	Differentia.	Proprium.	Accidens.
1	1	1	1	1
		1	1	1 M
			1	1
				1

De eõiunctis dr̃ijs, & spẽi. Commune ergo differentię & speciei est, ęqualiter participari. homine. n. ęqualiter participãt particulares hoĩes, & rationalis differentia. Commune ẽt est et semper adesse ẽjs, quę illis participant. Semper. n. Socrates rõnalis est: & semper Socrates hõ. Proprium aũt differentiæ quidem est in eo quod quale est ꝑdicari: speciei vero in eo quod quid est. nam etsi homo velut quale quid accipiatur, non tamen simpliciter erit quale, sed ꝑm id, qđ generi aduenięs differentiæ eum constituerunt. De dijs ipsorum.

Amplius

A Amplius, differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus conſyderatur, quemadmodũ quadrupes in pluribus animalibus ſpecie differentibus: ſpecies vero ĩ ſolis ĩſis, quę ſub ſpecie ſunt, indiuiduis eſt. Amplius, differẽtia prior eſt ea ſpecie, quæ eſt ſm ipſam ſimul enim ablatum rationale interimit hominem: homo vero interemptus nõ aufert rationale, cùm ſit Deus.* Amplius differẽ tia quidem cõponitur cum alia differentia (ra

* angelus.

B tionale enim & mortale compoſitum eſt in ſubſtãtia hominis) ſpecies vero ſpeciei non componitur, vt gignat aliam aliquam ſpeciem. quædam enim equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationem: equa autem ſimpliciter aſino compoſita, nunquã perficeret mulum.

De cõitatibus dñæ, & ꝓpꝛij.

Differentia vero & proprium commune quidẽ habent æqualiter participari ab ĩſis, quæ illis participant. ęqualiter enim ra-

C tionalia, rationalia ſunt: & riſibilia, riſibilia ſunt. Et ſemper et omni adeſſe commune vtriſque eſt. etſi enim curtetur quibipes eſt, tamen ad id, quod natum eſt ſemper,* dicitur, quoniam & riſibile in eo quod natum eſt* habet ſemper, ſed non in eo quod ſemper rideat.

* a. Lſe habet.
* a. hét. vt ſemp rideat, quãtus ſi ſemp rideat.

Proprium autem differentiæ eſt, quòd hæc quidem de pluribus ſpeciebus dicitur ſæpe, vt rationale de* Deo, & homine: proprium vero dicitur de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium. Et differentia quidem illis eſt conſequens, quorum eſt differentia, ſed non conuertitur: propria vero conuerſim prædicantur de ĩſis, quorum ſunt propria propterea quòd conuertuntur.

De dñis ipſorum.
* angelo.

Differentiæ autem et accidenti commune quidem eſt de pluribus dici. Commune vero eſt & ad ea, quæ ſunt inſeparabilia accidẽtia, ſemper, et omni adeſſe. bipes enim ſemper adeſt omni homini: & omnibus coruis nigrum eſſe ſimiliter.

De cõmũbꝰ dñæ & accidẽtiũ.

D

E

Differunt autem, quoniam differentia quidem cõtinet ſpecies, & non continetur: continet enim rationale* Deum & hominem: accidentia vero aliquo quidem modo continent, eò ꝙ in pluribus ſint: aliquo vero modo continentur, eò ꝙ non vnius accidẽtis ſuſceptiua, ſint ſubiecta, ſed plurium. Et differentia quidem inintẽſibilis eſt, & irremiſſibilis: accidentia vero magis & minus ſuſcipiunt.

De dñis ipſorum.

* angelũ.

F

Et impermixtæ quidẽ ſunt contrariæ dñæ: mixta vero nonnunquam ſunt contraria accidentia. Hmõi quidem communiones & proprietates differentiꝫ, & cęterorũ ſunt. Species vero quo qdẽ differt â genere, & differentia dictum eſt in eo, qđ dicebamus, quo genus differt â cęteris, & quo differẽtia differt â cæteris.* deinceps quo differt â proprio & accidente dicetur.

* Vere⁹ exẽplar grę-cũ hęc nõ habet.

Speciei

De cõitatibus ſpẽi & ꝓpꝛij.

G Speciei autem & proprij cõe quidem est, adinuicẽ cõuersim prædicari. nã si quid homo est, risibile est. & si quid risibile est, homo est. Risibile vero q ſm id, quod natum est ridere sumẽ dum, sæpe iam dictum est. Cõmune est quoq; & æqualiter eẽ. *æqualiter .n. *adsunt speciẽs ñs, quę illis participant, & propria ñs, quorum sunt propria.

*Et hæc ſi habet.
*a. l. sunt.

Dedſijs ip ſorum.

Differt autẽ speciẽs à proprio, qm̃ speciẽs quidem põt & aliorum genus esse: proprium vero aliarum ſpecierum esse propriũ impossibile est. Et speciẽs quidem ante subsistit quã proprium: proprium vero post fit in ſpecie. oportet .n. hominem esse, vt sit risibile. Amplius, ſpecies quidem semper actu adest ſubiecto: proprium vero aliqñ & potestate. hõ.n. ſemper actu est Socrates: nõ vero ſemper ridet, quãuis natus sit ſemp vt sit risibilis. Amplius quorũ termini sunt differentes, & ipsa sunt differentia. Est autẽ speciei quidem ſub genere esse, & de pluribus & differentibus numero in eo quod quid est prædicari, & cętera hmõi: proprij vero, & soli, & omni, & ſemper adesse.

H

I

De cõitatibus ſpẽi et accidẽtis.

Speciei vero & accidenti commune quidem est de pluribus prædicari. Raræ vero sunt alię cõmunitates, propterea quòd quamplurimum distant abinuicem accidẽs, et id cui accidit.

Dedſijs ip ſorum.

Propria vero sunt vtriuſq; ſpeciei, quidẽ in eo qđ quid est p̃di cari de ñs, quorum est ſpecies: accidentis autem in eo qđ quale quiddam est, vel quo modo ſe habens est. Et vnamquamq; ſubſtãtiam vna quidem ſpecie participare, pluribus autem accidentibus & ſeparabilibus & inſeparabilibus. Et ſpecies quidem præintelliguntur accidentibus, etſi etiam sint inſeparabilia (oportet .n. esse ſubiectum vt illi quidem accidat) accidentia vero poſterioris generis sunt, & aduentitiæ naturę. Et ſpeciei quidem participatio æqualiter est: accidentis vero etſi inſeparabile sit æqualiter. ęthiopis .n. æthiope habere poſſet colorem vel intenſum, vel remiſſum ſm nigredinem. Reſtat autem de proprio & accidẽte dicere. quo enim proprium à ſpẽ, et dria, et genere differt, dictum est.

K

L

Commune autem proprio & inſeparabili accidenti est, q̃ prę ter ea nunq̃ conſistant illa, in q̃ bus cõſyderantur. quemadmodũ enim prę ter risibile nõ ſubſiſtit homo, ita nec p̃ter nigredinem ſubſiſtit æthiops.

De cõitatibus ꝓprij et accidẽs.

M

Et quemadmodum ſemper, et omni adest proprium, ſic & inſeparabile accidens.

Differunt autem, qm̃ propriũ vni ſoli ſpeciei adest, quẽadmodum risibile homini: inſeparabile vero accidens, vt nigrum, non ſolum æthiopi, ſed etiã corvo adest, & carboni, & ebeno, & quibuſdam aliꝭs. Amplius, proprium conuersim p̃dicatur

De differẽtijs ipſorũ

de

A de eo cuius est, pprium, & æqua liter est inseparabile vero accidens conuersim non prædicat. Et propriorum quidem æqualis est participatio, accidentiũ vero vel magis vel minus. Sunt quidem alię communitates, vel proprietates ĩs, quæ dicta sunt: sed sufficiunt & hæ ad discretionem eorũ cõtatisq; traditionẽ.

Sermo de Communitatibus & Differentijs Generis, Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis.

1 R. B INquit. Et postq̃ definiuimus oſa illa, quorũ definitio præcessit, videlicet generis, differentiæ, spẽi, proprij, atq; accidentis, consentaneum est nunc narrare ea, q̃ sunt eis cõia, & quæ sunt illis quoq; propria. Dicamus itaq; hoc esse eis cõe, scilicet prædicari de pluribus. Genus autẽ, & differentia prędicantur de speciebus, & de indiuiduis, quæ sub eis existunt. spes vero prædicatur de indiuiduis tm̃, quę sub ipsa existũt: hoc est vltima spes. ,ppriumq̃; prædicat de specie cuius est proprium, & de indiuiduis quæ sub illa existunt specie. Accidens aũt prędicat de indiuiduis, & de speciebus. Exemplũ prædicationis generis de speciebus, & de indiuiduis est, vt prædicatio aãlis de equo, & de cane, quæ sunt spes, & de cane singulari Exemplum vero prædicationis differentiæ de speciebus, & de indiuiduis, est prædicatio irrationalis de equo, & cane, & de indiuiduis eorum. hoc tm̃ verificatur in illis differentijs, quæ non sunt differentiæ vltimarum specierũ. Exẽplumq̃; prædicationis vltimæ spẽi solum de indiuiduis, q̃ sub ipsa tm̃ C continent, est prędicatio hoĩs de Socrate & Platone, & de cunctis indiuiduis hominis. Et exemplum prædicationis proprij de spe, & de indiuiduis est prædicatio ipsius risibilis de hoĩe, & de cunctis indiuiduis hominis. Et exemplũ prædicationis accidentis inseparabilis de ipsis spẽb⁹, & de ĩdiuiduis est prædicatio nigredinis de coruo, & de æthiope, & de eorũ indiuiduis. Et exemplũ accidentis separabilis est prędicatio motus & quietis de hoĩe & equo, & de eorũ indiuiduis. Hoc itaq; est id, quo communicant, ac differunt ratione prædicationis. D E

Commune aũt est generi & differentiæ, vt plures vna contineant spes. nam differentia multas complectit spes, licet pauciores q̃ genus amplectat spes. nam irrationale plures comprehendit spes, licet sint pauciores, q̃ quæ ab aãli, quod est gen⁹, cõtinent. hoc tm̃ verum est de illis differentijs, q̃ non sunt differentię vltimarũ specierũ. Est quoq; hoc commune generi & differentię, q̃ quicquid prædicat de quouis eorum in eo quod quid est genus vel differẽtia, prædicat etiam de eo, qd̃ sub eo existit. vt exẽpli gratia, aãl est quidem genus, & corpus nutribile prædicatur de eo in eo quod quid, & est gen⁹ aãlis, & prædicat etiam de eo, quod sub aãli cõtinet, vt est homo & equus. Idẽtidem rationale est differentia, & vsus ratiocinij prædicat de eo in eo quod est differentia, & prędicat de oĩbus indiuiduis rationalibus. Est ꝑterea cõe adhuc generi & differentiæ, vt ipsis ablatis, auferat̃ & quicquid sub eis continet. nã quemadmodũ dempto aãli, nõ dabit equus, neq; asinus: sic quoq; si F

G tollatur ratiocinium, nihil penitus reperiet animalis ratiocinatio affe-
ctū. Hoc itaq; est id, quo communicant simul genus & differentia.

Id vero, quod est propriū generi & nō dr̄iæ, primo quidē est, qm̄ genus prædicat de pluribus q̄ prędice tur dr̄ia & ſpecies, & proprium atq; accidens. nā animal est genus, quod de homine & equo: & iumento, ac volucri prædicatur. ſed dr̄ia prædicatur de paucioribus, q̄ prædicetur genus. vt irrationale, quod prędicat de paucioribus, q̄ prædicatur genus animalis. identidē quadrupes: atq;
H homo qui est ſpēs ſub animali contenta. identidē & risibilitas, quæ est homini proprium, & hinnibilitas equo, prædicabit quidem de paucioribus, q̄ prędicetur genus equi identidem quoq; & accidēs. prædicatur enim de paucioribus, q̄ prædicetur genus illius rei, in qua exiſtit illud accidens. & hoc quidem reperiet in illis accidētibus, quæ ſunt magis propria, q̄ ſit illud genus. Ineſt ſecūdo hoc propriū ipſi generi, quod non ineſt dr̄iæ: nempe vt cōtineat in potentia ipſam dr̄iam. nam animal quod est genus, aliud quidem est ra
I tionale & aliud irrationale, q̄ ſunt dr̄iæ. ſed dr̄iæ non amplexantur genera. Tertio, est propriū generū vt præcedant dr̄ias, quæ ſub eis exiſtūt naturaliter. & ideo demptis generibus tolluntur dr̄iæ: ſed non tolluntur genera demptis differentijs. nam ablato animali aufertur rationale, ſed ablato rationali non auferet animal. hæc aūt intelligantur de genere cū differentijs diuiſiuis: nō de conſtitutiuis differentiis. Quarto, est proprium generis, vt ſit vnū in qualibet ſpecie. hoc est, vt ſpēs non obtineant plura genera vno, ex vno K ordine & gradu, ſed in vna ſpecie reperiuntur plures dr̄iæ q̄ vna: vt ratiocinium homini, & intellectus, & habilitas ad recipiendam ſapientiā.

Quinto, est propriū generi, vt ſit ſimile materiæ, & proprium dr̄iæ, vt ſimiletur formæ. Sexto, est proprium generi prædicari in eo quod quid, & dr̄iæ in eo quod quale. Inquit, & hæc ſint ſatis pro cognitione eorū, quæ ſunt cōia ipſi differentiæ & generi, & quæ appropriātur illis: licet poſſint haberi multa alia eis communia, ac propria quàm hæc.

Inquit. Cōe quidem est genero & L ſpeciei, vt diximus, prædicari de pluribus, & q̄ præcedāt naturaliter res, de quibus prædicantur.

Differunt tamen inter ſe. qm̄ genus continet ſpēm, ſed ſpecies non continet genus: quia genus est communius ſpecie. Differunt iterum, qm̄ genus est prius natura ipſa ſpē: quia ſpecies oritur ex coniunctione dr̄iæ cū genere. & ideo genera ſunt priora natura ipſis ſpeciebus: hoc ē, q̄ demptis generibus demunt ſpecies, ſed non demūtur ipſa, demptis ſpeciebus. ſed datis ſpeciebus, dant & genera, ſed repertis ipſis non pro M pterea oportet vt ſpecies reperiant. Differunt adhuc, quoniam genera prædicantur de ſpeciebus vniuoce: ſed ſpecies non prædicantur de generibus. Diſcrepant item, quia genera ſuperant ſpecies quæ ſub eis exiſtunt, cùm eas amplectētur: ſed ſpēs ſuperant ea per differētias, quæ ſunt illis propriæ. Illa igitur excedunt ratione vniuerſalitatis, & hæ, ſcilicet ſpecies, ratione compoſitionis. Diſceptant inſuper, quoniam ſpecies nullo modo poteſt eſſe genus gene raliſſimū,

A raliſſimū, neq; genus poteſt eſſe ſpecies ſpecialiſſima vllo pacto. Debes aũt intelligere huiuſmodi comparationẽ, inter genera & ſpecies exiſtentem, ea rõne, qua ſpecies ſunt ſpẽs, ac genera genera, non ea rõne, qua contingit ſpẽs fieri gña, & gña ſpẽs.

Inquit. In hoc autem cõicant genus & proprium, ꝙ eorũ eſſe ſequatur eſſe ſpeciei. nam dato hoſe qui eſt ſpecies, dabitur quoque animal quod eſt genꝰ, atq; riſibile quod eſt proprium. Eſt adhuc eis cõe, ꝙ genus prædicatur indifferenter de omnibus ſpeciebus, & proprium quoq;
B prædicatur de cunctis rebus, & communicantibus æqualiter. nã homo eſt animal, quẽadmodũ bos eſt animal, nõ magis neq; minus: & Socrates & Plato ſunt indifferenter riſibiles, atq; æquaſt, hoc eſt, ꝙ nõ differũt I hoc affectu p magis vel minꝰ.

Eſt adhuc cõe eis, quod genus prædicaꝫ vniuoce de ſpeciebus, & proprium ét prædicaꝫ vniuoce de quacunq; re habẽte hoc propriũ. nã riſibile ꝑdicaꝫ vniuoce de Socrate & Platone: quẽadmodum animal prædicatur vniuoce de boue & equo.

Differunt tamen in hoc ꝙ genus
C eſt prius natura ipſis propriis, quæ in ipſis ſpeciebus reperiuntur: qm̃ animal eſt prius natura ipſis, ꝓpriis, ac differẽtijs exiſtẽtibus in ipſis ſpeciebus, quibus diuiduntur. nam detracto genere detrahũtur propria: ſed ſubtractis propriis, non ſubtrahitur genus: ſed poſitis propriis, ponitur ipſum. Differunt iterũ ſecundo, qm̃ genus prædicaꝫ de pluribus ſpeciebus: proprium vero de vnica prædicatur ſpecie, videlicet de ea ſpecie, cuius eſt proprium. Diſcrepant quoq; per hoc quod propriũ conuertitur in prædicatione cũ ea D re, cuius eſt propriũ: ſed genus non conuertitur cum ea re, cuius eſt genus. nam verum eſt dicere omnis homo eſt riſibilis, & omne riſibile eſt homo: ſed non eſt verum dicere, omne animal eſt homo, ſicut eſt verum dicere omnis hõ eſt animal.

Inquit. Cõmune autẽ eſt generi & accidenti, vt prædicent, quẽadmodum diximus, de pluribus: ſiuerilla accidẽtia fuerint ſeparabilia vel inſeparabilia. nã motus de pluribꝰ prædicaꝫ, & eſt accñs ſeparabile: inſeparabile vero vt nigredo, ꝙ de corno prædicaꝫ & de ætiope, & de reliquis E rebus, à quibus non ſeparatur.

Differt ꝓterea genus ab accidẽte, quia genus eſt prius natura ipſis ſpecieb⁹: ſpẽs vero ipſis accidẽtibus nã habens aliquod accidẽs eſt prius natura ſuo accidente: quẽadmodũ & etꝰ genus eſt prius eo. vt hõ, qui quidẽ eſt prior ipſo colore in eo exiſtẽte, & aĩal eſt prius ipſo. & in accidentibus illud ſeparabilibꝰ eſt perſpicuũ.

Diſcrepat iterũ genus ab accidẽte, quod accidẽs prædicaꝫ de illis rebꝰ, quæ cõicant cũm ipſo, ſm magis & minus: ſed genus non prædicaꝫ de illis rebus ei cõicantibus per magis F & minꝰ. nam aliqui hoĩes ſunt aliis nigriores, ſed nullus hõ eſt magis aĩal q̃ alius hõ, neq; equus magis q̃ homo. Cuius rei cauſa eſt, qm̃ accidentia prædicantur primo de indiuiduis: indiuidua aũt ſunt diuerſa p magis & minus. ſed genera & ſpẽs ſunt priora natura ipſis indiuiduis, neq; exiſtũt in indiuiduis. Et hoc, quod dicit Porphyrius eſt verũ, iuxta ſententiã ponentiũ ideas: hoc eſt, ſi dantꝫ genera & ſpẽs extra intellm.

Differũt inſu p genera ab acciden

G tibus, quia genera ꝑdicant de re in eo qđ quid, accidẽtia vero ꝑdicant de re, vel in eo qđ qualis res est, vel qualiter sit. nã si q̃rat à nobis qualis res sit ethiops, respõdebimus ꝙ est niger: & si interrogemur quam sit Socrates, rñdebit iust⁹, vel iniust⁹.

Inquit. Iam itaq; narrauimus in quo differat genus, à reliquis quatuor. & cũ hęc sint quinq;, necesse ẽ vt eorũ distinctiones sint decẽ, vc3 quatuor, tres, duæ, vna. & hoc, ꝑpeꝛ qa ipsa sunt q̃nq;, &, diuersitates q̃tuor: ergo diuersitates erũt viginti, s. multiplicatis quatuor in quinq;.

H & si proijciamus ex ipsis illa decem replicata, remanebunt decẽ. vt exẽpli gratia, genus differt à reliquis quatuor differentijs. Dria quoq; distinguit̃ per quatuor, nisi qđ per id, quo distinguit̃ à genere, distinguitur quoq; genus ab ipsa. relinquitur igit̃ vt dria differat à tribus, vc3 à proprio, specie & accidẽte. Et ipsa spẽs quoq; differt ab eis ꝑ quatuor, ex quibus proijciant̃ duo, q̃ fuit distinctio eius à genere. nã iã fuit facta mẽtio de diuersitate generis ab ipsa, & diuersitate eius à dria quoque. nã iã est facta mentio de diuer

I sitate ipsi⁹ driæ ab ipso. relinquunt̃ ergo duo, vc3 vt differat ab accidẽte, & à proprio. Identidẽ & ipsum propriũ habet quatuor diuisiones. si ergo proijciant̃ tres prædictæ, relinquet̃ vna ex ipsis: nẽpe vt differat ab accidẽte. Pari rõne & ipsum accidens habebit quatuor differentias: sed iam fuit facta mentio de eo cum singulo illorum: ideo proijciemus eas ab eo. Decem itaq; differentię detrahunt̃, & decem relinquuntur. Postquam ergo narranimus, in quo differat genus à quatuor alijs reliquis: nunc dicendũ ẽ, K in quo differat dria à reliquis tribus, videlicet à specie, proprio, & accidente. tres ergo fient ex hoc diuersitates. & adhuc narrabimus, in quo differat species à proprio, & accidẽte: & hę sunt duæ distinctiones. & iterũ narrabimus post hoc, in quo differat propriũ ab accidente, vnica s. dria. sic igitur sunt decẽ dręę. & ideo cõitates quę reperiuntur inter quęlibet duo eorum, erunt decem.

Dicamus ergo ꝙ id, quo cõmunicat dria, cum specie est, ꝙ prędicantur ęqualiter de rebus, de q̃bus prędicantur, non fm magis & minus: L quia non datur aliquis homo, qui sit magis homo, q̃ alius, neq; rationale magis rationale, q̃ aliud rationale, nisi velis intelligere per rationicinium rationicinium accidentale. Cõmunicant rursus, quia semp insunt illis rebus, de quibus prędicantur. nam Socrates semper est rationalis, ac semper est homo.

Sed proprium est ipsi differentię, quod prędicatur in eo qđ quale. sed species proprie habet prædicari in eo quod quid: licet fiat respõsio ad interrogationẽ de specie factam per quale est: ppea quia contingit M rpsam speciem habere illam differẽtiã. Adde ẽt ꝙ differentię reperiuntur in pluribus speciebus q̃ vna. vt habere quatuor pedes, multis quidẽ ineſt animalibus differentibus specie: sed species ineſt indiuiduis sub ea existentibus. Hæc tamen differentia & diuersitas reperitur inter illas differentias, quæ non sunt differentiæ vltimarum specierũ. Differt insuper differentia ab ipsa specie, quia est prior ea natura. nã ablato irrationali, aufertur quoq; asinus:

A aus, ſed ablato aſino, nõ auferẽ, irrationale: ſed dato aſino, datur irrationale. & hoc accidit illis dñiis, quę pluribus inſunt ſpecieb⁹. Differt adhuc dñia à ſpecie, quia dñia componitur cum alia dñia in ipſa definitione: vt rationale & mortale, quæ in definitione hominis ſumuntur. hoc autẽ iuxta ſententiã ponentiũ rationale eſſe cõe homini & angelo. nam hõ conſtat ex rationali & mortali. ſed nulla ſpẽs conſtat ex duabus ſpeciebus: licet qñq; cõponatur aliquod indiuiduum ſpeciei ex duobus indiuiduis duarum ſpecierũ diuerſarũ:

B vt mulus qui ex aſino & equo conſtat. ſed ſpẽs muli nõ cõſtabit ex ſpẽ equi, ac ſpecie aſini: quẽadmodum hõ cõſtat ex vñi rationali, & vñi mortali. Hoc autẽ ideo fit, quia mulus eſt medius inter equũ & aſinũ: & fit ex partib⁹ quæ eſt cõis eis. & hoc eſt aliud genus cõpoſitionis præter cõpoſitionem dñiarum, ſi concedatur ꝙ fiat compoſitio ſpeciei ex ſpecie: quod tamen Porphyrius negabat.

Videtur tñ ꝙ huiuſmodi compoſitio ſit ex genere cõpoſitionis ſpecierum, quæ ſunt mediæ Iter extrema, quæ quidem eſt diuerſa à compoſi

C tione rei ex dñijs in definitionibus.

Inquit. Cõe eſt differẽtijs, & proprio, ꝙ res, quibus cõiũcant, ac de quibus prædicantur, vtique æqualiter prædicantur. nam rationalium nullum excedit alterũ alterum in hoc, ſcilicet in ratiocinio, quod ſub ſubſtantia continetur. pari ratione & rifibilia. Commune iterũ eſt eis vt reperiãtur ſemper in rebus, de quibus prædicant atq; in omnib⁹ ipſis. nam bipes ſemp dicitur bipes: licet deficiat pedibus aliquo tpe aliquod ex his, quæ ſic denominantur. qñ, cùm dicim⁹ aliquod eſſe ſemper bi- D pes, intelligimus ipſum eſſe ta a natura procreatum, vt duos obtineat pedes tantum: quemadmodum riſus ineſt quidem homini ſemper, non quod ſemper rideat actu, ſed quia eſt ad id natura aptus natus.

Proprium autem ipſi dñiæ eſt, vt dicatur de pluribus ſpeciebus: vt rationale, quod de homine & angelo dicitur (iuxta ſcilicet ſententiã eorum, qui dicũt rationale dici de homine & angelo vniuoce.) ſed proprium de vna tñ prædicatur ſpecie.

Inquit. Diſcrepant quoq; differen- E tiæ ab ipſis propriis. qñ aliquæ differentiæ non cõuertuntur: propria vero ſemper conuertuntur.

Commune etiam eſt differẽtiæ, & accidenti inſeparabili, vt inſint ſemper illis rebus, de quibus prædicantur, & in omnibus ipſis. nam habere duos pedes ineſt ſemper coruo, atque ipſa nigredo.

Diſcrepant tamen, quia per differentiam non abundat id, cuius ipſa eſt dñia: hoc eſt, quod habens differentiam non abundat ſuper ipſam dñiam. vt ob rationale homo non abundat ſuper ipſum. accidentia vero partim continent, partim con- F tinentur. continent quidem, ea rõne, qua prædicantur de pluribus: continent vero, ea rõne, qua eorũ ſubiecta non ſe ſingulatim vnico exponunt accidẽti: immo poteſt reperiri in eis accidẽs aliquod, & eius oppoſitum: vt nigredo quæ cõtinet ex ſpeciebus hoiem, & non hominẽ, quãobrem in plus ſe habet nigredo quã ſpecies hominis, & non hominis. homo tñ continet nigredinẽ, quia reperitur homo niger, & nõ niger.

Præterea, dñia non ſuſcipit magis

C iiij et

lib. 7. Me. tex. 18.

G & minus: accidentia vero ſuſcipiũt magis & minus. Dſix inſuper cõtrarię non admiſcent, ita vt fiat ex eis vna mediũ: ſed accidẽtia cõtraria commiſcentur vtriq;, & fit ex eis medium: vt cũ commiſceatur albedo cum nigredine, ex quibus reſultet viride, & rubeum, & reliqui medij colores. Hęc ergo ſunt ea, quibus cõmunicat differentia cum reliquis alijs, & quæ ſint eis propria. Reliquũ igitur eſt, vt dicamus in quo differat ſpecies à proprio & accidente, & quid ſit eis cõmune: & in quo diſtinguatur proprium ab ac-
H cidente, & in quo communicent.

Dicamus itaq; q ſpecies & ꝓpriũ communicant in hoc, q quodlibet eorũ conuertitur cũ alio. nam ſi homo eſt, riſibile eſt: & ſi riſibile eſt, homo eſt. Habent prętera hoc cõmune ſibi, vt ſint ſemper rebus, de quibus prædicantur.

Differt tn ſpecies à proprio: qñ ſpecies põt eſſe genus alicuius alterius: proprium vero non põt eſſe propriũ alijs rebus, quàm illis, quibus eſt proprium. Species prætera prior eſt proprio: & propriũ eſt poſterius ſpecie. nam dato hoſe, ſequi
I tur vt detur riſibile: & ſi dat riſibile, oportet vt homo pręcedat. Species inſup ineſt illi ſubiecto, de quo prędicat, ſemp in actu: ſed propriũ ineſt actu quibuſdã tẽporibus, ſi potentia vero ſemp. nã Socrates ſemp eſt homo actu, ſed nõ ridet ſemper actu, ſed ſemp eſt riſibilis in potentia. Adde etiam q res, quarum definitiones ſunt diuerſę, ſunt & ipſæ quoq; inter ſe diuerſæ. ſed iam fuit probatũ definitiones horũ eſſe diuerſas. nã definitio data de ſpẽ fuit, q eſt q̃ ſub genere ẽ locata, & q ꝑdicat in eo q quid eſt indiuiduis: pro K prium vero, quod in eſt alicui ſpeciei ſoli, & toti, & ſemper.

Eſt aũt oſe ſpẽi & accidẽti, vt ꝑdicent de plurib⁹. Inquit. Parũ a.mo dũ eſt id reliquum, quo cõicari poſſint, pp maximã diſtãtiã, q̃ inter ac cidens & rem cui accidit, exiſtit.

Propriũ tn eorum eſt, q ſpẽs ꝑdicatur de re, cuius eſt ſpecies, ſ eo qđ quid: & accidens in eo qđ quale ẽ, vel qualiter ſe habet. oẽs. n. ſubſtantię ſenſibiles habent vnã ſpẽm, & habẽt plura accidẽtia ſeparabilia & inſeparabilia. Species prętera prędicabunt rõne ipſa accidentia, licet ſint L inſeparabilia. nã oportet vt reperiatur ſubiectũ, & poſtea accidit ei id, qđ accidit. oriunt aũt accẽtia poſt ſpẽs, naturaq; eorũ ſubſingreditur naturam earum. Reliquum nunc eſt, vt de proprio & accidente faciamus notificationes.

Cõe itaq; eſt proprio & accidenti inſeparabili, q habẽs ꝓpriũ, vel habẽs accidẽs, eſt aliud à ꝓprio ab accidẽte. nam nõ põt hõ reperiri ſine riſibili, ſimiliter quoq; æthiops nõ põt reperiri ſine nigredine. Prætera, quemadmodũ proprium ineſt toti rei, cuius eſt proprium & ſem- M per, ita etiã accidens inſeparabile.

Differũt tn: qñ propriũ reperit᷑ vnica ſpẽ: accidẽs vero inſeparabile reperit᷑ in pluribus ſpẽbus, vt ſi dixeris nigredinẽ reperi ſ coruo, et ęthiope, & ebeno, et plurib⁹ reb⁹ indiuiſibilibus. & hui⁹ rei cã ẽ, q a. ꝓpriũ cõuertit᷑ in ꝑdicatiõe cũ re, cuius eſt propriũ: ſed accidẽs nõ cõuertit᷑ cũ habẽte accẽs. Propria ꝓterea nõ differũt ſm magis & min⁹ ſ ꝑdicatiõe, vt paulo ante dictũ fuit: accẽtia vero ſ hoc differũt. Ingt. Extãt adhuc aliq̃

alia,

A alia, quibus hæc communicant Iter se, & quæ sunt propria vnicuiq; eorum, præter illa quæ diximus. Sed satis sint hæc, q̃ dicta sunt pro hoc nostro proposito circa cognitionẽ harum rerum, ac earũ cõsonem, & diuersitatem. Et hic expliciunt ea, q̃ in hoc introductorio continentur. Instigatus aũt à quibusdã socijs nostris eruditis, ac de hoc negocio diligentibus, de secta Murgitana, quorũ Deus misereat, vt ea exponerem, ea exposui. Aliàs enim ego abstinuissem ab hmõi expositione, propter duo. Primum, qm̃ non video, hoc

B introductorium esse necessariũ q̃ initio sumendo in hac arte. nam id, quod in eo dicit, non potest esse sub ratione illi⁹ partis, quæ est cõis huic arti: vt aliqui sunt opinati. Nam id, quod in eo dicit de definitionibus harum rerum, si esset demonstratiui generis, tũc esset pars libri demõstrationis. & si esset generis probabilis, tunc esset pars libri Topicorũ. Sed Porphyrius fecit mentionẽ de his rebus, prout sunt expositiones eorum, quæ significant illa noĩa: vt fecit & Arist. in libro suo: non q̃ sint eorum definitiones. & hac ratione

C non est pars huius artis. Abumazar vero videt velle q̃ sit pars eius. Hæc itaq; est vna causa, ob quam recusabam exponere ipsum cum expositione librorum Aristotelis.

Secunda vero causa erat, q̃a verba huius viri sunt p se manifesta in hoc introductorio. At, cũm desyderarem satisfacere illis quærentibus antedictis, & afferre eis felicitatẽ ipsius boni in omni genere felicitatis, vt apparet ex eorum maximo desyderio ad ipsas scientias, ideo inductus sum, vt ipsum exponerẽ, & locuplerem intelligentiam de eo tradetem. In quibusdam aũt eorum, quæ narrantur in hoc tractatu, de his rebus iam scimus legentes animaduertere in maiori parte eorum. Quedam vero eorum indigent contemplatione. sed in hoc loco inuestigatio de his rebus non est nobis cõcessa. & Deus gloriosus, qui hominum voluntati satisfacit, & robur pstat, præbeat mihi robur.

D

Sermo de communitatibus & Differẽtijs Generis. Speciei, Differentiæ, Proprij, & Accidentis.

E

DEinde d. Auer. Et postquam definiuim⁹, &c. Inquit Leui. Illud quod dixit de prædicatione generum, & specierũ, ac differentiarum de ipsis sdiuiduis, q̃ sub ipsis existũt, est quidem manifestum in prædicamento substantiæ: & hoc ratione qua sunt genera, & spẽs, atq; differentiæ. & q̃ expoliat indiuiduum accidentis illius à suo subiecto in ratione. vt si quærat quid est hæc qualitas, & dicat color: vel si quærat quis color sit iste, & dicatur nigredo, quæ est spẽs: vel si quærat, qualis color sit, & dicat niger, qui ẽ differentia. Illa th distinctio, quam posuit hæc prædicatione inter differentiam & spẽm, videlicet q̃ differentia prædicat de speciebus & de indiuiduis, & spẽs ponit est vt non prædicet nisi de indiuiduis, repetit quoq; inter speciem mediam, & speciem vltimam, aut inter differentias specierum mediarum, & dñas specierũ vltimarum. Sed vera differẽtia inter spẽm & ipsam differentiam est, q̃ differentia prædicat semper de specie. nam differentia vltimæ speciei prædicat de illamet spẽ. & vltima spẽs non prædicatur de illamet spẽ, sed de indiuiduis. nam homo nõ prædicatur de homine: quoniam res non prædicatur de se ipsa.

F

I bus, & de indiuiduis prædicantur. Et rationẽ quoq; ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierũ, & generũ, & ſpecies generis: quæcunq; enim de prædicato dicuntur, eadẽ & de ſubiecto dicẽtur. ſimiliter aũt rationẽ differentiarũ ſuſcipiunt & ſpecies, & indiuidua. vniuoca autẽ erant, quorũ & nomen commune eſt, & ratio eadem. Quare omnia, quę a ſubſtantijs & differentijs ſunt, vniuoce prædicantur. Omnis autẽ ſubſtantia videtur hoc aliK quid ſignificare. In primis igit ſubſtantijs indubitabile, & verum eſt, ꝙ hoc aliquid ſignificant. indiuiduum enim & vnũ numero eſt quod ſignificatur. In ſecundis vero ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare, quando quis dixerit hominem vel animal: non tamen verũ eſt, ſed magis quale aliquid ſignificant. neque enim vnum eſt quod ſubiectum eſt, quemadmodũ prima ſubſtantia: ſed L de multis homo dicitur, & animal. Non tutẽ ſimpliciter quale quid ſignificat, quẽadmodũ album (nihil enim aliud ſignificat album, q̃s qualitatem) at ſpecies & genus circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualẽ enim quandam ſubſtantiã ſignificant. plus autem in genere determinatio fit, q̃s in ſpecie. dicẽs enim animal plus cõplectitur, quã qui hominẽ. Ineſt autẽ ſubſtantijs nihil illis eſſe contrariũ. Primæ enim ſubſtãtię quid erit M cõtrarium, vt cuidam homini, vel cuidam animali: at vero nec homini, nec animali aliquid eſt contrarium. Non eſt autem hoc ſubſtantiæ proprium, ſed etiam multorum aliorũ, vt quantitatibicubito enim vel tricubito nihil eſt contrarium. at vero nec decem, nec alicui talium. Niſi forte quis multum pauco dicat eſſe contrarium, vel magnum paruo, determinatorũ vero quã

torum

A torũ vero quantorũ nullũ nulli
est contrarium.

Videt aũt substantia non su-
scipere magis & minꝰ. Dico au
tẽ, non ꝙ substantia nõ est à sub
stantia magis & minus substan
tia (hoc enim dictũ est ꝙ est) sed
ꝙ vnaquæq; substantia hoc ip-
sum quod est, nõ dicit magis &
minus. vt si est eadẽ substantia
hõ, non erit magis & minus hõ,
neq; ipse seipso. neq; alter altero.
non. n. est alter altero magis hõ:
ficut est album alterũ altero ma
B gis & minus albũ: & bonũ alte-
rum altero magis & minus bo-
num: sed & ipsum seipso magis
& minus dicit. vt corpus, cũm
fit albũ, magis nunc albũ esse di
citur quã prius: & cũm calidũ
fit, magis & minus calidũ dicit.
substantia vero nõ dicit magis
neq; minꝰ. nihil enim homo ma
gis nunc homo q̃ prius dicitur:
neq; aliorũ quicquã, quæcũq;
substantię sunt. Quapropter nõ
recipiet substantia magis & mi
C nus. Maxime vero propriũ sub
stantiæ esse videtur, cũm vnum
& idẽ numero sit, cõtrariorũ su
sceptiuũ esse: quale in alijs qui-
dem non hẽt quisquã quod pro
ferat tale, quæcunq; nõ sunt sub
stantiæ: quod, cũm sit vnum nu
mero, susceptibile contrariorũ
a l. est. sit. velut color, qui est vnus &
idẽ numero, nõ dicitur albus & D
niger: neq; eadẽ actio & vna nu
mero, praua & studiosa. simili
ter autem & in alijs, quæcunq; non
sunt substantiæ. Substantia ve-
ro, cũm vnũ & idẽ numero sit, D
susceptiua cõtrariorũ est. vt qui
dã homo, cũm vnus & idem sit,
aliquando quidẽ albus, aliquan
do fit niger, & calidꝰ & frigidꝰ,
& prauus & studiosus. in alijs
aũt nullis aliquid tale videtur.
Nisi quis forsitan insistet, dicens Instantia.
orationẽ & opinionẽ contrario
rũ esse susceptibilia. eadẽ. n. ora
tio vera, & falsa videt esse. velu
ti si vera sit oratio, sedere quem
piã, eo surgente ipsa eadem falsa E
erit. simili aũt & de opinione.
si quis enim verũ putet aliquẽ
sedere, surgẽte eo, falso putabit,
eãdẽ de ipso opinionem habẽs. Soluio.
Sed si quis & hoc suscipiat, tñ
modo differt. Nã ea, quæ in sub
stantijs sunt, ipsa quidẽ mutata
susceptibilia sunt cõtrariorum.
frigidum enim ex calido factũ
mutatur (alteratur enim) & ni-
grum ex albo, & studiosum ex
prauo. similiter autẽ & in alijs
vnumquodq; eorum mutatio-
nem suscipiens, susceptibile con F
trariorum est. Oratio autem &
opinio, ipsa quidem immobilia
olno perseuerant: cũm vero res
mouet, contraria circa ipsa fiũt.
oratio nanque eius ꝙ sedeat ali-
quis, permanet eadẽ: cũm vero
res mota sit, aliquando quidem
vera, aliquãdo autem falsa dici-
tur, similiter aũt est ĩ opinione.
Quapropter saltem modo pro-
priũ substãtiæ est, vt sin muta-
tionem suũpsius susceptibilis sit
contrariorũ. Si quis autem reci Solo alia.
piat etiam hęc, orationẽ & opi-

G nionem ſuſceptibilia eſſe contrariorum, non eſt hoc verum. Oratio nanque & opinio, non eò q̃ ipſa aliquid recipiant, contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur: ſed eò quòd circa alterũ aliqua paſſio facta ſit. nam eò q̃ res eſt, aut non eſt, eò etiam oratio vera vel falſa eſſe dicitur, non eò q̃ ipſa ſuſceptibilis ſit contrariorum. ſimpliciter enim a nullo, neque oratio, neque opinio mouetur. quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorum, cùm
H nulla contrariũ ſit paſſio in eis facta. Verum ſubſtantia eo q̃ ipſa contraria recipiat, hoc ſuſceptibilis eſſe contrariorum dicitur. languorem enim & ſanitatem ſuſcipit, & candorem & nigredinem: & vnumquodque taliũ ipſa ſuſcipiendo, contrariorum ſuſceptibilis eſſe dicitur. Quare proprium erit ſubſtantiæ hoc, cùm vnum & idem numero ſit, ſecundum ſuũpſius mutationẽ, ſuſceptibilem contrariorum eſſe. De ſubſtantia quidem hæc
I dicta ſint.

Idẽ infra 1 c. de Prioni.

TRACTATVS SECVNDVS.

AVER.

S tractatus in ſex diuiditur partes. In prima parte agitur de Prædicamento ſubſtantiæ
In Secunda de quantitate. In Tertia de ad aliquid. In Quarta de qualitate. In Quinta de prædicamento agere & pati. In Sexta de ſitu, & quando, & vbi, atque habere.
Prima pars Quatuordecim continet particulas In Prima particula notificatur q̃ ſubſtantiæ bifariam diuiduntur: nempe, vel ſunt primæ ſubſtantiæ, vel ſecundæ: & vnamquanque earum declarat. In Secunda declaratur, quid ſint ſecundę ſubſtantiæ. In Tertia oſtenditur, q̃ ſecundæ ſubſtantiæ, quæ quidem de ſubiecto prædicantur, hoc habẽt proprium, vt nomen earum & definitio prędicetur de earũ ſubiecto: & q̃ hoc non reperitur in his, quæ ſunt in ſubiecto, quæ ſunt ipſa accidentia. In Quarta probabitur, q̃ quicquid eſt præter primas ſubſtãtias, indiget primis ſubſtantijs ad eſ L
ſe ſuum. In Quinta oſtenditur, q̃ inter ſubſtantias ſecundas, ipſa ſpecies eſt magis ſubſtantia, q̃ genus. ſubſtantiæ tamen primæ, quæ ſunt indiuidua ſubſtantiæ, magis habent hoc quàm ipſa ſpecies. & quòd huius rei cauſa eſt ſimilis: ſcilicet q̃ ſi indiuiduum verius dicitur ſubſtantia quàm ſpecies, pari ratione ſpecies verius nominatur ſubſtantia quàm genus. In Sexta notificatur, q̃ ſecundæ ſubſtantiæ quę ſunt eiuſdem ordinis, non dicitur aliqua earum verius ſubſtãtia, quàm alia: pari ratione neque primæ ſubſtan- M
tiæ. In Septima explicatur ratio, ob quam conueniat vt ſpecies, quæ in hoc prædicamento exiſtunt, atque genera, nominantur ſecundæ ſubſtantiæ: quæ quidem de ſubiecto prædicãtur, potiusquàm ea quæ prædicantur in ſubiecto, quæ ſunt ipſa accidentia. & ratio, ob quam in diuidua vocantur ſubſtantiæ primæ. In Octaua deſcribitur ſubſtantia ſimpliciter, ſiue ſit indiuiduum, ſiue vniuerſale: in qua etiam afferuntur propria diſtinguentia inter

K Primæ ſubſtãtiæ quomodo diuidũtur

ſub-

A substantias secundas,& accidens simpliciter. In Nona declaratur,q illę proprietates, quibus distinguuntur substantiæ secundæ ab accidentib⁹, eisdemmet communicant ipsæ differentiæ. In Decima probatur, q omnes secundæ substantiæ, atq; differentiæ habent nomina vniuoca.

In Vndecima soluit dubiũ, quod persuadet secundas substantias cõprehendi per primas,& q sunt eiusdem speciei. In Duodecima narratur, q ex proprietatibus huius prædicamenti vna est non habere contrarium, in qua proprietate com-
B municant aliqua alia prædicaméta.

In Tertiadecima declaratur, q inter proprietates huius prædicaméti vna est, vt nõ suscipiat excessum vel defectum : cùm tamen alia prædicamenta id suscipiant. In Quartadecima narratur, q principalis proprietas prædicamenti substãtiæ est, recipere contraria. & disputat Aristoteles de hoc :& soluit dubium in surgens in hoc negocio.

Sermo de prædicamento Substantiæ.

PArticula Prima. Dixit Aristo. q substantiæ bifariam dicũtur:
C nempe primæ, & secundæ. Substantia autem, quę prima denominatur, quæ quidem vere,& primo substantia dicitur, est indiuiduum substantiæ : cuius descriptio iam in superioribus tradita fuit, quę scilicet nec de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto existit : vt indiuiduum hominis, vel equi.

Particula Secunda. Secundæ vero substantiæ dicuntur species, in quibus indiuidua existũt similimodo, quo inest pars ipsi toto, ac genera quoq; suas continent species. vt gratia exempli, Socrates existit in D
specie, scilicet in homine, & homo in suo genere, quod est animal. & Socrates, qui est indiuiduum, est prima substantia: & homo, qui de ipso prædicatur, atque animal, dicuntur secundæ substantiæ.

Particula Tertia. Ex his itaque, quæ in præfatione huius libri dicta sunt, perspicuum est, quòd ea, quæ de subiecto prædicantur, quæ quidem sunt secundæ substantiæ, necessariò prædicatur nomen & definitio eorum de ipso subiecto. vt exempli gratia, hoc nomẽ homo vere dici-
tur de Socrate vel Platone indiui E
duo:& eius definitio quoq;. nam dicimus Socratem vel Platonem, esse hominem & animal rationale, quæ est definitio hominis. Ea vero, quę in subiecto dicuntur, quæ sunt ipsa accidentia, nec nomen, neque definitio eorum prędicatur vt plurimũ de subiecto demonstrato. vt albedo, quæ non prædicatur de corpore, ita vt dicatur corpus est albedo: neque etiam eius definitio, ita vt dicatur, corp⁹ est color disgregatiuus visus. In nonnullis tamen locis contingit prædicari nomen, sed non de
finitionem: vt dicunt Arabes in lin F
gua eorum, quòd moneta est excussio domini. nam definitio excussionis non prędicabitur de moneta. Si vero per nomina denominatiua significentur, tunc poterit de subiecto vere dici nomen,& definitio eorum. sed definitio non prædicabit de subiecto prædicatione notificante eius essentiam, quemadmodum prædicantur definitiones substantiarum de ipsis substantijs. vt exempli gratia album, quod est in subiecto, scilicet in corpore, ac prædicat de

G de ipso corpore, quod ab ipso denominatur, & dicitur quòd est album. definitio tamen ipsius albi non prædicatur vllo pacto de corpore, ita vt notificet eius essentiam.

Particula Quarta. Omnia præter primas substantias, quæ sunt quidē ipsa singularia, vel dicūtur de subiecto, vel dicuntur esse in subiecto. Et hoc inductione monstrari potest, videlicet ꝙ indigeant subiecto. vt gratia exẽpli animal, quod vere prædicatur de homine: propterea quia vere prædicatur de aliquo hoīe indiuiduo. nã si non vere diceret de H aliquo hoīe indiuiduo, haudquaq; et vere prædicaretur de hoīe, qui est spēs. Pari ratione & color, qui vere prędicatur de corpore, propterea quia vere prædicatur de aliquo corpore singulari. Sequit ergo ex his, ꝙ quicquid est præter primas substantias, vel dr de ipsis, vel est in ipsis, ſ. de primis substātiis, vel in eis est. sequit ergo ꝙ, si non darent primæ substātiæ, nõ posset dari aliquid ex secūdis substātiis, neq; ex accītib⁹.

Particula Quinta. Inter secūdas substantias ipsæ spēs debent potius vocari substantia, q̄ genera: ga sunt I propinquiores primis substantiis q̄ genera. nam si respondeat ꝑ singulum horū ad interrogationē factā per quid est Socrates, qui est indiuiduū, quod est prima substātia, erit vtiq; cōgrua respōsio ad interrogationē factā ꝑ quid est, ex parte guis eius. Veruntñ respōsio ꝑ spēm ad interrogationem ꝑ quid est indiuiduū, exactius & clarius notificat ipsum indiuiduū, q̄ respōsio ꝑ gen⁹. vt exempli gratia, si quæratur quid sit Socrates & respondeat ꝙ est hõ, erit quidem clarior notificatio de Socrate, q̄ si respondeatur ꝙ sit animal: K quia humanitas est magis propria Socrati q̄ animalitas. sic enim se habet vt se vel cõe cũ ipso proprio. Hæc ergo est vna ratio, quæ probat ipsas species verius dici substantias, q̄ ipsa genera. Alia vero ratio est, quia, cum primæ substantiæ verius dicantur substātia & eus, quā secundæ substantiæ vel accidentia: eō ga reliqua omnia prædicētur de ipsis, vel sint in ipsis: & ita se habēt genera ad species, sicut reliqua alia ad primas substantias: nempe ꝙ primæ substantiæ sunt subiecta reliquarū rerum, quēadmodum species sunt L subiecta generum: nam genera prædicantur de speciebus, quemadmodum prædicantur reliquę res de primis substantiis, & non econtra: videlicet vt prędicentur species de generibus, quēadmodum ēt non contingit in reliquis reb⁹ in prædicatione primarū substantiarū, ſ. de quibus non prædicat substantia prima: ex his ergo sequitur, ꝙ species verius dicuntur substantia, q̄ genera ipsa.

Particula Sexta. Species aūt substantiarū, quæ nõ sunt genera, vna non est magis spēs q̄ altera. Nam, si de Socrate respondeatur ꝙ sit hõ, M non fiet maior notificatio, q̄ si de equo indiuiduo respondeatur ꝙ sit equus. Par quoq; ratio est de primis substantiis. nam non dicitur verius nomen substantię de vna q̄ de alia: qm̃ singularis homo nõ dicitur verius substantia, q̄ singularis equus.

Particula Septima. Spēs præterea primarū substantiarū, atq; earū genera magis dicunt secūdę substātię, q̄ reliqua alia, quæ de eis prædicant. qm̃, si respōdeat ad interrogationē factam ꝑ quid est prima substantia

per

A per quoduis horū, erit vtiq; notificatiua eius, licet rñsio per ſpeciem maiorē ꝓſtet notitiam, at, ſi per aliqd aliud ꝓter hęc reſpondeat, tūc reſponſio nō erit cōgrua, neq; proportionata interrogationi. vt exēpli gra ſi reſpōdeatur ad interrogationem, quid eſt Socrates, ꝙ eſt hō, tunc maior traderur notitia, q̄ ſi reſpondeatur ꝙ ſit animal: quamuis vtrunq; eorū notificet eius quidita tē. ſed, ſi reſpondeatur ꝙ eſt albus, vel bicubitalis, tunc rñdetur ꝓ rē ſibi alienā, & quæ eſt extra eius natu rā. Neceſſario ergo debent hęc nominari ſcdę ſubſtantię magis q̄ aliquid aliud reliquorū prędicamentorū. Hęc igit eſt vna ex rōnibus, ob quā ſpecies primarum ſubſtantiarū, earumq; genera, potius debeant vocari ſubſtantiæ, q̄ reliqua, quæ de eis prædicantur. Alia inſuper rationi videtur hoc idem ita ſe habere: nēpe, quia eadē eſt rō primarū ſubſtantiarū ad reliqua oīa, quę eſt ſpecierū ſubſtantiarū & generū earum ad reliqua alia vſia prędicamentorū. nā quēadmodū reliqua oīa vel ꝓdicant de primis ſubſtantijs, vel exiſtunt in eis, vt paulo ante dictū fuit, ita quoq; reliqua vſia prædicamētorū extant in ſecundis ſubſtantijs, ſ. ꝙ illorū vſia exiſtunt in vſibus ipſarū: quēadmodū eorū indiuidua inſunt indiuiduis ſubſtantiarum primarum: vt grammatica, quæ homini ineſt, & bicubitale, quod ineſt corpori.

Particula Octaua. Cōe aūt eſt cui libet ſubſtantię, ſiue indiuiduū ſue rit, ſiue vſe, nō eē in ſubiecto. Qm̄, cū duo ſint genera ſubſtantiarum, nēpe primę & ſecundę ſubſtantiæ: primę aūt vt dictum eſt, nō ſunt in ſubiecto neq; de ſubiecto dicunt: ſecūde vero de ſubiecto dicunt, & nō ſunt in ſubiecto: cōe ergo eſt vtriq; generi earum non eſſe in ſubiecto. D

Particula Nona. Iā dirimus propriū ſecū darū ſubſtantiarū eſſe ꝓdicari de ſubiecto, & nō eē in ſubiecto: idcirco nomē, ac definitio earū ꝓdicabit de ſubiecto, quatenus ſunt ꝓdicabilia de ſubiecto: & ꝙ aliqua eorum, quæ in ſubiecto ſunt, prædicatur nomen eorum de ſubiecto, definitio vero non. Veruntā hoc, quod habent ipſę ſubſtantiæ ſecundæ, non eſt eis proprium: qm̄ & dēia ipſa dicit de ſubiecto, & nō ē in ſubiecto. vt exēpli gra rōnale, qđ dē de hoſe, & non eſt in eo, cū non inſit ei, ea rōne, qua ineſt albedo corpori. & ideo nomen eſt definitio dēię verę dicent de ſubiecto, quēadmodū de ſecundis ſubſtantijs dictū eſt: nā hoc nomen rōnale, & eius definitio, ſ. eſt eſſe conceptiuū per cogitationē, & contēplationē, prædicabūtur quidē de homine in eo qđ quid eſt. Nec nos quis perturbare pōt, dicens ꝙ ipſum rationale atq; dēiæ oīno in ſubiecto ſint: nēpe in illis rebus, quibus ipſę ſunt dēię. vt rationale qđ ineſt homini, vt accidētia ſunt in ſubiecto, vt albedo in corpore. qm̄ rationale eſt in ſubiecto, ſ. in homine, quatenus eſt pars eius. ſed non ita ſe habet res de albedine cum corpore. & ideo, cùm dicitur in deſcriptione accidētium quòd ipſa dicūtur eſſe in ſubiecto, non debet intelligi quòd ſint in ipſo veluti pars eius, ſed quatenus ſubiectum poteſt reperiri ſine ipſis. E

Particula Decima. Secundæ rurſus ſubſtantiæ atq; differentiæ hoc habēt proprium, vt quicquid earum

prę-

G prædicetur, prædicabitur quidem vniuoca prædicatione. Nam quicquid earum prædicatur, vel prædicabitur quidem de indiuiduis, vel de speciebus: qm̃ primę substantię de nulla re omnino prædicantur: species vero de indiuiduo prædicatur: vt homo de Socrate. genera quoque de speciebus & indiuiduis prædicantur. De primis autem substantijs necesse est vt p̃dicentur definitiones specierum earum, atque earum generum, sicut prædicantur de ipsis nomina eorum. De speciebus autem res perspicua est: de ge-
H neribus vero res iã ex superius dictis satis constat. nam genus dicitur de specie, & species de substantia prima, quæ est ipsum indiuiduum. & iam fuit dictũ, ꝙ quicquid dicitur de prædicato dicto de aliquo subiecto, dicitur etiam de illo subiecto: vt se habet genus ad speciem & ad indiuiduum. Et pari ratione prædicabuntur definitiones differentiarum de indiuiduis & spẽbus, quem admodũ prædicantur nomina. si ergo resita se habet, nẽpe ꝙ res, quarum nomina sunt vniuoca, nomen earum atq; definitio vnis est vnica
I in se, vt dictum est: sequitur ergo ꝙ proprium est ipsis differentijs, ac alijs rebus, quæ in hoc prædicamento sunt, vt prædicatio earum de omnibus rebus, de quibus prædicãtur, sit prædicatio rerum, quarum nomina sunt vniuoca, non quatenus sunt nomina denominatiua.

Particula Vndecima. Videtur autem ꝙ omnis substantia significet substãtiam singularem indiuiduã. De primis quidem substantijs nemo dubitare potest hoc esse verũ, ꝙ significant indiuidua ipsa: eorũ enim nomina vnicam rem numero significant. De secũdis vero substantijs videtur ꝙ nomina, quæ eas significant, similantur nominibus significantibus illas: quia similantur nominibus indiuiduorum, vel quia sunt in vsu pro nominibus indiuiduorum, quæ quidem significant indiuiduum. sed res non ita se habet: sed significant qđcunque indiuiduum contigerit, cùm subiectum huius nominis non sit vnum in se: quemadmodum est nomen, quod significat per formam suam, primam substantiam. nam Socratis & Platonis nomen significat indiuiduum tm̃: sed homo & animal, & deniq; species, & genus multa significant: licet distinguantur huiusmodi multa ab alijs, non distinctionę, quæ sit tantum signum, vt distinguit album id quod denominatur per ipsum, sed distinctione per essentiam rei. species autem & genus sunt impositа, vt distinguant rẽ per suam essentiam ab alia re: veruntamen genus est communius q̃ sit species. nam hoc nomen animal cõplectitur quicquid significat nomen hominis, cum animal sit genus ad hominem.

K

L

M

Particula Duodecima. Inest autem prædicamento substantiæ hoc proprium, scilicet non habere contrarium: nam homini vel animali nihil est contrarium. Sed in hoc proprio communicat cum ea aliqđ aliud prædicamẽtum, vt gratia exempli quantitas. nam bicubitum, vel decem, vel aliquod aliud hmõi generis, nullum habet contrarium. nisi quis dixerit paucum in quantitate esse contrarium multo, & magnum paruo. de quantitate vero di-

screta

A screra manifestum est, ꝙ non habet cõtrariũ: vt quinq;, tria, quatuor.

Particula Tertiadecima. Propriũ adhuc est ipsi substantiæ non suscipere excessum & defectum. Neque intelligo vnã substantiam non posse verius nominari substantiam, q̃ aliam: nam hoc iam à nobis concessum est, cùm diximus indiuidua substantiæ principalius dici substãtiam q̃ eorum vniuersalia. sed intelligimus speciem vel genus earũ non prædicari magis de vno, quàm de alio indiuiduo: neq; in vno tẽpore, magis q̃ in alio. Socrates n.

B non est magis animal, q̃ Plato, neque magis animal hodie, q̃ heri. quẽadmodũ vnum album, est magis album, aliquo alio albo: & hodie magis album, quàm heri.

Particula Quartadecima. Videtur autem maxime proprium substantiæ esse, vt cùm sit vna & eadem numero, sit susceptibilis contrariorũ. & hoc inductiue comprobari licet, nempe, non posse reperiri aliquod indiuiduum numero præter substantiam, quod recipiat contraria. nam vnus & idẽ color numero nõ potest recipere albedinem & nigre-

C dinem: neq; vna & eadem actio poterit suscipere laudem & vituperationẽ. parq; ratio est de reliquis ꝑdicamentis, quæ non sunt substantia. sed vna & eadem substantia suscipiet quidem contraria. vt exempli gratia Socrates q̃q; erit iustus, quandoq; vero iniustus: & q̃que calidus, q̃q; vero frigidus. Contra tñ hãc inductionem posset quis instare. q̃n videtur ꝙ oratio, & opinio suscipiant contraria. nam põt quidem quis dicere, orationem & opinionem, quæ habetur de Socrate surgente, si surgit esse veram: si vero sedeat esse falsam. Vna ergo & eadem oratio suscipiet verum & falsum: quæ quidem sunt contraria. Sed & si concedatur, quòd suscipiat contraria, hæ tamen duę rationes adhuc differunt inter se. quoniam, si substantia suscipit contraria, ideo quidem ea suscipit, quia mutatur in se ipsa, & recedit vnum contrariorum, & aliud recipit. sed oratio & opinio non alterantur in se, dum suscipiunt verũ & falsum: sed mutata re in se ipsa extra intellectum, à qua pendet ipsa opinio. vt gratia exempli opinio, quæ de So- E crate habetur ꝙ sedeat, suscipiet quidem veritatem si Socrates sedet: falsitatem vero si surgit. Propriũ igitur substantiæ erit, & si cõcedamus ꝙ hoc dicatur suscipere contraria, vt scilicet ipsa mutata in se suscipiat contraria.

Sed melius est dicere ꝙ hoc non dicitur recipere contraria. quoniã oratio & opinio, & si dicantur q̃que verę, quandoq; falsæ, non ideo sic dicuntur, quia verum oriatur in eis per se in aliquo tempore, & falsum alio tempore: quemadmodũ oritᵉ albedo in Socrate ipso in vno F tempore, & nigredo in alio tempore. sed verum & falsum in oratione est profecto relatio quædam, & proportio insequens mutationem rei, de qua habetur opinio & oratio: non ortus alicuius rei in se.

Veritas & falsitas in oratione ẽre latio ꝙdã.

Proprium ergo substantiæ est quòd vna & eadem substantia suscipiat cõtraria. Et hoc sit satis de substãtia.

Sermo

G *Sermo de prædicamento Substantiæ.*

Articula Prima. Dixit Aristo. Substantiæ, substantia dicunt', &c. Inquit Lexi. Licet propositum huius artis non sit tractare, & inquirere verū vniuersalia sint substantia particularia nūm: vel particularia sint substantiæ quā vniuersalia reperiant', quæ quidem controuersia iam orta est inter Aristotelem, & Platonē: nihil minus hæc ars, eo quod sumit genera species, & prout sunt res sermocinales, debet voce ratione sermocinatis, (vt ita loquar) determinare quod nam istorum debeat denominari prima substantia secundum sermones.

Particula Secunda. D. Auer. Secundū verō substantiæ, &c. inquit Lexi. Dixit simili modo, quo ineſt pars ſpēi toto: & non dixit H sicut ineſt pars totius, quia cum partes totius sint terminatæ & notæ, minorabit' quidem ipsum totum: si aliqua pars ab eo removeat; & sic nō remaneret totū, sed spēs remanebit species; licet tollatur ab ea individuum. Adde etiā q spēs nō est individua. & ideo eius partes sunt infinitæ. sed partes totius cōsimēt' aliquo numero: quicūq; fuerit ille. sed modus, quo infunt individua in ipsa, est similis illi quo ineſt pars, q̄a sunt in ea, sicut existit pars in toto. & par est rō individuorū cum generibus: videlicet q̄ individua reperiuntur in generibus modo simili, quo ineſt pars toti.

Particula Tertia. Ex his ergo quæ in præfatione huius libri dicta sunt; patet q̄ ea, q̄ de subiecto dicūtur, &c. Inquit Lexi. Cum dicit Moneta est excussio dñi, i est nummisma, seu habet rōnem monetæ ex percussio- I ne talis dñi: & vulgus solet simpliciter nominare monetā excussionē nomine non de nominatiuo. & definitio percussionis non prædicat' de moneta, quia percussio est accidens, & moneta est substātia. D.d. Si vero per nomina denominativa significatur, tūc nomē & definitio vere dicentur de subiecto. Inquit Lexi. Hoc est manifestū, qm albū prædicatur de corpore albo, nam diceretur corpus est album: & definitio quoq; albedo eo pdicabit'ur, quæ est coloratum colore cuius negatiuo visus, dicimus n. corpus est coloratū colore disgregatiuo visus. veritamē nō prædicatur de eo ratione nouissimæ substantiæ illius corporis.

Particula Quarta. D.d. omnia præter primas substātias, &c. Inquit Lexi. Voluit hic ostēdere prout sumptum est, id quod sæpe dixerat ante hoc, videlicet q̄ individua sunt prima scilīa elicita vt si nō præcesserint ipsa, nō reperiret' quicquā ex secūdis substātijs, & accidētibus. posset itaq; q̄ hæc declaratio facta est, prout ad hanc artem erat. b

Particula Quinta. D.d. Inter secūdas substantias ipse spēs debent potius vocari substātiæ, &c. Inquit Lexi. Hoc est clarū. & vult hic ostēdere, q̄ quāto magis accedunt vniuersālia ad individua, verius nominant' substantia: & ens q̄ illa vniuersālia, quæ magis recedunt ab individuo. & hoc probat duabus rōnibus. Prima, quia quō vniuersale accedit magis ad individuum, eō magis nosficat quidditatē illius individui, quod est prima substātia. Secūda est, quia tanto speciēs ad individuū est rō ghis ad speciē. nam quæ admodū species prædicat' de individuo, & nō econtra scilicet vt pdicetur individuum de specie: ita quoque genus prædicatur de specie, & non econtra.

Particula Sexta. D.d. Species adit substantiarū, quæ nō sunt genera, &c. Inquit Lexi. Sententia huius dicti est, q̄ speciei vtiusquarum, q̄ scilicet nō possunt esse genera: nulla earū versus notatur substantia, q̄ alia: quia oēs ipse exactæ notificant quidditatē primæ substātiæ, videlicet eius materiā ac formā. & par ratio quoq; est de ipsis substātijs primis, scilicet quod sunt pars modo substātiæ, cum q̄cūlibet earum reperiatur individuā.

Particula Septima. D.d. Spēs adit primarū substantiarū, &c. Inqt Lexi. Totū hoc est clarū: quia quælibet modū individua accidentiū sunt in primis substātijs: ita quoq; vlla accidentiū sunt in substātijs secūdis, quibus hmōi accidens est proprium: videlicet q̄ nō reperitur in aliquo alio: vt Grāmatica, quæ nō reperitur in aliquo alio ab homine. M

Particula Octaua. D.d. Cōmune adit est cuilibet substātiæ, &c. Inquit Lexi. Voluit hic ostēdere, q̄ dñs sunt quoq; substātiæ: sicut dicunt' esse in subiecto ita nō dicunt' esse in subiecto, ita vt nō sint pars eius. & ideo, si dicunt' esse in subiecto, quāmuis id sit, scilicet de hac pdicatione, & de pdicatione in subiecto, quæ dicta est in principio huiusmodi.

Particula Nona. D.d. Proprē secundarū substantiarū, &c. Inquit Lexi. Intelligit hæc nō prædicari in subiecto, sed semper dici de subiecto: licet vniuersalia accidentiū quandoq; prædicentur in subiecto, vt dictū fuit.

Particula Decima. D.d. Secundæ rursus substantiæ, &c. Inquit Lexi. Per id verp,

quod

A quod dicit, ꝙ horum prædicatio est velut prædicatio rerum, quarū nomina sunt vniuoca, nō quarū noīa sunt denominatiua, intelligit nomina derivata à noīe accidētis, vt album. horū enim noīa dicunt̄ æquiuoca: nō quæ derivata sunt ex dicta substantialiter illa etenim nomina vniuoca dicuntur, vt in superioribus probatum fuit.

Particula Vndecima. D.d. Videtur autē ꝙ quælibet substantia significet substantiā singularem: quæ est ipsum individuum. Inquit Leni. Per hoc quod hic dicit. vt velle, ꝙ genera & species significent substantiā individuam, quatenus est individua. sed res nō ita se habet: sed significant quodcūq; individuum contingerit ex individuis, de quibus solet fieri prædicatio. & ideo significant multa. D.d. licet distinguantur hmōi multa ab aliis nō distinctione, quæ sit tm signi, &c.

B Quoniā primæ substantiæ distinguuntur inter se, nō per rem substantialem: sed per id quod est tm signū, hoc est vocatur hoc individuū Socrates, & aliud Plato: nam hoc nomē distinguunt per id, quod est signū, nō notificēs essentiā eorum, neq; significans aliquod ex accidentibus eorū. & ideo hoc signū est minus efficax ad distinctionē tradendā, quām illud signum, quod per exemplum dedit. C ipsum albū. nam albedo est signum illius, ꝙ ab eo denominantur: & notificat hoc accidens ineſſe eis, & distinguit ea ab aliis per hoc accidens.

Particula Duodecima. D.d. Ineſt rerum substantiæ hoc proprium. Enon habere cōtrarium. Inquit Leni. Manifestū est, ꝙ substantia nō habet contrariū. sed est quoq; manifestum, ꝙ in hoc cōmunicant etiam aliqua alia prædicamēta cū ea: nam quātitas nō hēt contrariū. & iō hoc nō est proprium substantiæ: vt patet in generibus quātitatis cōtinuæ, & discretæ. qm̄ bicubitum vel tricubitum non habet contrarium. idemodem neque quinq;, vel sex habet contrarium. Et si vndecim ipſum habere contrariū, id quidē fit ratione paucī & multi, & magni & parui, non quatenus sunt species quātitatis per se existentes: vt sunt duo vel tria. sed posterius probabitur, ꝙ nec magnū & parvum, neq; multum & paucum sunt contraria: imo neq; in genere quantitatis locant̄. & ideo dicit Arist. ꝙ hoc non est verū proprium substantiæ. In fine tñ dubitat cōtra hoc, quod dicitur hic, ꝙ substātia nō habet contrariū. Quoniā in philosophia Naturali fuit probatum, aliqua elementorū esse inter se contraria: vt exempli gratia, terra est ignis cōtraria. cur ergo dicit Arist. substantiā non habere contrarium?

D Quidā autē parcepar̄t hoc dubium, ob quod fuerūt coacti dicere, elementa habere alias formas, præter caliditatē, frigiditatem, humiditatem, & siccitatē, quæ sunt inter se contrariæ. sed illas alias formas dicunt non esse contrarias inter se. & sic verificat apud eos dictum Aristo. ꝙ substantia nō hēt contrarū. Et nos iam declaravimus in nris expositionibus in libros Philosophiæ Naturalis falsificatē huius positionis. Et ideo melius est dicere hanc artē non ponere, nisi ea quæ famosa & apparentia sunt: quæ quidē sunt ipsa sensibilia. nulla ergo datur substantia sensibilis, q̄ habeat contrariū sensibile: elementorū aūt quædā nō habent esse sensibile, vt aer & ignis, longe minus ergo poterit inter ipsa contrarietas. Quod aūt ex ipsis E sensibilē vt, est aqua & terra: quę tñ nō sunt contrariæ, & cum aer sensū nō percipiatur, ideo putarunt aliqui primo innatum ipſum esse vacuum: vt narrauit Aristote. in libro Physicorum.

Particula Tertiadecima. D.d. Proprium adhuc est ipsi substantiæ nō suscipere excessum & defectū. Inquit Leni. Nō frelligit hæc ꝙ substātia aliqua nō dicat̄ verius substantia, q̄ aliqua alia substātiata: hoc est omnē no necessariū, vt iam probatū fuit. sed intelligit ꝙ nō p̄dicatur secundū magis & minus de ea re, de qua prædicatur. Nos aūt dicimus, ꝙ hoc quoq; non est vere proprium ipsi substātiæ. qm̄, cum excessus & defectus in prædicatione reperiat̄ tm in rebus habētibus contrariū, habens medium, vt in superioribus, p̄batū fuit, & dentur aliqua præ F dicamēta, q̄ nō habent mediū; ergo manifestum est ꝙ non p̄dicabunt̄ de ea re, de qua prædicant̄ secundū excessum & defectū. & iō Arist. debebat dicere ēt in hac parte ꝙ in hoc ꝓprio cōuenit aliqua alia p̄dicamēta.

Nec nos latere licet, quòd vere ipsa substantia a non suscipit excessum & defectum licet aliquæ substantiæ tmt inter se contrariæ: vt diximus de elemēnis: vt exempli gratia, ignis. nam licet aliquis ignis sit calidior aliquo alio igne, & sic de qualitatibus reliquorum elementorum, quæ sunt formæ eorum, dicendum est, vt in libris scientiæ Physicæ probatum fuit: nihil minus non prædicatur ignis de illis partibus secundum magis & minus, & neq; ab quod aliud elementum de suis partibus. quoniam ille

calor

G ca'or, quo ignis est ignis, habet aliquam latitudi nem: & quicquid reperimur in illa latitudine, est quidem ignis eodem tenore. sed hoc seorsum tractabimus in expositione nostra super libros scientiæ Naturalis. nã hoc negocium desyderat inuestigationem propriam seorsum. hic autem non datur locus huic inuestiganoni, vt palam est.

Particula Quartadecima. D.d. Videtur autem maxime proprium substantiæ esse, &c. Inquit Leui. Totum hoc est clarum. & intelligit hic, q9 & si fateamur q9, cum vna opinio recipit verum & falsum, dicatur recipere contraria, differat tamen receptio contrariorum in substãtia, à receptione cõtrariorum in opinione. quia substantia recipit contraria ipsa mutata in se: sed non ita res se habet in oratione, & opinione. erit igitur proprium substantiæ, vt recipiat contra
H ria, dum transmutatur in se. sed melius est dicere, q9 hoc non ducitur recipere contraria. & sic non indigebimus illo secundo proprio, scilicet dicere dum in se transmutetur: quoniam, cum dicimus vnam substantiam recipere contraria, nullum aliud prædicamentum communicabit in hoc.

De Quanto. Cap. 2.

QVanti autem aliud quidem est discretũ, aliud autem continuum: & aliud quidem ex habentibus positionem ad seinuicem in ipsis, partib9 constat, aliud autem ex non habentibus positionem.
I Est autem discretũ quidẽ, vt numerus, & oratio: continuum vero, vt linea, superficies, corpus. amplius autem præter hæc, loc9 & tempus. Partium etenim numeri null9 est communis terminus, ad quem copulãtur partes eius. vt quinque, si sunt denariꝰ partes, ad nullum terminum cõmunem copulantur quinque & quinque, sed semp discreta sunt. & tria & septem ad nullum cõmunem terminum copulantur. neq; omnino habebis in numero K cõem terminum partium accipere, sed semper discretæ sunt. quapropter numerus quidẽ discretorũ est. Similiter aũt & oratio. q9 etenim quantũ est oratio, manifestũ est: mensurat.n. syllaba breui, & longa. dico autem cum voce orationem factam. ad nullum.n. cõem terminum particulæ eius copulant. non. n. est cõis terminus. ad quem syllabæ copulentur: sed vnaquæq; diuisa est, ipsa ꝑm seipsam. Linea vero continua est. est.n. sumere cõ- L munẽ terminũ pũctum, ad quẽ partes eius copulentur: & superficiei, lineam. plani nanq; partes ad aliquem cõem terminum copulantur. sitt aũt & in corpore habeas sumere cõem terminũ, lineam vel supficiẽ, ad quã corporis partes copulantur. Est autẽ taliũ & tẽpus & loc9: præsens enim tempus copulat ad præteritũ & ad futurũ. rursus loc9 cõtinuorũ est: locũ. n. quendã partes corporis obtinẽt, quæ ad cõmunẽ terminum copulant: ergo M & loci partes, quæ obtinent singulas corporis partes, ad eundẽ cõem terminũ copulant, ad quẽ & corporis partes. quapropter continuus erit & locus: ad vnũ enim cõem terminũ eius partes copulantur. Amplius autem, alia quidem constant ex partibus quæ in eis sunt, positionem habentibus ad seinuicẽ, alia aũt ex non habentibus positionẽ. vt lineæ quidẽ partes positionem habent

* a.l. sunt re, & au gnare.

A habent ad ſeinuicem. ſinguleꝙ nã que earum ſitæ ſunt alicubi: & habeas vnde diſtincte ſumas, et aſſignes vbi ſingulæ ſitæ ſint in plano, & ad quam partem reliquarũ copulanť. ſiſt aũt & partes plani poſitionem habent alicuã. ſiſt nãqꝫ aſſignaret vnaquæque vbi iacet: & q̃ copulant ad ſeinuicem. ſed & ſolidi partes ſi militer, & loci. In numero autẽ non poterit quiſquã oſtendere, quemadmodũ partes eius poſitionem aliquã habent ad ſeinui
B cem, aut vbi iacent, aut q̃ partes ad ſeinuicem connectunť. Neqꝫ eæ, q̃ temporis ſunt. nihil.n. permanent partes temporis. quod aũt non eſt pmanens, cũ poſitionem aliquã habebit? Sed magis ordinem quendã dices habere: eò qꝫ aliud quidẽ prius ſit tẽporis, aliud vero poſterius. Sed & in numero ſiſt: eò qꝫ prius numerať vnꝰ q̃ duo, & duo q̃ tria. & ſic habebunt aliquẽ ordinẽ: poſitionẽ vero non omnino accipies. Sed & oratio ſiſt. nulla.n.
C remanet pãrtiũ. ſed dictũ eſt ſimul, & non eſt hoc amplius aſſumere. quapropter nõ erit nulla poſitio pãrtium eius: ſiquidẽ pmanet. Igitur alia ex habẽtibꝰ * poſitionem partibus conſtãt: alia ex non habentibus poſitionem. Proprie aũt quanta hęc dicuntur ſola quæ dicta ſunt: alia vero oĩa ſm accidens. ad hæc.n. aſpicientes & alia dicimus quã ta: vt multũ dicitur albũ, eò qꝫ ſuperficies multa ſit: & actio lõ-

a.l. partiũ ꝓpriũ.

a.l. põnẽ d ſeinuiť parubꝰ

ga, eo qꝫ tempus multum ſit, & D motus multus. Neqꝫ.n. horum ſingulum ꝓ ſe quãtũ dicitur. vt ſi quis aſſignet quãta actio eſt, tpe definiet annuam, vel ſic aliquo modo aſſignans. & album quantum quid ſit aſſignans, ſuperficie definiet: quãta. n. fuerit ſuperficies. tm̃ album eſſe diceret. quare ſola proprie ſm ſeipſa dr̃ quanta, quæ dicta ſunt: aliorum vero nihil per ſe, ſed ſi forte per accidens. Amplius, quanto nihil eſt cõtrarium. In definitis enim manifeſtum eſt, qꝫ nihil eſt E contrarium: vt bicubito vel tricubito, vel ſuperficiei, vel alicui talium. nihil.n. illis eſt cõtrariũ. Niſi quis forte dicat multũ pau co eſſe contrarium, vel magnũ paruo: Horũ autẽ nihil eſt quantum, ſed magis eorum, quę ſunt ad aliquid. nihil.n. ipſum per ſeipſum magnũ vel paruum dicitur: ſed eò qꝫ ad alterum referť. vt mons quidem paruus dicit, milium vero magnũ: qꝫ hoc ĩꝑs quæ ſunt ſui generis maius ſit, il lud vero ĩꝑs quę ſui ſunt generis F minus: ergo ad alterũ eſt eorum relatio. nam ſi per ſeipſum magnum vel paruum diceret, nunquam mons quidem aliqñ paruus, milium vero magnum diceretur. rurſus in vico quidem plures hoſtes eſſe dicemꝰ, Athenis vero paucos, cùm ſint illis multo plures. & in domo quidem multos, ſ theatro vero paucos, cùm ſint plures. Amplius, bicubitum quidem, & tricubi-

Inſtantia.

G tum,& vnumquodq; taliũ quã tum significat: magnũ vero vel paruum non significat quantũ, sed magis ad aliquid:qm̃ ad alterum consyderatur & magnũ & paruum. quare manifestum est, q; ipsa sunt eorũ quę ad aliquid. Amplius,siue aliquis ponat quãta esse hæc,siue non ponat, nihil est in illis contrarium. quod. n. nõ põt sumi per seipsum, sed ad alterum refertur,qũo huic aliqd H erit contrarium? Amplius autẽ, si sunt magnum & paruum cõtraria,contingeret idem simul cõtraria suscipere,& ea ipsa sibimet esse contraria.cõtingit enim * si mul idem paruũ esse & magnũ. est enim ad hoc quidem paruũ, ad aliud vero idipsum magnũ. quare idem & paruum & magnum eodem tẽpore esse cõtingit:quare simul contraria suscipere.Sed nihil est, quod videat simul contraria suscipere posse. vt in substãtia quidem: suscepti I bilis enim contrariorum esse videtur:sed nullus simul sanus est & æger, neq; album & nigrum est simul:nihilq; aliud simul cõtraria suscipiet.Et eadem sibĩpsis contingit esse contraria. nam si est magnum paruo contrariũ: ipsum autem idem simul est magnum & paruũ : ipsum sibi erit contrarium. sed impossibile est aliquid sibĩpsi esse contrarium: non est igitur magnum paruo contrarium, neque multũ pauco. Quare nisi & eorum quæ ad aliquid hæc quis dicat, sed quãti,nihil contrarium habebunt.

Maxime autem circa locũ esse videtur contrarietas quanti.fursum enim ei quod est deorsum, contrarium ponunt: locum qui medio est, deorsum dicentes, eò q; plurima distãtia est mediũ ad mundi terminos. Videntur aũt & aliorum contrariorum ab his afferre definitionem, quæ enim plurimum à seinuicẽ distant eorum quæ sunt sub eodem genere,contraria esse definiunt. Non L videtur autem quãtum suscipere magis & minus:vt bicubitũ. neq; enim alterum altero * magis bicutum.neq; in numero:vt tria q; quinq; nihil magis quinque aut tria dicuntur, neq; quinque q; tria.nec tempus alterum altero magis tempus dr̃. nec in nullo eorum, quæ dicta sunt omnino magis & minus dicitur. Quare quantũ non suscipit magis & minus. Propriũ autẽ maxime quanti est, q; æquale & in æquale dicitur. vnumquodque M enim eorum quæ dicta sunt quãtorum,æquale & inæquale dicitur.vt corpus,æquale & inęquale dicitur.& numerus & temp⁹, æquale & inæquale dicitur. sed autem & in alĩs, quę dicta sunt, vnumquodq; æquale & inęquale dicitur.In cæteris vero quęcũque quanta non sunt, non prorsus videbitur æquale & inæquale dici. vt disposítio æqualis & inæqualis non omnino dicitur, sed magis símilis & dissímilis.& albũ æquale & inæquale nõ o-

K Vide hoc C tũ por nũ in fex pr priorũ, de Vb ca fine

* a. co. addit aliqñ.

* a. l. ma gis minu bicubitũ.

no

A no dicitur, sed simile vel dissimile. Quare quanti maxime sit ppriũ, æquale & inæquale dici.

a 1. sed magis sile

Pars Secunda Tractatus Secundi.

Sermo de Prædicamento Quantitatis.

VER.

QVicquid in hoc prædicamẽto dicitur septem continetur partibus. In Prima parte notificantur partes principales ipsius quãtitatis, quæ sunt quantitas continua & discreta, & habere situm, & priuari situ. In Secunda declarat quę nã sint genera ipsius quãtitatis, ſ. fama & publica, quæ sub quanto continuo locantur: & quæ sub quanto discreto. In Tertia ostendũtur genera, quæ sub situ continentur, & quæ non. In Quarta exponitur ꝙ illa septem genera quantitatis numerata sunt genera, quæ apparenter & publice videntur esse per se quantitas. sed reliqua alia, quæ videntur esse quantitas, id quidem habent ea ratione, qua hæc genera in ipsa reperiuntur. In Quinta probatur ꝙ vna ex proprietatibus quãtitatis est quo que non habere contrarium: vbi soluuntur dubia, quibus videt probari ꝙ quantitas habeat contrarium. In Sexta probatur ꝙ quantitas ẽt nõ susc̃ipit magis & minus, vt ipsa subsistẽtia. In Septima ostenditur ꝙ vera proprietas ipsius q̃ntatis, cũm qua nihil aliud communicat, est æquale & inæquale.

Particula Prima. Dixit Arist. Ipsius quanti aliquod est discretũ, & aliquod continuum: & aliud est cuius ptes iter sese hñt põné, aliud vero cui' ptes nõ hñt põné adinuicẽ.

Particula Secũda. Discretum autem est duplex, nempe numerus, & oratio. Continuum vero quinq; D
pler, videlicet linea, superficies, corpus. præterea quæ corpora continẽt, ac ample ctuntur, tem pus scilicet, & locus. Est autem numerus quãtitas discreta: quia quantitas discreta est id, cui non conuenit assumere *terminum communem, apud* quẽ eius particulæ inuicem copulent, vt exẽ ph gratia, decem, nam pars eorum, q̃ est quinq;, non copulat cum alijs quinq;, quæ sunt alia pars, in termino cõmuni: neq; tria quæ sunt vna pars, cũm septem: sed omnes particulæ eorum sunt adinuicem diuisæ.

Quòd autem oratio sit quantitas, E
nemo ambigere *potest: quã* mensuratur per eius partem, quæ est minima portio, qua vox proferri possit: nempe vel syllaba longa, vt la Arabice, vel breui, vt al. & est quoq; discreta quantitas, cum eius particulę non habeãt terminum communẽ, ad quem coniungantur inter se inuicem. syllabæ etenim sunt inter se diuisæ. Linea vero, & superficies, & corpus, ac tps, atq, locus sunt ex q̃ntate cõtinua: q a particulæ cuiuslibet eorũ possunt habere terminũ cõem, ad quẽ copulent inter se. qui quidẽ terminus in ipsa linea est punctum, F
in superficie vero est linea, in corpore superficies, *in* tpe instans. nã *in* puncto copulant partes lineæ, & in linea partes superficiei, & in superficie partes corporis copulantur, & in instãti copulant partes tpis, q̃ sunt pteritũ & futurũ. Locus quoq;, cũm particulæ corpis in eo contineant, & in terminũ cõem copulent, oportet ergo vt particulæ loci copulentur ad terminum communẽ etiam, & sic itaque est quantitas continua.

Particula. 3. D.d. Quãtitas vero,

G *quæ ex partibus habentibus inter se positionem constat, est ipsa linea, & superficies, & corpus, atq; locus. Habere aũt ipsas partes positionẽ inuocẽ, nihil aliud est, q̃ vt eius particulę oẽs reperiant̃ simul. nã si non sint simul, non poterit habere aliqua particula earũ positionem inter se. & ꝙ quauis portionem earũ sumpta, reperiet̃ in parte terminata huius quantitatis, siue sursum, siue deorsum, & copulata parti terminatæ ipsius. vt gratia exẽpli, oẽs partes lineæ, cùm reperiant̃ simul, habent quidem positionem inter se inuicẽ: & q̃libet ea*
H *rum existit ī parte terminata, & cõiungit̃ in parte terminata, q̃ scilicet est illa, q̃ ipsam insequit̃. eadẽq; est de partibꝰ corporis, & partibꝰ loci: qm̃ partes loci reperiunt̃ sup partibus corporis replentibus locũ: siue locus sit vacuum, siue sit superficies ambiens corpus exterius, vt sentit Aristot. In partibus vero numeri, nullum horum trium reperit̃, s. vt sint simul, & vt sit q̃libet earũ ī parte terminata, & copulata in parte terminata. Et par ratio est de tpe & oratione, videlicet ꝙ partes eorum non repe*
I *riunt̃ simul: cùm partes tpis & partes orationis non habeant pmanentiã, neq; posterior portio eorũ attingat priorẽ. Partes tñ temporis atq; numeri quandã obtinẽt ordinem: nam q̃dam particula tpis p̃cedit, & q̃dam alia succedit. idemq; de numero dicendum est: nã duo p̃cedũt tria, sed nullã obtinent positionem.*

Particula Quarta. D.d. Hæc aũt prima genera ex generibus quanti sunt, q̃ vere & primo dñr quanti: reliqua vero p̃ter hæc q̃ quantitatem obtinent, dicent̃ vtiq; esse quanta p accẽs, & secundo, hoc est medio aliK quo horũ, q̃ sunt quãtitas re vera. vt exempli gr̃a, dicimus aliquã albedinẽ determinatã esse magnã, quia ẽ in magna superficie: dr̃ quoq; actio *longa*, quia in longo tpe efficit̃. Cuius rei indicium est, g̃a siqs interrogauerit, quanta sit hæc actio, respõdebit̃ ꝙ est actio vnius anni, & si interroget quãta sit hæc albedo, rñ debit̃ trium cubitorũ vel quatuor. actio enĩ terminat̃ & mensurat̃ tpe: albedo vero p superficiẽ, q̃ est trium vel quatuor cubitorũ mensurat̃. sed, si eẽnt p se q̃ta, mẽsurarẽt̃ quoq; p se.

Particula Quinta. Proprium aũt L q̃to est, nihil illi esse contrariũ, siue continuum, siue discretũ fuerit. tria etenim vel quinq; non hñt contrariũ, neq; linea & superficies ẽt. Nec potest q̃s obijcere ꝙ multũ & paucũ, q̃ sunt quantitas discreta, sunt q̃dẽ contraria: fatẽq; magnũ & paruum ex quantitate continua sunt cõtraria, pp duas rõnes. Prima est, g̃a paucũ & multũ, & magnũ & paruũ nõ sunt ex p̃dicamẽto q̃titatis, sed sunt relatiua. quãtitas aũt est ens per se: paruũ vero & magnũ & paucũ & multum dñr ad aliq̃d, & in relatione, & ideo vna & eadẽ res põt eẽ maM gna & parua, & pauca, & multa: magna quidẽ ī relatione ad aliã, & parua in relatione ad aliã rem: adeo vt nos poterimus dicere montẽ eẽ parvum, & formicã magnã: & si formica sit parua, & mõs magnus. Si aũt aliquid esset paruũ vel magnum in se, ita vt q̃dam denoiatio p se existẽs in eo, vt albedo in corpore existẽs, non posset mons denoiari mõs paruus in quauis re, neq; formica magna. & hæc est vna rõ; q̃ probat quãtatẽ non habere cõtrariũ: videli-

cet,

A cet, q̄a hæc duo non sunt de p̄dicamento quātitatis, sed de alio. Vt insup magnum & paruū non eē duo contraria: siue ponant in p̄dicamento quantitatis, siue non. q̄m, q equid non intelligit p se, sed p relationem ad aliud, non p̄t habere contraria. cōtraria. n. sunt, q̄ maxime inter se distant. id vero q̄d in relatione ad aliud dr̄, nihil hēt q̄d maxime distet ab ipso: cùm possit ad infinitū referri. Tertia p̄terea rō huius est, quia si magnū esset contrarium paruo, tūc vna & eadē res esset susceptiua cōtrariorū simul: cùm vna & eadem res
B possit denoīari magna & parua, sed in relatione ad duo. & si possent de nominari hoc pacto contraria in se eo pacto quo denoīat album & nigrū, tunc reperirent duo contraria simul in eodē subiecto, & poſſet eadem res simul esse nigra & alba: q̄d est impoſſe. & ideo duo cōtraria nō possunt simul coniungi in eodē subiecto: nisi duab⁹ rōnibus diuersis: vt in reliquis oppositis hoc idē euenire p̄t. Præterea, si magnū eēt cōtrarium paruo, idē esset sibi ipsi cōtrarium: cùm idē denoīet magnū & paruū simul. si igit dicam⁹ ipsa eē
C contraria, tunc sequeret vt hæ duæ denoīationes essent denoīatiōes sirmæ in substantia eiusdem rei: & sic vna & eadē res esset sibi ipsi contraria. q̄d est absurdissimū. Ex his ergo constat magnū & paruū, vel multū & paucum non esse contraria: siue concedam⁹ ea esse quantū, siue nō. D.d. Maxime aūt vī q̄ contrarietas insequat quantitatē in genere ei⁹, q̄d est ipse locus. nā locus sursum, q̄ est pars gibba cœli, vī esse contrari⁹ loco deorsum, q̄ est mediū mundi, i. locus terræ, q̄ est ī̄ma pars aquę, & infima pars alitui⁹ portionis aeris. Ratio vero, ob quam putant homines hæc duo loca esse contraria, est, q̄a quilibet illorū locorū existit in maxima distantia ad alterū: ita vt non reperiat aliqua distantia maior illa, &, q̄a hoc est in ipsis valde manifestum, ideo definitio reliquorū contrariorū transumpta est ex hoc nosce: ita vt definitio contrariorū sit hæc, contraria sunt illa, q̄ inter se maxime distant sub eodē genere posita at intelligunt hic quidē distantiā ſm esse, non distantiā ſm transitum. Dico itaq; contrariū reperiri in quantitate quatenus ē vbi, E
non quatenus est q̄titas, neq; quatenus est relatiū, s. sursum & deorsū. sed hoc idē accidit relationi, quēad modū accidit q̄titati: & ideo nō vt q̄ relationi insit contrariū.

Particula Sexta. D.d. Propriū q̄titati, est non suscipere excessum & defectū. nā hoc quantū bicubitale non est magis bicubitale q̄ aliud bicubitale: neq; tricubitum magis q̄ aliud tricubitū. neq; de tpe quoque p̄t dici aliq̄d tps esse magis tps q̄ aliud. Veruntī in his duabus ꝓprietatibus cōicat quoq; substantia, s. nō habere contrarium, & non suscipere magis & minus. F

Particula Septima. D.d. Maxime propriū quantitati esse æquale & inæquale Nam nihil aliud p̄ter quantitatem per hoc denoīatur. vt gratia exempli, quale nō dicit de eo æquale vel Iæquale, sed dicitur simile vel dissimile. nam dicimus hanc albedinem esse similem illi albedini vel dissimilem, & non dicimus æqualē & inæqualem, nisi per accidēs. Proprijssimum ergo quantitatis est, eē æquale vel inæquale.

C Sermo de prædicamento Quantitatis.

LXVI. PArticula Prima. Dixit Arist. Quanti aliud discretum, &cc. Inquit Leui. Sensus est, q̃ quantitas dicitur in continuã & discretam. & ideo diuidit in id, cuius partes habent ſe cum inter ſe ſe. & in non habentes.

G nandum, ꝙ ipſum qñ ſuſcipiat magis & minus. ſed accidit ipſi qñ, quia non fuit ſumptum particulare vel proprium, & pp ipſam relationem: non ꝙ ipſum qñ ſuſcipiat de ſe magis & minus. Quod autem ita ſit, vt dixi nius, videlicet ꝙ hoc accidet ipſi quando ꝓ pter illa duo ſimul, ſic probatur. qñ, ſi plu res res eſſent in vno inſtanti propinquo alicui inſtanti noto, tunc non referentur quo ad propinquitatem ad illud inſtans notum ſecundum magis & minus: licet hoc quod dicimus ꝓpinquum, ſit de prædicamento relationis. ſimiliter ſi ſumatur quando vniuerſale, & non ſumatur per ipſum relatio, tunc non ſuſcipit magis & minus. nã multæ res referuntur ad vnum annum, ſ non fuerunt ſimul: quia quælibet earum fuit in diuerſis temporibus illius anni: & non referũ

H tur ad illum annum ſecũdum magis & minus. Patet itaq; hoc accidere ipſi quando ꝓ pter illa duo ſimul: ſ quia eſt ſumptum particulare, & propter relationem. Illud quoq; quando, per quod interrogatur de ſpecie & genere, aliud eſt tempus. & aliud eſt inſtãs, vt paulo ante fuit dictum. Inſtans autem, vt eum quæritur, quando eclipſabitur luna? & reſpondeatur, quando ſubingredietur vmbram terræ. vel ſi quæratur, qñ erit completa formatio fœtus maſculi in ſpecie humana? & reſpondeatur cum fuerint completi quadraginta dies à puncto cõceptionis. Tẽpus vero, vt ſi quęratur, quando fit incremẽtum in animali? & reſpondeatur tempore adoleſcentiæ. vel quando fiet decrementũ in animali? & reſpondeatur tempore decre

I pitatis. Et ob hanc cauſam poterit quis credere dari contrarium in prędicamento qñ: cum tempus incrementi ſit contrariũ tempori decrementi. Attamen hæc cõtrarietas ineſt habenti prædicamentum quando, nõ ipſi quando, nam, ſi contrarietas eſſet in eo demmet tempore, ita vt illud tempus eſſet illi tempori contrarium, tunc ſequereꝛ ꝙ tẽpus eſſet ſibi ipſi contrarium: quod eſt maxime falſum. Sed quo pacto hoc ſequatur nunc dico. qñ adoleſcentiæ tempus alicuius viri poterit eſſe tempus decrepitatis alterius viri, qui eſt decrepitus tempore adoleſcentiæ illius. & hoc ita ſe habet, quia nõ datur tunc niſi vnicum tempus, vt palam eſt hoc, & verum omnino. nam tempus non multiplicatur ad multiplicationem rerum quibus eſt tempus: ſed eſt vnum & idem in ſe in omnibus locis. Si igitur tempus adoleſcentiæ eſſet contrarium tempori decrepi-

tatis rãtione ipſius temporis, tunc ſequereꝛ K
ꝙ idem tempus eſſet ſibi ipſi contrarium: quod eſt impoſſe. Patet itaq; ꝙ hoc contrarium accidit illi enti, quod ad ipſum tempꝰ referꝛ. Id vero, ꝙ quod aliquod referꝛ ad aliꝰ quod, aliud eſt particulare, aliud vero non particulare. illud autem, quo referꝛ aliquid particulare ad aliud particulare, vt cum dicimus, cum interrogamur, qñ talis rex ædidit talem legem? & reſpondeamus, qñ venit talis populus ad eius prouinciam. palam autem eſt ꝙ in hoc reſpõſo oportet ꝙ ſciatur qñ fuit ille caſus, qui eſt ſignum temporis, quo illa res, de qua nos interrogamur fuerit. aliàs. n. contingeret iterum interrogare ꝓ quando. Poteſt tamen contingere, vt in reſponſionem huius interrogationis dicam⁹, ꝙ prope inuentionem illius caſus ſ d contigerit: & tunc contingit, vt huiuſmodi quando ſuſcipiat magis & minus ratione rela- L
tionis. & quia non fuit ſumptum ipſum qñ particulare, & proprium. hoc eſt, quod non fuit ſumpta terminata diſtantia temporis, quo illa res fuit ab illo, ſ quo fuit ille caſus, qui fuit ſumptus pro ſigno temporis non & determinati. Id vero, per quod referꝛ aliq̃d non particulare ad aliquod non particulare. vt ſi quæratur quando erit dies? & dicaꝛ, quando orietur Sol. vel ſi dicamus, cum interrogabimur, quando erit ſeruus? quando repenetur dominus. vel ſi dicamus, ꝙ cum interrogamur quando debeat fieri reſponſio per genus rei, vel per eius ſpeciem? cum interrogatur per quid eſt. & huius rei ratio eſt, quia locutio fit in tempore. uel ſi quęratur, quando mutabitur aliqua ſyllaba in aliqua dictione in aliam ſyllabam lõgiorem? & dicemus cum fuerit in fine dictionis, ut in noſtra lingua moris eſt. vel ſi quæraꝛ, qñ M
tractabitur de tali re in tali ſcientia? reſpon debitur cum tractabitur de tali re. & poteſt contingere, vt fiat reſponſum prope talem rem, vt ſi quæratur, quando audietur tonitruus? & reſpondeatur, prope apparitionem fulguris. Poſſet tamen quis dubitare, quia videtur ꝙ aliquod relatiuum ingrediatur prædicamentum quando, videlicet in illis modis, quibus dicitur prope tale tempus, vel prope inuentionem talem. Sed nemo poteſt dubitare, ꝙ hoc non inſit ipſi quando, quarenus eſt quãdo: quia illud tempus, de quo quæritur ipſum quando, non habet eſſe per ſe: ſed illud inſtans, à quo ſumitur diſtantia eius cum ſit notum: ideo contingit vt notificemus ipſum quando per huiuſ

modi

A modi relatiuum. palam autem est q̄ ipsum
qñ non refertur ad illud instans: vt in defi-
nitione relatiuorum dictum fuit. nam pote
rit sciri illud instans. præter hoc q̄ sciatur
hoc instãs propinquum ei, de quo facta est
interrogatio per quando. in definitione au-
tem relatiuorũ fuit dictum, q̄ cognito vno,
cognoscitur & alterum omnino. pari ratio
ne videtur q̄ quantitas ingrediatur hoc prę
dicamentum, in illa specie eius, qua refert
res ad tempus, in quo reperitur. Veruntamen facile constare potest, q̄ responsio ad
qñ non notificabit quantitatem temporis,
quo res reperiatur, sed notificabit tempus
in quo reperit. siue illud tempus sit pars tẽ-
poris, in quo illa res reperitur: siue sit æqua-
le ei, siue communius eo. & ideo videm⁹ q̄,
post responsionem ad quando, contingit in
terrogare per quantum. vt exempli gratia,
B si interrogemur, quando fuerit eclipsis tal⁹? dicimus q̄ fuit in tali hora. mox interro
gabimur, quantum fuit tempus durationis
huius eclipsis? & respondebimus duæ horæ.
& si interrogemur, quando fuit principium
eclipsis, & quando desijt? respondebimus à
principio tertiæ horæ, vsq; ad finem quinq;
licet contigerit, vt per huiusmodi responsum
cognoscatur quãtitas temporis eclipsis, hoc
tñ est per accidens, qñ interrogatio nõ fuit
nisi vt notificaretur instans particulare, in
quo fuit finis eius. Accidit tamen, vt de his
duabus interrogationib⁹ sciatur quantitas
temporis, quo res inuenitur. Potest tamen
contingere, vt interrogetur simul per quan
tum, & quando, cum scitur initium, quo res
reperitur, quando fuerit, & vt quæratur, vsq;
C quo duraverit eius esse: & responsum erit
quoq; compositum ex quanto, & quando
in potentia. Quod autem ex quanto, patet
quoniam in respondendo ad hanc interro-
gationem, nos dicimus, exempli gratia, vi-
ginti annos. Quod vero ex quando, patet:
quia principium huius temporis iam est no
tum. & ideo iam est notum, qñ est comple-
tum esse ipsius. Accidit adhuc & in ipso qñ
propter relatiuum in eo genere, quo refert
aliquid ad aliquod. nam manifestum est q̄
omnia relatiua ingrediũtur in hoc. vt cum
dicitur, quando reperitur Petrus? & respon-
detur, cum reperitur dominus. veruntamẽ
manifestum est, q̄ hæc simul reperiuntur
tempore. & est quoq; manifestum, q̄ aliud
est relatiua esse simul, & aliud relatio.

Proprium autem ipsi vero qñ est, non ha-
bere contrarium: neq; suscipere magis & mi-
nus. in his tamen communicant cũ eo sub- D
stantia, & quantitas, & quædam aliæ prædi-
camenta. Proprium præterea verum ipsius
quando est, q̄ vnum & idem numero eius.
hoc est vnum tempus est, quando indifferẽ
ter multis rebus, illis rebus, quæ tunc repe
riuntur tantum. reliqua vero accidentia, &
substantiæ, vnum & idem numero eorum
non reperitur nisi ad vnam tem particulare,
quæ est ipsum subiectum. Differt autem qñ
ab vno numerali. quoniam vnum numera-
le est vnum indifferenter cunctis rebus: sed
ipsum quando est tantum quando cunctis
rebus, quæ in eo tempore reperiuntur. Est
quoq; proprium ipsi quando, vt de eo dica-
tur tunc, vel non tunc.

Sermo de Prædicamento Vbi.

IPsum vbi eãdem habet proportionẽ & tra F
tionẽ ad locum, quam habet ipsum qñ
ad tempus. & ideo eorum differentiæ sunt
correspondentes: nam locus & tempus sunt
in prædicamento quantitatis. sed eorũ diffe
rentiæ non sunt eædem, quia duo prædica-
menta non possunt diuidi per easdem diffe
rentias, vt in superioribus declaratum fuit.
Ipsum autem vbi est relatio loci ad corpus:
& est duplex, scilicet vel vsle, vel particulare.
Vsle quidem, vt cum dicitur Socrates est in do-
mo. nam domus cõtinet alia corpora q̃ So-
cratem. Particulare vero, vt cum dicit, aqua
est in amphora, vel aliquid aliud simile, qđ
non continetur nisi illud corp⁹, cuius ipsum
est ei locus. Verum autem vbi est locus ipse
particularis, non vniuersalis. Ipsius præterea
vbi aliud est, quo quæritur de aliquo indiui
duo, aliud vero, quod de specie vel genere in-
terrogatur. Illud vero, quod ad indiuiduũ F
refertur, est, vt cum dicimus aquam singula-
re esse in amphora, vel Socratem in gym-
nasio. Aliqñ tamen notificatur ille locus, in
quo existit illud corpus, cuius locus quæritꝫ
p eius distantiam ab aliquo loco noto de-
terminato, vt cum dicit Socrates est propin
quus Ierusalem per vnum miliare: & qñq;
non notificatur quanta sit distantia ei⁹ ab
illo loco, & dicitur q̄ est propinquus Ieruſa
lem. Et huiusmodi genus vbi potest suscipe
re magis & minus. sed pp hoc non est dicẽ-
dum q̄ ipsum vbi suscipiat magis & minꝰ,
quoniam hoc ideo contingit, quia non su-
mitur hic ipsum vbi particulare, & cõse re
lationis: cum manifeste appareat hoc cõm
gere pp illas duas causas. nam ratione rela-

G tionis non ſuſcipit magis neque minus, ſi di
ſtanna fuerit eadem. vt ſi exempli grana eſ-
ſent homines aliqui, quorum quilibet ſit .p
panquus ad Ieruſalē per vnum miliare, tunc
de quolibet eorum dicetur, ꝙ eſt propin-
quus ad Ieruſalem per vnum miliare eodē
modo. ſimiliter quoque ſi ſumatur locus
vniuerſalis, tunc de quolibet corpore in eo
exiſtente dicetur, ꝙ ſume in ipſo eodem mo-
do & ratione. ſic non recipiens magis &
minus ſed cōcingit in hac re, vt ſuſcipiat ma-
gis & min⁹, propter illas duas cauſas ſuperi.
Ipſum tamen vbi, quo interrogatur de ſpe-
cie vel genere, eſt, vt cum quæritur vbi ſit
ignis elementaris: & dicitur in cauitate or-
bis Lunæ, vel ſuper conuexum & gibbum
aeris. vel quæratur vbi ſit ſecur, in animali
iecur habenti: & reſpondetur in eius dex tra.
vel quæratur vbi reperiatur corallium per-
H fectum: & dicatur in mari. Ipſius præterea
vbi aliquod eſt, quo referatur aliquid ad ali-
quid ea ratione, qua vtrunq; eorum eſt in
vno loco vniuerſali, & communi. & hoc di-
uiditur in id, quo quæritur de aliquo indiui
duo, vel quo quæritur de aliqua ſpecie, vel
genere. Illud vero, quo de aliquo quæritur
indiuiduo, vt ſi quæratur vbi ſit Socrates: &
reſpondeatur, ꝙ eſt cum Platone. Illud cſi,
quo quæritur de ſpecie vel genere, vt ſi quæ-
ratur vbi ſit argentum minerale: & reſpon-
deatur cum plumbo. vel vbi ſit coruus, &
aquila: & reſpondeatur cum cadaueribus.
Solet quoq; metaphorice interrogari p vbi
de re, quæ non eſt in loco, vt ſunt accidēria
& aliquæ ſubſtantiæ: vt ſi quæratur, vbi eſt
dies, quando Sol eſt in capite cancri, in quo
non eſt nox: & reſpōdeatur in extrema par
te habitationis in parte ſeptentionali. vel vbi
I ſit anima: & reſpondeatur in corpore orga-
nico. vel vbi ſit laritudo pectoris: & reſpon-
deatur in homine. vel vbi ſit ſcientia: & di-
catur: anima. vel vbi tractabitur de tali ne-
gocio: & reſpondeatur in tali ſcientia. & vt
paucis rem complectar, de quocunq; dici-
tur hoc eſt in hoc, contingit quidem vt de
eo quæra tur per vbi. At verū vbi inter om-
nia hæc, eſt illud, quo dicitur, quod corpus
eſt in loco. ſed iam alibi numerati ſunt mo
di, quibus dicitur aliquid eſſe in aliquo. hęc
enim inquiſitio non attinet ad hanc nſam
inſtitutionem. Patet itaque ꝙ reliqua alia,
de quibus dicitur, ꝙ aliquid exiſtit ſ aliquo,
non ſunt quidem ex prædicamento vbi, vt
in deſcripoone ipſius vbi dictum eſt. Solet
quoque metaphorice quæri de aliqua re, ad
quam debeat ſequi aliqua affectio animi, k
& non ſequatur: vt ſi dicatur alicui, qui nō
fungitur munere ſuo condecenti aut cor-
reſpondenti dignitati eius, vbi ſunt theſauri
tui vel vbi eſt fortitudo tua, quando nō vti
tur fortitudine vbi conueniat ea vti. Præ-
terea ipſum vbi ſuſcipit contrarium. nam
ſurſum ſimpliciter, qui eſt locus ignis, eſt cō
trarium deorſum ſimpliciter, & abſoluto,
quod eſt locus terræ. hoc autem ineſt ipſi
vbi naturali quatenus eſt naturale. nam ſi-
ue locus ſit vacuum ſiue diſtantia, vt Anti-
qui ponebāt, ſiue ſit ſuperficies ambiens ex-
tertius, vt in hoc loco apparet, nō poterit ha-
bere contrarium, quia vacuum non eſt con
trarium vacuo, neq; ſuperficies ſuperficiei:
ſed ſuperficies ambiens eſt contraria ſuper
ficiei ambienti, proper naturam corporis,
in quo exiſtit talis ſuperficies. & hac ratione
motus corporum naturaliter, eſt ad ſua lo- L
ca naturalia: vt in ſcientia Naturali proba-
tum eſt. Poſſet tamen aliquis dubitare,
quia videtur ꝙ vbi, & quando ſint relatiua:
cum quodlibet eorum dicitur in relatione
ad aliud, Verum enimuero conſtat ea non
eſſe vere ad aliquidd: oc eſt ꝙ nō eſt quodli
bet eorum de eſſentia alterius. Quoniam
vbi & quando non debent intelligi, quate-
nus ſunt vbi & quando, niſi ſcianeur res ad
quas ipſa ſunt relata. illæ tamen res poterūt
intelligi per ſe: & ſi non ſcianeur vbi & quā
do. & ideo vbi & quando vna tantum ratio
ne dicuntur ad aliquid. Parq; eſt ratio de
prædicamento ſitus, & prædicamento ha-
bere, quæ ſunt ſcilicet vna tantum ratione
ad aliquid. Proprium autem ipſius vbi eſt,
vt per ipſum dicatur ibi, vel non ibi.

Sermo de prædicamento Situs. M

SItus eſt proportio laterum, ſeu partium
corporum ad ſe inuicem. hoc autem bi-
fariam fit: nempe vel ꝙ referantur latera
partium corporis ad partes loci, in quo cor-
pus exiſtit, ſiue fuerit vniuerſalis, ſiue parti-
cularis: vel ꝙ referantur latera corporis ad
latera alterius corporis. Corpus autem ha-
bens ſitum eſt illud, cuius omnia, vel aliqua
eius latera ſunt cognita. Latera vero ipſius
corporis dignoſcuntur vel natura, vel ex hy
potheſi. Quæ autem ex hypotheſi, vel præter
ipſam quantitatem tantum: vt in ſimilari-
bus partibus eſſentiquorum tres dimenſio
nes ſunt inter ſe diſtinctæ. nam maior dimē
ſio dicitur longitudo, dimēſio vero breuior

dicitu

A dicitur profunditas, seu altitudo: tertia uero dimensio dicitur latitudo. In huiusmodi itaq; corporibus non dignoscuntur partes longitudinis, quæ sunt sursum & deorsum: neq; latera latitudinis, quæ sunt dextrum & sinistrum? neq; latera profunditatis, quæ sunt ante & retro: sed denominantur earum positiones ratione harum dimensionum: si dicamus, q̃ sient super profunditatem suam, vel super longitudinem suam, vel super latitudinem suam. Vel propter ipsum qualitatem, vt cum figuræ superficiem ambientium ipsum corpus sint inter se diuersæ: vel q̃ sit aliquod vestigium cognitum in vna illarum superficierum, quæ ipsum ambiunt: vel in plumbus, quo dignoscantur eius latera omnia, vel aliqua. & in tali corpore non dignoscetur dimensio terminata, neq; latus terminatum ab ipsa distantia: sed dignoscetur eius superficies, & per eas denominabitur situs ipsius. nam dicetur de ipso, q̃ talis superficies eius est in latere partis talis loci, in quo existit. & hac ratione possunt dignosci latera aliqua sphæræ: videlicet, cum fuerit in superficie ambiente ipsam aliquod vestigium, & signum in aliquo loco, vel aliqua signa. & hoc pacto videntur dignosci situs corporis cœlestis à mundo inferiori: s. ꝑpter sydera, quæ in eo existunt in locis terminatis. Sed verum corpora cœlestia habeant dimensiones terminatas, & latera terminata naturaliter, vel non, hoc est vtrum habeant sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, ante & retro, vel ne, non est nisi m declarare: sed ad Naturalem Philosophiam recurrere oportet. Possunt quoq; dignosci per hypothesim latera & partes, quę sunt longitudo, latitudo, & profunditas, vel aliqua eorum, & eorum latera, uel aliqua eorum in genere heterogeneo, quod arte fit. ut sunt candelæ cereæ, uel alia id genus, in quibus dignoscitur longitudo, & sursum atque deorsum ex suppositione: & pannus laneus, in quo cognoscitur longitudo, & latitudo, & profunditas ex subiectione: & cognoscuntur in ipso latera profunditatis & longitudinis. In eo uero quod est a natura, aliud est, in quo cognoscitur una dimensio, & eius latera: ut in stirpe, in qua s. dignoscitur longitudo & eius latera, q̃ sunt sursum & deorsum. aliud uero est, in quo dignoscuntur omnes distantiæ, seu dimensiones, & earum latera: ut in animalibus. Corpus præterea habens situ, aliud est quod refertur ad locum: aliud vero ad aliud corp⁹. & quodlibet istorum uel

B

C

est in situ humano, uel brutino, aut speciei. Simile D
uidium autem quatenus refertur ad locu, est, ut si dicat Socrates sedet, uel Plato, uel accumbit. nam illud latus, ad quod vergit caput Socratis, ipsius. s. loci in quo existit, q̃n accumbit, aliud est, q̃ latus, ad quod vergit, q̃n stat, uel sedet. & par ratio est in aliquibus aliis eius partibus. Indistidui uero qua tenus referuntur ad aliud corpus, est, ut si dicamus sinistra Socratis est in dextra Platonis: & ut dicimus de lana carminata, q̃ longitudo una ipsius existit apud longitudinem alterã: & ut dicimus de aliquo corpore, q̃ talis pars eius existat apud talem partem ipsius, uersus sursum, uel uersus latus deorsũ: uel alia latera ipsius corporis: q̃n una pars non est altera. Illud quoq; , quod est genus uel ſpecies, prout ad locum refertur, est, ut cum dicimus, q̃ homo est erectæ staturæ; & plantæ cuiꝰ caput est deorsum ,id est ei radix. Illud uero, quod est genus uel species, quod ad aliud refertur corpus, ut cum dicimus cor esse in parte sinistra, & hepar I dextra, in animali habente hepar. & ut dicimus arcum cœlestem, seu iridem obtinere colorem purpureum existentem apud uiridem, & uiridem apud flauum in latere interno superficiei ipsius circuli. & ut dicimus, q̃ luteum oui existit apud candidum in latere interno ipsius oui. Sed posset quis dubitare, utrum situs habeat contrarium: q̃n iudeatur, q̃ situs hominis sit contrarius situi plantarum, cum homo habeat caput sursum, & planta deorsum. Verum si res ita se haberet, tunc posset quis imaginari, q̃ situs sit quoq; contrarius situi, quãdo s. facies unius fuerit in parte posteriori alterius, uel dextra unius in latere sinistræ alterius. & hic accubans erit contrarius accubanti, & sinistra. nam quemadmodum opponitur situs situi, quando latus sursum unius fuerit latus deorsum alterius: ita quoq; opponet̃ situs situi, quando latus dextrum unius est latus sinistrum alterius, uel cum latus anteriꝰ unius sit latus posterius alteriꝰ. nam quemadmodum opponitur ipsum sursum ad deorsum, in habente situm: ita quoq; opponit̃ dextrũ sinistro, & anterius posteriori. Quòd si non sit contrarius situs situi, propter eorũ contrarietatem in lateribus dextri & sinistri, & anteroris & posterioris, tunc sequetur q̃ non erit contrarius situs situi, propter eorum contrarietatem in lateribus sursum & deorsum. & licet videatur apparens, q̃ non sit contrarius situi ille, qui habet eius E

F

C faciem in latere posteriori alterius, vel cui⁹ dextrum existit in sinistro alterius, ex quo videtur sequi q⁹ situs hominis non sit cōtrarius situi plantæ. sed videtur q⁹ in hoc non par ratio. q̄m diuersitas situum, quæ in latere hab⁹ dextr & sinistri, & ante & retro existit, non prouenit propter diuersitatem naturæ ipsius sitnati: quoniam & habentia situm, q̄ sunt eiusdem naturę, differunt quidem situ hoc mō diuersitatis, præter hoc, q⁹ habeant vnum istorum situum præter naturam. Sed diuersitas situum, quæ oritur propter sursum & deorsum, non reperietur in habentibus situm, quæ sunt eiusdem naturę, nisi cū aliquis eorum inerit eis præter naturam: vt sit in homine, quando habet caput deorsū, & planta habeat radicem sursum. Adde ét, q⁹ oppositio lateris sursum ad lat⁹ deorsum
H est validior, q̄ oppositio cuiuslibet alterius latetis reliquorum ad suum oppositū. & hoc est manifestum in habentib⁹ hæc latera naturaliter. & ideo videtur q⁹ sit verum dicere, q⁹ situs hominis sit contrarius situi plantæ: etiam si eueniat, q⁹ non detur contrarietas in situ, propter latera dextri & sinistri, & ante & retro. Sed si hoc concedatur, tunc oritur ambiguitas. q̄m potest quis existimare, q⁹ accubitus sit contrarius stationi: & si stationi esset contraria situi plantæ, tunc stationi darentur plura contraria vno. sed in libro Metaphysicæ probatum est, vni contrario vnica ratione vnum tm̄ esse contrariū. Sed hoc dubium videtur posse solui, si dicatur q⁹ modus, quo opponitur accubitus stationi, non est ratione diuersitatis situum p
I tera opposita: quia ij situs non habent latera oppositā: sed ideo fit, quia accubitus reperitur naturaliter i aliquo imbecilli, quod nō potest suas actiones naturales exercere: vel propter aliquem morbum, vel quia desyderat somnum, vel quia est desessum. Statio vero est oppositā huic rei: s. q⁹ ineſt naturaliter ipti sano vigilanti. Accubitus ergo opponitur stationi, ea ratione, qua opponitur sanitas morbo, vel qua opponitur somnus vigiliæ, aut lassitudo contrario suo. & ideo accubitus non est contrarius stationi ratione situs, sed ratione alicui⁹ dispositionis existentis in habente situm. Sed melius est dicere, q⁹ non dantur contrarium in prædicamento situs quoniam contraria vel habēt medium, vel non habent. & quæ non habēt medium, necesse est vt subiectum denominetur per vnum eorum: vt numerus, qui necessario est vel par vel impar. Sed contraria habentia medium, ipsum quidem medium K
referetur ad vtrumque extremorum, & denominatur per ea simul, propterea quia participat quodlibet eorum. vt exempli gratia, aqua tepida est calida & frigida, & color viridis é niger & albus: & ideo necessario subiectum eorum quoq; vel denominabit vno contrariorum, vel vtroque ipsorum simul. Situs vero, qui sunt cōtrarij in suis lateribus, nō sunt ex cōtrarijs nō habentibus mediū: quia ipsorum subiectum priuatur quolibet eorum. Neq; etiam sunt ex contrarijs habentibus medium. quoniam, si ita esset, tūc quicunq; esset sedens, & accubans, atque in curuans, & sic de similibus diceretur stans erectus super pedes suos, & stans erectus super caput suum: quod est impossibile. Cum ergo ij sit⁹ non sint ex contrarijs habēt⁹ medium, neq; ex non habēntibus medium: & non dentur alia genera contrariorū præ L
ter hæc: ergo huiusmodi situs non erunt cōtrarij, & sic patet q⁹ in prædicamento positionis nullum datur omnino contrarium. At ipsa inclinatio, quæ videtur esse media inter accubitum & stationem, huiusmodi quidem similitudo contingit propter motum factum in vbi: hoc est, propterea quia cum stans vult incumbere, mouet situ corpus in vbi de loco ad locum: & primo inclinatur, mox accumbit. & propter motū factum in vbi ipsa inclinatio est media inter accubitum, & stationem, non ratione positionis: quia situs deorsum est alius à situ incumbentis, & à situ stantis, & non dat⁹ medium inter ipsos, vt diximus. Sed in dubiū venit, vtrum fungosum & densum, & glabrum atque hispidum sint ex prædicamento situs, vel ex prædicamento qualitatis. pa- M
tet autem, q⁹ si hæc duo essent ex prædicamento situs, tunc daretur contrarietas i prę dicamento situs. nam spongiosum est contrarium denso, & leue contrarium aspero. Dicendum ergo est q⁹ rarum & spissum bifariam dicitur. primo quidem de corpore tenui, & crasso: hoc est q⁹ corpus tenue dicit rarum, & crassum dicitur densum, & hoc pacto dicuntur aer & aqua rara, & terra & fa. rarum autem & densum hac ratione nō sunt de prædicamento positionis: quoniam hoc non significat situm partium: sed sunt de prædicamento qualitatis. Secundo modo dicitur de corpore, cuius partes non adhærent perfecte inter se. & hac ratione nix & panis fermentatus dicuntur spongiosa, & lapides dicuntur densi. Is ergo modus rari-

tatis

A tatis & denſitatis poſſe fi credi eſſe in prædi-
camento ſitus: quoniam veriſimile videtur,
hoc ineſſe ipſi rarꝰ & denſo, propter ſitum
partium inter ſe ſe: hoc eſt quæ non ſunt ap
prime connexæ, dicitur rarum: & quando
maxime hærent, dicitur denſum. Sed ſi dili
genter eis inueſtigetur, conſtabit vtiq; hæc
quoque eſſe ex prædicamento qualitatis.
nam ſi res dicatur ſpongioſa, quia aliquæ eiꝰ
partes non exacte hæreant inter ſe, tunc la-
pis eſſet ſpongioſus, ſi haberet foramina ple
na aere, quod eſt falſum: quia nullo pacto
poteſt dici lapis rarus. nam res denſa, ſi ha-
buerit foramina, poterit vtiq; nominari ea-
ua, ſed non rara. & hoc perſpicuum eſt, quo
ad apparentiam. ſed aliquid habens fora-
mina, dicetur quidē rarum, cum fuerit mol
le. Conſtat ergo qꝰ rarum dicitur de re mol
li ea ratione, qua eſt mollis, non ea ratione,
B qua habet foramina. ſed contingit vt quæ-
dam corpora ſubtilia acrea habeāt forami-
na. & ſic patet, qꝰ rarum & denſum, non di-
cuntur ratione ſitus partiū, ſed ratione mol
litiei & duritiei, quæ a ficco & humido pro
ueniunt: quæ quidem ſunt qualitates. Po-
teſt & alia ratione probari, qꝰ rarum & den
ſum non ſunt ex prædicamento ſitus. nam
ad interrogationem factā per qualis ſit res:
reſpondebitur qꝰ eſt rara vel denſa: & non
eam quæritur qualis ſit ſitus partium eius
inter ſeſe inuicem: ſed cum quæritur qualis
ſit ſitus partium eius inter ſe: vt ſi dixeris qꝰ
talis pars eſt in latere talis partis, vel qꝰ eius
partes non hærent inter ſe inuicem: & non
reſpondebit omnino qꝰ illa res ſit rara vel
denſa. palam ergo eſt qꝰ rarum & denſum
C non ſunt ex prædicamento ſitus. quoniam,
ſi eſſent ex prædicamento ſitus, tunc ad in-
terrogationem factam de ſitu, reſponderet
per ipſū. & hoc eſt de ſe notum. Et hac me
ratione poterit probari, qꝰ lene & aſperum
non ſunt ex prædicamento ſitus. nam cum
fiat interrogatio de ſitu partium inter ſeſe,
non reſpondebitur qꝰ habens illas partes ſit
hirſutum, vel glabrum: ſed ad interrogatio
nem factam per quale eſt, tunc reſpondebi
tur hirſutum vel glabrum. Nec te latere ve-
lim, qꝰ glabritas & hiſpiditas, quæ in rebus
artificialibus reperiūtur, ratione artis ſunt ex
quarto genere qualitatis: quod eſt genus for
mæ & figuræ. quoniam diuerſitas, quæ in-
ter lene & aſperum artificiale exiſtit, ſit qui D
dem ratione figuræ: cū illa lenitas & hiſpi
ditas, non ſequatur naturam rei, ſed lenitas
& aſperitas, quæ in rebus reperiuntur natu
ralibus, ſunt quidem ex tertio genere quali
tatis, videlicet paſſionis vel paſſibilitatis. qa
lenitas & aſperitas ſiunt in rebus naturali-
bus à ficcitate & humiditate: nam lenitas
fit ratione humiditatis, & aſperitas retione
ficcitatis. Ariſtoteles tamen in prædicamē
to qualitatis dixit, qꝰ caritas & denſitas, &
lenitas & aſperitas videntur eſſe de prædi-
camento ſitus, largo modo dicto: non qꝰ ve
re dicantur eſſe de prædicamento ſitus. Le-
ui tamen minerua locutus eſt ibi Ariſtote-
les de hoc negocioquia ille non eſt locꝰ hu
ius conſyderationis. Nos tamen ſuimus co-
acti tractare de hoc negocio ratione inue-
ſtigationis noſtræ, vtrum ſcilicet reperiantur
contrarium in prædicamento ſitus vel ne: E
ſu imusq; inducti tractare de hoc, quia Ari
ſtot eles dicit in ſcientia Naturali, qꝰ in præ-
dicamento ſitus non datur motus: qa mo-
tus reperitur in habentibus contraria me-
diata, & hoc non reperiuntur in ipſo ſitu. patet
enim, qꝰ ſi daretur contrarium in ipſo ſitu,
qꝰ non reperirentur in eo contraria habēcia
medium: quoniam ſubiectum, quod per i-
la contraria, quæ poſſunt imaginari in præ
dicamento ſitus, denominantur, non videtur
vacare aliquo ipſorum. & ideo ſuimus dili-
genter declarare, vtrum in prædicamento
ſitus reperiatur contrarium, vel ne, Poteſt
quoque ipſe ſitus referri latius ad id, quod
non eſt corpus, ea ratione, qua eſt in corpo-
re: vt eſt linea & ſuperficies. nam dicimus li
neam ſtare ſecundum angulum rectum ſu-
per lineam, vel ſecundum alium angulum
determinatum. & dicitur linea aliqua eſſe F
oppoſita alteri lineæ: vel qꝰ ambæ ſint I vna
linea: vel qꝰ exiſtat ſuper aliquam ſuperfi-
ciem: vel qꝰ declinet ſuper ſuperficiem
ad aliquod latus. & ſic referatur ſi
mus alicui⁹ ſuperficiei ad ſu
perficiē. ſed de his po-
ſitionibus Ma-
thematicus
cōſyde
rat.

TRACTATVS III.

De Oppositis. Cap. 5.

1. Particula.

DE oppositis autem quot modis solent opponi dicendum. est. Dicitur.n.alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ea q̃ ad aliquid, aut vt contraria, aut vt priuatio & habitus, aut vt affirmatio & negatio. Opponiť autem vnumquodq; istorũ vt sit H figuratim dicere, tanquã ea quę ad aliquid quidẽ, vt duplum dimidio: tanquã contraria, vt malũ bono: tanquã autem ſm priuationem & habitum, vt cæcitas & visio: tanquam vero affirmatio & negatio, vt sedet nõ sedet. Quæcunq; igitur ad aliquid opponunť, ea ipsa q̃ sunt oppositorum dicũtur, aut quomodolibet aliter ad ipsa. vt duplũ dimidiũ, hoc ipsum quod ẽ, alterius dicitur: alicuius.n.duplum dicitur. & scĩa scibili, tanquã ea quæ sunt ad aliquid opI ponitur: & dicitur scĩa ipsum quod est scibilis: & scibile dicitur ipsum quod est ad oppositum ad scientiam. scibile enim aliquo dicitur, scilicet scientia scibile. quęcunq; ergo opposita sunt tanquam ad aliquid, ea ipsa quę sunt oppositorũ, vel alio quolibet modo ad inuicẽ dicũtur. Illa vero, quę opponuntur vt contraria, ea ipsa quidem q̃ sunt nullo modo ad se inuicem dicunť: contraria tamẽ sibiſn- K uicem dicuntur. neq; n. bonum mali dicitur bonum, sed cõtrarium. quare differunt ab inuicẽ hæ oppositiones. Quęcunq; vero cõtrariorum talia sunt, vt in quibus nata sunt fieri, & de quibus prędicãtur necessariũ sit alterum ipsorum inesse, horum nihil est mediũ. quorum vero non est necessariũ alterũ inesse, horum omnino est aliquid medium. Vt ęgritudo & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri: & necessarium est alterũ ip- L sorum inesse animalis corpori, vel ęgritudinẽ, vel sanitatem. et par quidem & impar de numero prędicãtur: & necesse est horum alterum numero inesse vel par vel impar: & non est horũ aliquod medium, neq; ęgritudinis & sanitatis, neq; imparis atque paris. Quorũ autem nõ est necessarium alterum inesse, eorum est aliquod medium. vt nigrum & album in corpore animalis nata sunt fieri, & non est necessarium alterum eorũ ineẽ M corpori. nõ.n.omne corpus vel album vel nigrũ est. sed & prauum & studiosum prędicantur quidẽ de homine & de alijs cõpluribus: non est autem necessarium alterum eorum ineẽ ſjs, de quibus prędicantur. non.n. omnia aut praua aut studiosa sunt, sed est aliquid eorum medium: vt albi & nigri, fuscum & pallidum, & quicunque alij colores: praui vero & studiosi,

quod

A quod neq; prauum neq; studio
sum est. In aliquibus igitur me-
dijs posita sunt nomina: vt albi
& nigri, fuscum & pallidum, &
quicunq; alij hmõi colores: in
aliquibus vero non est nomine
facili mediũ assignare, vtriusq;
vero ex tremorũ negatione me-
dium definitur: vt qđ neq; bo-
num neq; malũ est, neq; iustũ
neq; iniustum. Priuatio vero
et habitus dicũtur quidem cir-
ca idẽ aliquid: vt visio & cęcitas
circa oculũ. vniuersaliter aũt di
B cere est in quo natus ẽ habitus
fieri, circa hoc dr̃ vtrunq; eorũ
fieri. Priuari vero tunc dicimus
vnumquodq; habitus susceptibi-
lium, qñ in quo natum est in-
esse, vel qñ illud natũ est habe-
re, nullo modo insit. edentulum
enim dicimus, nõ qđ nõ habet
dentes, & cæcum non quod nõ
habet visum: sed quod non ha-
bet, quando natum est habere.
aliqua. n. ex natiuitate, neq; den
tes habent, neq; visum: sed nõ
dicuntur edentula, neque cęca.
C Priuari vero & habere habitũ
non est priuatio & habitus. ha-
bitus enim visus ẽ, priuatio ve-
ro cęcitas. habere autem visum
nõ est visus, nec cæcum esse cæ
citas. priuatio enim quædã est
cæcitas: cæcum vero esse priua
ri, non priuatio est. Amplius,
si idem esset cæcitas & cæcũ eẽ,
vtraq; de eodem prædicarẽtur.
sed cæcus quidẽ dicitur homo:
cęcitas vero homo nullo modo
dicitur. Opponi quidem etiam,
ista videntur, priuari scilicet & D
habere habitum, quemadmo-
dum priuatio est habitus. idem
enim modus est oppositionis.
nam sicut cæcitas visui opponi
tur, sic cæcum esse & visum ha
bere opponuntur. Non est autẽ
neq; hoc quod sub affirmatiõe
& negatione est, affirmatio &
negatio. affirmatio namq; ora-
tio affirmatiua est, & negatio
oratio negatiua: qđ vero sub af-
firmatione & negatione est, nul
la est oratio, * sed res. dicunt au *a.l.nõ ha
tem hęc esse oppositas adinucẽ, bet (sj res)
tanq; affirmatio & negatio. nã E
& in his modus oppositiõis idẽ
est. sicut. n. affirmatio ad nega-
tionem opponitur, vt qđ sedet,
ei quod non sedet, sic & res, q̃
sub vtroq; est, opponitur. s. sede
re aliquem ad nõ sedere. Quod
autem priuatio & habitus non
opponuntur vt ad aliquid, ma-
nifestum est. non enim dicitur
idipsum quod est oppositi. vi-
sus enim non est cęcitatis visus,
nec vllo alio modo ad ipsum di- F
citur. similiter aũt neq; cęcitas,
visionis cæcitas dicatur: sed pri
uatio quidẽ visionis dicitur, cæ
citas vero visionis non dicitur,
* neq; visus cæcitatis. Amplius *a.l.nõ ha
ad aliquid oĩa ad conuertentia bet (neq;
dicuntur. quare, si cæcitas eo- visus cæci-
rum, quæ ad aliquid sunt, esset, tatis)
vtiq; & conuerteretur ad illud,
ad quod dicitur. sed non cõuer
titur: non enim dicitur visus cę
citatis visus. Quod autem neq;
vt contraria opponuntur quæ

secun-

G secundum priuationē & habitum dicunt, ex his manifestum est. Contrariorum .n. quorum nihil est medium, necesse est vel in quibus fieri nata sunt, aut de quibus prædicantur, alterum ipsorum inesse semper: eorum enim nihil medium erat, quorum alterum inesse susceptibili necessarium erat, vt in languore & sanitate, & impari atque pari. quorum vero aliquid medium est, nunquā necesse est omni inesse alterum. neq; .n. necesse H est omne susceptibile vel candidum vel nigrum esse, neq; frigidum vel calidum: horū .n. medium aliquid nihil esse prohibet. insuper aūt et horū erat aliquid medium, quorum alterum inesse susceptibili non necessariū erat præter illa, quibus vnū inest naturaliter, vt igni calidum esse, & niui candidum. in his .n. determinate necessarium alterum est inesse, & non vtrumuis contingit. nō enim possibile est ignem frigidum esse, neq; niuē I nigram. quare omni quidē susceptibili nō necessarium est alterum ipsorum inesse, sed solis quibus natura vnū inest: & his determinate vnum non vtrum uis contingit. In priuatione autem & habitu neutrum eorū q̄ dicta sunt verum est. non .n. semper alterum eorum inesse susceptibili necessarium est. quod .n. nondum natum est habere visum, neq; cæcū, neq; visum habens dicitur. quare non erunt

*hæc, vt ea contraria, quorum nihil est medium. Sed neque vt ea, quorum aliquid est mediū. necessarium enim est aliqñ omni susceptibili alterum eorū inesse. qñ enim iam ad habendā visionem natum fuerit, tūc aut cæcum, aut habens visum dicetur. & eorum non determinate alterum, sed vtrumuis contingit. * non enim necessarium est vel cæcum vel visum habens esse, sed vtrūuis contingit. in contrariis autē, quorū aliquid medium est, nunq̄ necessariū erat omni susceptibili alterum inesse, sed quibusdam: & his determinate vnum, * & non vtrumuis contingit. Vnde palam est q̄ ſm neutrum modorum tanq̄ contraria opponuntur, ea quæ ſm priuationem & habitū opponuntur. Amplius, in contrariis quidem cūm sit susceptibile, ad inuicē mutationem fieri possibile est: nisi alicui vnū natura ſeſt, vt igni calidū*. etenim sanum possibile est languere, & candidum nigrum fieri, & calidum frigidum, & ex studioso prauum, et ex prauo studiosum fieri possibile est. prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas (etsi ad modicum aliquid proficiat, vt melior sit) si certe semel quamuis modicum incremētum sumpſerit, palam est, quia aut perfecte mutabitur, aut satis multū incrementum sumet. semper .n. bene mobilior ad virtutem fit,

K

* a.l.nō necessa vel cæcu vel visu hās dic determi nate, sed

L

* a.l.nō i bet (& nō vtrūuis o tingit.)

* a.l.addit et niui al bum.

M

etiā

A etiam quodcunque incrementum sumpserit à principio. quare etiam verisimile est plenius eum sumere incrementum. & hoc dum semper fit, perfecte in contrarium habitum restituetur: nisi forte tẽpore prohibeatur. Verum in priuatione & habitu impossibile est adinuicem mutationem fieri. ex habitu. n. in priuationẽ mutatio fit, à priuatiõe vero in habitum impossibile est. neq; enim cęcus factus aliquis, rursus vidit: neq; cùm
B caluus fuerit, rursus comatus factus est: neq; cum fuerit edentulus, dentes ei iterum orti sunt.

Quęcunq; vero tãquam affirmatio & negatio opponuntur, palam est qđ nullo prædictorũ modo opponũtur. in solis enim his necessarium est semper, hoc quidem eorum verum, illud autem falsum esse. neq;. n. in contrarijs necessarium est semper alterum verum esse, alterum autẽ falsum: neq; in ijs, quę ad aliquid sunt: neq; in habitu & pri
C uatione. vt sanitas et lãguor cõtraria sunt: & neutrum horum neq; verum, neque falsum est. similiter autẽ & duplum & dimidium tanquam quæ ad aliquid opposita sunt: & non est eorum neutrum, neque verũ, neque falsum. sed neque ea quę secundum priuationem et habitum dicuntur: sicut visio & cæcitas. Omnino autem eorum, quæ secundum nullam dicuntur complexionem, nihil neq verum neque falsum est. om- D
nia autem quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Verumtamen maxime tale hoc contingere videbitur in ijs quę secudum complexionem contraria dicuntur. sanum nanq; esse Socratem ad languere Socratẽ cõtrarium est. Sed neque in his necessarium semper alterum verum esse, & alterum falsum. cùm enim Socrates sit, aliud quidem verum, aliud autẽ falsum erit: cúm vero non sit, ambo falsa sunt. neque enim languere, E
neque sanum esse verum est, cùm ipse non sit omnino Socrates. In priuatione vero & habitu cùm non sit omnino, neutrũ verum est. cùm autem sit, non semper alterum quidem verũ erit, alterum autem falsum. habere nanqwe visum Socratem ęi quod est cæcum esse Socratem opponitur, sicut priuatio & habitus. & cùm sit, non necessarium est alterum verum esse vel falsum. cùm enim nondum sit natus habere, vtra- F
que falsa sunt. & cùm non sit omnino Socrates, similiter quoque falsa sunt vtraque & visum eum habere, & cæcum eum esse. In affirmatione vero & negatione semper siue sit, siue non sit, hoc quidem falsum erit, illud autem verum. Languere nanque Socratem, et non languere Socratem, cùm ipse sit, palam est quòd alterum eorum verum, alterum vero

falsum

falsum est. & cùm non sit, similiter. languere etenim cùm non sit, falsum est: non languere autem, verum. Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum verum, alterum falsum esse, quæcunque tanquam affirmatio & negatio opponuntur.

De cõtrarijs. Contrarium autem bono quidem ex necessitate malum est. hoc autem per singulorũ inductionẽ palam est. vt sanitati languor, & iustitię iniustitia, et forti tudini timiditas: similiter autem & in alijs.

Malo autem aliqñ quidem bonum est contrarium, aliqñ malum. defectui .n. cùm malũ sit, superabundantia contraria est, cùm sit etiam ipsa malum. similiter autem et mediocritas, cùm vtrię contraria sit, bonum est. Sed in paucis quis tale hoc aspiciet, in pluribus vero semp malo bonum contrarium est. Amplius, contrariorum non necessarium est si alterum sit, & reliquum eẽ. Sanis nanq; oĩbus, sanitas quidem erit, lãguor vero nõ. similiter aũt albis omnibus, albedo quidem erit, nigredo vero non. Amplius, si ei quod est Socratem sanum esse, Socratem languere contrarium est: non cõtingit autem simul vtraque eidem inesse: non vtiq; continget cùm alterum contrariorum sit, & reliquum esse. cùm enim sit Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. Palam vero est q̃ circa idem, aut specie, aut genere nata sunt fieri cõtraria. Languor nanq; & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri. albedo autẽ & nigredo, simpliciter in corpore. Iustitia vero & iniustitia in anima hominis. Necessarium autem est oĩa contraria, vel in eodem genere esse, vel in contrarijs generibus, vel ipsa genera esse. album .n. & nigrum in eodem genere sunt: color enim eorum genus est. iustitia vero & iniustitia, in contrarijs generibus: illius nanq; virtus genus est, huius aũt vitium. bonum vero & malum non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

TRACTATVS III.

Pars Prima. Sermo de Oppositis.



VOd loquit'in hac parte complectitur vndecim partibus. In Prima Arist. numerat genera oppositionũ, & notificat quodlibet eorum per exempla. In Secunda tradit driam inter oppoſita relatiua, & oppoſita cõtraria. In Tertia declarat duo esse genera contrariorum. In Quarta notificat naturam oppoſitorum ſecundum habitum & priuationem: probatq; q̃ quę habent priuationẽ & habitum, non sunt ipsa priuatio & ipse habitus: ipsa tñ opponuntur quoque, vt priuatio & habitus. In Quinta notificat q̃ res, quæ affirmantur vel negantur, non sunt ipsa ꝓpositio affirmatiua & negatiua: & q̃ hęc etiam opponuntur, quemadmodum

admodum opponitur affirmatiua & negatiua ꝓpositio. In Sexta declarat dñam, quæ est inter habitum & priuationẽ, & inter duo relatiua.

In Septima ostendit dñam, quæ est inter priuationẽ & habitum, & inter duo cõtraria. In Octaua declarat dñam, quæ est inter affirmationẽ & negationẽ, & inter reliqua tria, scilicet priuationẽ & habitũ, & duo correlatiua, & duo cõtraria: & soluit obiectionẽ quæ oritur cõtra illam dñam, quã dedit in ipsis contrariis. In Nona probat, ꝙ vnum est vni contrariũ, & qñq; duobus.

In Decima ostendit, ꝙ nõ est necessariũ vt vno cõtrario dato, detur & aliud, quæ est proprietas ipsius relatiui. In Vndecima explicat, quòd quælibet duo cõtraria, vel sunt vni⁹ generis, vel duorum generum contrariorum, vel ꝙ sint ipsamet duo genera contraria & non ingrediuntur sub vno genere.

Particula Prima. Dixit. Opposita quadruplicite dicuntur, nempe duo correlatiua & duo cõtraria, & priuatio & habitus, atq; affirmatio & negatio. Exemplum correlatiuorum, duplum, & dimidiũ: exemplũ vero contrariorũ, bonum & malũ: priuationis autẽ & habitus, cæcitas & visus: affirmationis quoq; & negationis, vt cùm dicimus Socrates sedet, Socrates non sedet.

Particula Secunda. Differũt aũt duo correlatiua à duobus cõtrarijs. qm̃ vniuscuiusq; correlatiuorum, quodcunq; fuerit illud, quiditas dr̃ in relatione ad aliud suũ compar, siue p se, siue p aliquam dictionum relationis, quæcũq; fuerit illa: vt duplum, quod dr̃ in relatione ad dimidium. sed quiditas vnius cõtrariorũ non dicitur in relatione ad alterũ: sed dicit ꝙ quiditas vnius eorũ contrariatur quiditati alterius. nã non dicitur, bonum est mali bonũ, sed dicitur est ei contrarium. neq; dicit̃ album est nigri album, sed ei cõtrarium. hæc ergo duo genera oppositorum differunt necessario inter se.

Particula Tertia. Contraria aũt, quorũ subiectũ quod per ea denominatur, nõ vacat vno eorum, sunt vtriq; illa cõtraria, quæ non habent mediũ: vt sanitas & ægritudo. nam nullũ corpus animatum est expers vnius istorũ. & vt par & impar: qm̃ nullus est numerus, qui non denominetur altero istorũ. hæc ergo dicuntur quoq; cõtraria nõ habentia mediũ. At in illis cõtrariis, quæ habent mediũ, nihil cogit vt eorum subiectũ non vacet alterutro cõtrariorũ: vt gratia exempli, nigredo & albedo, quæ sunt in corpore. nã cũ non fit necessariũ, vt quodlibet corpus coloratũ fit vel albũ, vel nigrũ, sed corpus põt vacare vtriq;: ideo datur medium inter ipsa, quæ sunt flauum & viride, & reliqui colores medij inter albũ & nigrũ. identidẽ laudabile & vituperabile: nam non est necessariũ vt quælibet res sit vel laudabilis, vel vituperabilis. ideoq; dant̃ media & inter ipsa, nempe id, quod nõ est laudabile, neq; vituperabile. In quibusdã aũt ipsa media habent nomina, vt flauum & citrinum. in quibusdam vero nõ habẽt nomina, & tunc mediũ dicitur per abnegationẽ duorũ extremorum: vt cùm dicimus, nec bonum nec malum, neq; iustum neq; iniustum.

Particula Quarta. Dixit Aristo. Sed priuatio & habitus in vna atq; ea[illegible] vt exẽpli gra-

G visus,& cæcitas, quæ in oculo reperiuntur.& sic genus priuationis vlt
est,quod habitus à subiecto suo proprio auferatur eo tpe, quo aptũ est
habere illum,absq; ꝙ sit possibile ipsum habitũ in tpe futuro inuenire.
qm̃ quidem dicitur edentulus ille, qui non habet dentes in tpe, quo
illos ex proprietate debet habere. & rursus qui non habet visum in tpe,
quo ex consuetudine debet habere visum. & ob id non dicitur de animalibus absq; dentibus nascentib⁹,
vti sunt catuli canum, qui quidem
H dentiũ sunt expertes,& cęci. Dixit. Nec qui habitu priuatur neq; qui
habitum habet,dicitur priuatio vel
habitus. vt exempli gratia,visus est
habitus, cęcitas vero priuatio eius.
habẽs itaq; visum nõ est visus,neq;
cæcus est cæcitas. nã si subiectũ ipsi⁹
visus,& ipse visus essent idẽ, itidem
si subiectũ cæcitatis & æcitas essent
idem,tunc vere prædicaret visus de
ipso vidente,& cęcitas de cæco,& vi
dens diceret visus, & cæcus diceret
cæcitas. Veruntamẽ quemadmodũ
priuatio & habitus sunt duo oppoſi
ta,ita quoq; illa,quę ꝑ ipsa denomi
nant,sunt duo oppoſita. nam.ſi cęci
I tas opponitur visui,cęcus quoq; opponitur videnti: qm̃ modus oppoſi
tionis in ipsis est vtq; idem.

Particula Quinta. Dixit. Neque id,quod affirmat&negat,est quoq; affirmatio & negatio.nã affirmatio est oratio affirmatiua, & negatio oratio negatiua: id vero quod affirmatur vel negat, nõ est oratio, sed est res,quæ per dictionẽ ſimplicem, vel ꝑ dictionẽ quæ habet vim ſimplicẽ,ſignificat.res vero, quæ affirmat vel negat,eadẽ quoq; opponit oppoſitione, qua affirmatio negationi opponit vt gratia exẽpli, quẽ admodum opponit Socrates ſedet, huic,ſcilicet Socrates non ſedet, ita opponitur ſeſſio non ſeſſioni. K

Particula Sexta. Videtur autẽ ꝙ priuatio & habitus nõ eodem opponant modo, quo opponunt correlatiua.qm̃ eorum, quæ fm habitũ & priuationem opponuntur, quiditas vnius eorum non dicit in relatione ad alterũ: quemadmodũ dr quiditas rerũ, quæ relatiue opponuntur. nam non dr visus est cęcitatis visus: neq; cæcitas est visus cęcitas. Differunt præterea ſecundo, qm̃ quodlibet duorũ correlatiuorũ, vt in ſuperioribus dictũ fuit,dicuntur ad conuertentiam: ſed ea, quæ fm priuationem & habitũ opponuntur, non dicunt ad conuertentia. nam visus nõ est visus cæcitatis, neque cæcitas est cæcitas visus,qui est habitus. L

Particula Septima. Videt quoq; ꝙ oppoſita fm priuationẽ & habitum,non ſint oppoſita fm cõtrarietatem. Qm̃ quodlibet duorũ oppoſitorũ,quæ fm contrarietatẽ opponunt, vel ſunt contraria nõ habẽtia mediũ: & huius generis cõtrariorũ propriũ est, vt ſubiectũ, quod p ea denominat,non ſit expers vnius eorum: vt ſanitas & ægritudo,nã corpus animaliũ non priuatur altero iſtorum: vel ſunt contraria habentia mediũ: & huius generis contrariorum propriũ est, vt ſubiectũ ſit expers vtriuſq; eorum,cũ non ineſt vnum eorũ naturaliter ei: vt caliditas in igne, & frigiditas ſ niue. ignis enim nõ est expers caliditatis, neq; nix frigiditatis. neceſſe est ergo vt contraria habentia mediũ, vel reperiatur vnum eorũ in ſubiecto omnino,ita vt non ſeparet ab ipſo vllo M

pacto:

A pacto: vel vt ſubiectū priuet vtroq, eorū. Priuatio vero & habitus nihil horū proprioru, quæ generibus cōtrariorum inſunt, habent: qm̄ oppoſita ſm priuationē & habitū, nō eſt neceſſarium, vt vnū eorum ſemper reperiatur in recipiēte: ſed bene eſt hoc neceſſarium, tpe quo recipiens ſolet naturaliter recipere quodlibet eorū. vt exempli gratia, id quod natura natū eſt vt videat, poterit priuari vtroq;: vt catulus canis, q̄ quidem nō dicet cęcus, neq; videns. cōtrariorū vero nō habentiū mediū, nō priuat ſubiectū vno eorū nullo
B tpe. priuatio itaq; & habit⁹ nō ſunt ex cōtrariis nō habētibus medium, neq; ex habētibus mediū: qm̄ neceſſe eſt, vt alterū duorū oppoſitorum ſm habitū & priuationē inſit ſubiecto eorū, eo tpe quo ſolet nāt reperiri in eo habitus. ſed hoc nō reperitur in illis medijs, quorū nullum cōtrariorū eorū reperit in ſubiecto ſemper: quia q̄q; ſubiectū priuat vtroq;. Neq; eſt dicendū q̄ habitus & priuatio ſint ex his quę habēt medium, & vnū eorū reperiat ſemp in ſubiecto: quia nō dat in priuatione
C & habitu aliquid illorū, quorū neceſſario vnū inſit ſemp ipſi ſubto.

Differt præterea hoc genus quoq; priuationis, quod paulo ante deſcripſimus, ab oppoſitis contrariis: qm̄ ex quolibet contrariorū poteſt fieri mutatio in alterutrū, cum nō inſit alterum eorū naturaliter ipſi ſubiecto ſemper, vt calor igni. nā album poteſt fieri nigrū, & nigrū album. & vir ſtudioſus poteſt effici prauus, & prauus poteſt fieri ſtudioſus, & probus: videlicet cū deductus fuerit atq; translatus, vt inquit Ariſto. ad conuerſationem alicuius, qui optimas obtineat cogitationes, & ad bo- D
nos rectores. nā probi viri dirigunt ſua conuerſatione hoſes ad probas exercitatiōes: licet pauca fuerit profectio. ſed ſi incrementū motus ad virtutē ſumpſerit, tunc quanto diutius in eo pſeuerauerit, tāto facilius mutabit⁹: & tunc vel magnā adipiſcetur probitatis portionē, vel ad ip ſam deueniet perfectionē, niſi impediat à tpe. In hoc tñ genere priuationis & habitus, ipſe habitus poteſt mutari ad priuationē, ſed priuatio nō pōt mutari in habitū: cùm iam in eius definitione fuerit dictum, q̄
E nō poteſt habere tegreſſum in futurum. nā cæcus nō poteſt euadere videns, neque caluus comatus.

Particula Octaua. Dixit. Palam aūt eſt, q̄ ea quæ ſm affirmationē & negationē opponuntur, non ſunt aliquod aliorū trium generū oppoſitionū. nam affirmationis & negationis propriū eſt, vt neceſſario vnū eorum ſit verum, & alterū falſum: hoc vero in nullo alio reliquorum eſt neceſſariū. vt gratia exempli ſanitas & ægritudo, quæ ſunt ex oppoſitis cōtrariis, nullum eorū dicitur eſſe verum vel falſum. identidem & oppoſita relatiua, vt duplū & dimi- F
diū: atq; priuatio & habitus, vt cæcitas & viſus. & vt verbo dicā, cū hæc tria ſignificentur per dictiones incōplexas, vel p id, quod habet vim ſignificationis dictionis incōplexę, ideo non dicitur aliquod eorum verum neq; falſum. nam cū dicimus animal, nec verū neq; falſum ſignificamus: niſi coniungat cum aliquo alio, vt ſi diximus homo eſt animal, aut non eſt animal. Videtur tamen q̄ oppoſita cōtraria, atq; priuationis & habitus cōmunicent cū

affir-

G affirmatiõe & negatione, qñ dicunt de aliquo alio, videlicet, qñ significeantur p dictiones cõplexas, complexu enũciatiuo: vt cũ dicimus de cõtrariis, Socrates est sanus, Socrates est ęgroꝰ. vtrũq; enim horũ dictorũ sunt cõtraria, & sicut cũ dicimus, Socrates é cęcus, Socrates est vidẽs. Differunt ũ hęc duo dicta ab affirmatione & negatione, qñ ea, quæ opponunt hoc modo, ſ. cõtrarietatis, non erit vnũ eorũ verũ, & alterũ falsum, nisi illud subiectũ, quod per vnũ ipsorũ denominat, reperiatur. vt exẽpli gra cũ dicimuꝰ, Socrates est
H ęger, Socrates est sanus, tunc vnũ horũ dictorũ est verũ, & alterũ falsum, Socrate existente. sed Socrate nõ reperto, tũc vtrũq; duorũ dictorũ erit simul falsum. Sed oppositorũ ſm priuationẽ & habitũ, vt cũ dicimus Socra. est cęcus, Socr. est vidẽs, tũc vnũ istorũ erit ſem p verũ, & alterũ falsum. duabꝰ tñ cõditionibus suppositis, quarũ vna est, vt Socra. reperiat, & sit eo tpe, quo nãm debet ineſſe ei visus. nam Socrate non existẽte, erit vtrũq; falsum dicere siue q̃ sit cęcus, siue q̃ sit vidẽs: similiter vtrũq; horũ erũt simul falsa, Socra.
I existẽte & dormiẽte. sed affirmationis & negationis, ſem p ſi vna est vera, altera é falsa: siue reperiat subiectũ, siue non reperiat. nã, cũ dicimuꝰ Socrates est ęger, Socrates non est ęger, vna istarũ necessario erit vera, & altera falsa: siue Socrates reperiat siue non. Hac itaq; proprietate distinguunt opposita ſm affirmationẽ & negationẽ à reliquis ꝓpositionibus cõpositis ex ipsis oppositis.

Particula Nona. Dixit. Malum aũt de necessitate é cõtrariũ bono. & hoc inductione perſpicuũ est, ſi partes boni & mali perquirant. nã K finitas contrariat morbo, & iniustitia iuſtitiæ, & timiditas fortitudini, & sic de reliquis. sed malo duo possunt esse cõtraria, nempe bonum & malũ. nã pusillanimitas, quæ est malum, est contraria audaciæ, quæ est quoq; malũ. fortitudo ergo, quę est bonũ, contrariat duobus. ita enim se habẽt bona, quę sunt media inter duo extrema, quæ sunt malũ. Veritamen ea, quæ sunt huius generis, in paucis reperiunt reb⁹, sed in pluribꝰ bonum solet esse cõtrarium malo.

Particula Decima. D. Contrariorum propriũ est, vt ſi vnũ eorũ sit, L nõ sit necesse alterũ esse. nã ſi quodlibet aĩal fuerit sanũ, nõ dabit vtrũq; ægritudo: & ſi oña essent alba, nulla quidẽ daret nigredo. ſi Socrates ẽt rea fuerit ægrotꝰ, nõ est necessariũ, vt Plato sit sanꝰ: sed nõ põt Socrates esse simul sanꝰ & ægrotus. Dixit. Et de nã omniũ duorũ contrariorum est, vt in eodẽ existãt subiecto. vt sanitas & ægritudo, q̃ in corpore animantiũ existũt, & albedo, & nigredo in corpe ſimplꝭ, & iuſtitia atq; iniuſtitia in aĩa hominis existunt.

Particula Vndecima. Dixit. Quę M libet duo cõtraria, vel sunt in eodẽ genere, vt albedo & nigredo: horũ enim genꝰ ꝓpinquũ est ipse color: vel sunt I duobꝰ generibꝰ cõtrarijs, vt iuſtitia & iniuſtitiæ nã genꝰ iustitiæ est virtꝰ, & genꝰ iniuſtitiæ est vitiũ, q̃ sunt cõtraria. vel sunt ipsamet duo genera cõtraria, q̃ nõ habẽt supra ſe genꝰ aliud: vt bonũ & malũ. intelligit p hoc, ſ. vnũ eorũ esse in vno p̃dicamento, & alterũ in altero prædicamẽto. nã ſi in eodẽ prædicamento existerent, tunc illud ipsum prædicamentum esset genus eorũ.

A Sermo de Oppositis.

LXVI.

DIxit Arist Oppoſita quadrupliciter dicuntur, &c. Inquit Leui. Cum in hoc libro conſyderet de rebus quatenus ſunt entia alam, vt ſuperius dictũ fuit, & iam expleuis ſit ſermo de ea parte, q̃ in oĩbus illis reperit, videlicet de decem prædicamentis, ideo facit hic mentionẽ, de quibuſdam accidentibus communibus cũctis prædicamentis, vel maiori parte eorum. Et tractat de oppoſitis, properans quia ens vel eſt ipſum, vel aliud. manifeſtum autem eſt, q̃ id quod eſt aliud, non eſt ipſum. Et ideo declarat hic genera ipſius diuerſi, ſeu alij, quib⁹ opponitur ipſum, & dicit q̃ ſunt quatuor genera, videlicet duo correlatiua. nam ſeruus eſt alius a domino arq; diuerſus, & B ipſa relatio conſequitur cuncta prædicamenta. Duo præterea contraria: nam calidum aliud eſt à frigido. contraria itaq; conſequũtur prædicamenta habentia contrarium. Priuatio quoq;, & habitus eodẽ modo. nam cæcitas aliud eſt q̃ viſus, diuerſaq; eſt ab ipſo. Similiter & affirmatio & negatio. nam qui ſeder aliud eſt à non ſedente, cum non poſſit eſſe ſimul ſedens & non ſedens. Et patet eſt q̃ priuatio & habitus conſequuntur plura prædicamenta. nam poteſt eſſe ſub ſtantia ipſa, vt cæcitas & viſus: & poteſt eſſe in qualitate, vt ignorãtia & ſcia. affirmatio vero & negatio in omnibus reperitur prædicamẽtis. & hoc eſt per ſe notum. Mox declarat differentiam, quę inter has oppoſitio nes reperit. & primo declarat quandã differentiam, q̃ inter relatiua & contraria reperitur. Deinde oſtendit aliqua contraria non C habere medium, & q̃ illud ſubiectũ, quod per ea denominatur, neceſſario denominatur vno ipſorum. aliqua alia vero nõ habere medium, & q̃ illud ſubiectum, quod per ipſa denominatur, non eſt neceſſarium vt denominet vno eorum, niſi illud ſubiectum obtinuerit vnum illorum contrariorum à natura: vt caliditatem ignis, & frigiditatem nix. nam ignis nunquam eſt expers caloris, neq; nix frigoris. hoc autem primo propoſuit hic Ari. tanq; præfationem ad ea, quæ dicturus eſt, poſt hoc de differentijs horum oppoſitorum. Poſſet aũt aliquis dubitare, quo nam pacto poteſt vnum ſubiectũ reperiri cum vno contrario ſemp, & aliud ſubiectum cum alio contrario: cum neminem lateat ipſa contraria habere vnũ ſubiectum. quod adhuc ſcia Naturali probabitur eradẽ. Ad quod dicendum eſt, q̃ nemo dubitat q̃ caliditas quæ eſt in igne, & frigiditas q̃ in niue, habent quidem vnum ſubiectum, videlicet materiam primã, vt in Philoſophi a Naturali probabitur: Ariſt. cũ ideo dedit differentiã inter hoc gen⁹ cõtra rioru, & aliud gen⁹, q̃ a illud aliud genus habet ſubiectum, formam habens, & ideo priuatur vtroq; contrariorum: vel habebit ali quod eorum, quodcunq; fuerit illud per hoc, quod tranſmutet eius forma: vt nigredo & albedo in hoſe. ſed in hoc ſecundo genere non priuatur ſubiectum habẽs formã ab illo contrario, niſi corrumpat. nam ignis nunquam priuabitur calore, dũ eſt ignis: ne que nix frigore, dum eſt nix. Poſt hoc probat q̃ priuatio & habitus neceſſario reperiuntur in eadem mer re, videlicet in qua naturaliter debet reperiri habitus, tẽpore quo E debet reperiri naturaliter in ea, poſt hoc q̃ poſſit reperiri in ea in futurum. Deinde oſtẽdit oppoſitionẽ eſſe ri in his rebus ſimplicib⁹ his modis: in compoſitis vero cum ſuis ſubiectis. hoc eſt q̃ cæcus opponitur videnti, quemadmodum opponitur cæcitas viſui: licet cæcus non ſit cæcitas, neq; videns viſio. & hoc idem probat in omnibus modis oppoſitionis. nam quemadmodum ſedẽs opponit non ſedenti, propterea quia eſt aliud. ita quoq; opponit ſeſſio non ſeſſioni. Id vero quod reperitur ſcriptum i libris noſtris, Socrates ſedet, eſt ad maiorem declarationem, i. ſubiectum ſedens. Nam Ariſt. nõ tractat hic de oppoſitione ſed in libro peri Hermenias tractabit de ipſa propoſitione. Sed Ariſt. tractat hic de has oppoſitis ea ratione, qua ſunt aliud extra animã: hoc eſt q̃ vnũ eſt aliud ab alio & diuerſum, vt diximus. ſe F dens autem opponitur non ſedenti, q̃a non poteſt vna & eadem res ſimul ſedere, & nõ ſedere. Deinde poſuit quaſdam differẽtias inter oppoſitionem priuationis & habitus, & oppoſitionem relationis. Poſt hæc declarauit quandam differentiam, quæ inter oppoſita ſecundum priuationem & habitum & oppoſita ſecundum contrarietatem reperitur: & diuiſit oppoſita contraria tripartite, & inuenit priuationem & habitum non ſimilari alicui illorum modorum in ſuis proprietatibus. & hoc cogit ne priuatio & habitus ſint oppoſita ſecundum contrarietatẽ, quia, ſi eſſent oppoſita ſecundum contrarietatem, tunc haberent aliquam proprietatem, quæ in contrarijs reperiuntur. Deinde

probat q̄ poteſt in aliquibus oppoſitis con
trarijs fieri mutatio ex quolibet eorum in
alterum. & hoc eſt impoſſibile fieri in priu
tione & habitu: vt in eis̄ deſcriptione dictū
fuit. Mox declarat quandam differentiam,
quæ reperitur inter oppoſitionem affirma-
tionis & negationis, & reliquas oppoſitio-
nes. nam cum ipſa negatio non ſit quoddā
aliud, vel diuerſum, ſed eſt abſolute aliud:
id eo neceſſe eſt vt vere dicatur de omni, ſi
affirmetur aliquid vel negetur. nam de qua
liber re vere dicetur quòd eſt vel dominus,
vel non dominus: vel quod ſit vidēs, vel nō
videns: vel quod ſit ſana, vel non ſana. Sed
ideo ſ hoc loco attulit has mueſtigationes,
ratione prædicamentorum, vt oſtēderet in
quo differat hæc oppoſitio à reliquis oppo
ſitionibus. per illa enim dignoſcuntur ipſæ
H oppoſitiones, hoc eſt, p ſubiecta illarum op
poſitionum. non q̄ ipſe inquirat hic de his
oppoſitionibus, ratione ſ. veri & falſi: ſed ea
ratione, qua reperiuntur extra animam, qua
tenus vnum non eſt aliud. At conſyderatio
de oppoſitis, quatenus ſunt in anima, erit in
libro de Interpretatione.

Particula Nona. Dixit. Malum autem de
neceſſitate eſt contrarium bono, &c. Inquit
Leui. Ariſtoquitur hic figuraliter, dum di-
cit q̄ vni contrario poſſunt dari duo cōtra-
ria. ſed verum hoc poſſit fieri, vel ne, iam in
libro Metaphyſicæ probabitur, ſ. ſi vni con-
trario darut vnicum contrarium. Quare, ſi
malum habeat duo cōtraria, illud quidem
erit duabus rationibus diuerſis. quod pazet,
qm̄ puſillanimitas habet duo cōtraria dua
bus rationibus diuerſis: nam ſuum contra-
I rium ratione vtilis, i. boni eſt ipſa fortitudo,
non audacia: ſed ſuum contrarium ratione
eſſentiæ qualitatis huius affectionis animę,
non erit fortitudo, quia non ſunt in extre-
ma diſtantia: ſed erit ipſa audacia. Poſſet ſā
quis dubitare & dicere, q̄ fortitudo hēc duo
contraria, ratione boni & mali, quæ ſunt pu
ſillanimitas & audacia. nam fortitudo eſt
bonum, & puſillanimitas eſt eius contrarij
ratione mali: & ſiſt eſt ei contraria ipſa au-
dacia. Dicendum ergo eſt, q̄ nos non dici-
mus fortitudinem eſſe contrariam puſilla-
nimitati ratione diſtantiæ tranſitus, quæ in
ter ipſas exiſtit in eſſentia qualitatis: ſed ra-
tione, qua eſt declinatio à medio, quod eſt
in vtumo. cum ergo dicimus contrariū for-
titudinis eſſe declinationem à medio, tunc
non erit niſi vna contrarietas: ſed contigit
vt fortitudo habeat duo contraria. ſi ſuma
mus declinationē ad aliquam partem, quā
niſeſtum eſt q̄ non erit cōtrarium ea ratio-
ne, qua eſt declinatio ad hanc partem: ſed
ea ratione, qua declinat ad alias. Reliqua
ſunt noca. K

Particula Vadecima. Quodlibet duorū
contrariorum, &c. Inquit Leui. Ratio hu-
ius eſt, quia malum eſt in prædicamento pa
tr: omnis enim paſſio eſt malum quoddā.
bonum vero in prædicamento agere: & de-
niq; eſſe eſt bonum, & priuatio malum. & c
ideo poſſum⁹ dicere ens diuidi primo ſ ens
in potentia, & ens in actu. & omne ens i actu
eſt bonum, & in potentia malum: quia eſt
priuatio, & ratione ipſius adueniē malum
ipſis entibus, vt in lib. Phyſicorū probabit.

De Priori. Cap. 2.

PRius autem alterum alte
ro dicit quadrupliciter. L
Primo quidem & maxi
me proprie ſecundum tempus:
ſecundum quod antiquius alte-
rum altero, & vetuſtius dicitur.
in eo enim q̄ tempus amplius
eſt, & antiquius & vetuſtius di-
citur. Secundo autem, quod nō
conuertitur ſecundum ſubſiſtē
di conſequentiam. vt vnū duo-
bus prius eſt. duobus enim exi-
ſtentibus, mox vnum eſſe conſe
quēs eſt: vno vero exiſtēte, duo M
eſſe non neceſſarium eſt. quare
non conuertit ab vno conſequē
tia, vt reliquum ſit. prius autem
illud eſſe videtur, à quo non cō-
uertitur eius quod eſt eſſe conſe
quentia. Tertio vero ſm ordinē
quendam prius dicitur: quem-
admodū & in ſcientijs, & in ora
tionibus. nam in demōſtratiuis
ſcientijs eſt prius & poſterius or
dine: elementa enim priora ſūt * Boe. ad
ordine ijs quæ deſcribūtur. ſed Geome-
& in * Grammatica elemēta ſyl tria.
labis

A labis priora sunt. & in orationibus similiter proœmium narratione prius ordine est. Amplius præter ea quæ dicta sunt, quod melius & honorabilius est, priꝰ natura esse videtur. cõsueuerũt autẽ & multi honorabiliores & magis dilectos à se priores apud se dicere. est quidem & penè alie nisimus priorum hic modus. Modi igit qui dicti sunt de priore, ferè tot sunt. Videt aũt præter eos q dicti sunt, alter esse prioris modus. eorum. n. quæ conuertũ
B tur ſm esse cõsequentiam, quod alteri quomodolibet causa ẽ, cõuenienter prius natura dici potsit. Quod vero quædã sunt huiusmodi, palam est. esse nanque hoiem, ſm ipsius esse consequẽtiam ad veram de se cõuertitur orationẽ. nam si homo est, vera est oratio, qua dicimꝰ, q homo est. & conuertitur: nã si vera est oratio, qua dicimꝰ q homo est, est homo. Est aũt vera oratio, ne quaquam causa, vt sit res: verũ
C tñ res quodammodo causa videtur, vt sit vera oratio. eo enim q res est aut nõ est, verà oratio aut falsa dicitur. Quare ſm quinq modos prius alterum altero dici potest.

Pars Secunda Tractatus Tertij.

Sermo de Priori.

DIxit prius autem alterum altero quadrupliciter dicitur.

Primo quidem atque famoso illorum modo dicitur, prius tempore: vt dicimus aliquem esse seniorẽ & antiquiorẽ alio. Secũdo modo
D dicitur, prius natura: & est quidem illud, quod reperit, repto posteriori: sed ablato ipso, auferẽ & posteriꝰ & non conuertitur cum eo ſm esse: videlicet, vt si reperiatur prius, reperiatur quoq; posterius, & si auferẽ prius, auferẽ & posterius: sed ablato posteriori non auferẽtur prius: vt se habet vnum ad duo in prioritate. nam repertis duobus reperitur & vnũ; sed reperto vno, non est necessariũ vt reperiant ipsa duo. & quicquid reperit reperta aliqua alia re, sed non reperiat illa res reperto illo dꝫ quidem illud esse prius illa re.
E Tertio modo dicitur prius ordine: vt cum dꝫ in scientijs & artibus, q definitiones & descriptiones, quas Geometræ ꝓponũt ipsis figuris, sunt priores in ordine doctrinæ ad id, qđ volunt demonstratione probare & in scribẽda disciplina cognitio elementorũ simpliciũ præcedit doctrinam scripturæ. idẽtidem & pœmium in oratione prius est ordine ipsa narratione. Quarto modo est prioritas dignitatis & ꝓstantiæ: nam quod est natura nobilius, videtur esse prius ignobiliori. & ideo hæc opinio videtur esse communis cunctis: licet his modus prioritatis valde diuersus ab illis modis prædictis sit. est enim hic modus prioritatis præstantior cæteris alijs modis.

Inquit interps. Arist. dicit q is modꝰ est alienissimus ab alijs: ideoq; non vt q ſtpſtituor hic Auerr: vt exponit nisi forte telligat qa magis ſa-
F mosus & apparens apud vulgꝰ. cui ola, q in pdica mẽtis tractatur ab Arist. sint potius famosa, & apparẽtia, q̃ vera, vt exponit ipsemet Auerr. alibi, atq; Leuigher sonden.

Dixit. Videt aũt q hi quatuor tñ sint modi prioris, qui prima cogitatione reperiri videntur. Veruntamen datur alius modus prioris: videlicet, id qđ est prius, quia est causa alicuius rei: & conuertit cum ea re ſm consequentiã essentiæ. Nempe vt si reperiat prius, quod est causa, reperiat & posterius: & si reperi-

tur posterius, reperitur & prius exē pli gratia, prius est homo, q̄ opinio vera, quę habetur de eo ꝙ sit: homine autem existente, existit & opinio de ipso: existente q̄; huiusmodi opinione ꝺ ipso, existit & homo. homo autem est causa, vt hæc opinio reperiatur: non ipsa opinio est causa, vt reperiatur homo. nā causa veri & falsi est ipsum esse rei, quæ est subiectum alterius duorum oppositorū extra animam. Cùm ergo is sit vn⁹ modorū prioritatis, sequitur ꝙ ipsum prius dicitur quinq; modis.

H *Sermo de Priori, & de Simul.*

LXVI. DIxit. Prius autem alterū altero quadrupliciter dicitur, &c. Inquit Leui. Prius & posterius est commune pluribus prædicamentis. & ideo declarauit ei⁹ significatum hic. & pp hanc met rationem quoq; declarauit id quod dicitur apud, vel simul.

De Simul. Cap. 3.

SImul autem dicuntur simpliciter quidem & proprijssime, quorum generatio in eodem est tempore. neutrum. n. eorum neque prius neq; posterius est. Simul autem secūdum
I tempus hæc dicuntur. Natura vero simul sunt, quæcunq; conuertuntur quidem secundū ei⁹ quod est esse cōsequentiam, sed nequaquam alterum alteri causa est vt sit. vt in duplo & dimidio. conuertuntur etenim hæc. nam cùm duplum sit, dimidiū est: & cum dimidium sit, duplū est: sed neutrum alteri causa est, vt sit. Dicuntur autem simul natura, & quę ex eodē genere è diuerso abinuicem diuiduntur. E diuerso autem diuidi ab inuicē k
dicuntur, quæ ſm eandem sunt diuisionem: vt volatile, gressibili, & aquatili. hæc enim abinuicem è diuerso diuiduntur, cùm sint ex eodem genere. animal nā que diuiditur in hæc, in volatile, gressibile, & aquatile. & nihil horum prius vel posterius est, sed simul hæc natura esse videntur. Diuiditur autem & vnumquodq; horum ī species rursus, vt volatile, gressibile, & aquatile. Erunt ergo & illa simul natura, quæcunq; ex eodem genere L
ſm eandem sunt diuisionem. genera vero specieb⁹ semper priora sunt: neq; enim cōuertuntur ſm eius quod est esse consequētiam. vt cùm quidem aquatile sit, animal est: cùm vero sit animal, non necesse est vt aquatile sit. Simul ergo natura dicūtur, quæcunq; quidem conuertunt secundum eius quod est esse cōsequentiam, sed nequaquam alterum alteri vt sit, causa est: &
ea quæ ex eodem genere è diuerso diuiduntur abinuicem. Simpliciter autem simul sunt, quo- M
rum generatio in eodem est tempore.

Pars Tertia Tractatus Tertij.

Sermo de Simul,

SImul dupliciter dicitur. Primus AVII.
autem mod⁹, quo proprijssime & simpliciter dicitur, est, q̄ generatio duorum fit in eodem tempore. nam, cùm alterum eorum non prę cedat tempore, dūr esse simul tpe.

Secundus

A Secundus vero modus eſt eorum, quæ dicũtur ſimul natura. & is mõ dus eſt duplex. vnus eſt eorum quæ conuertuntur ſecundum eſſe conſequentiæ: hoc eſt φ, cùm reperitur vnum eorũ, reperitur & alterum: licet alterum non ſit cauſa alteri. vt duplum & dimidium. nam dato duplo, datur & dimidium: & dato dimidio, datur & dupium: ſed nullum horum eſt cauſa alterius. Secundus modus autem eſt, vt ſpecies quæ idem genus diuidunt diuiſione prima: vt volatile, aquatile, & greſſibile. Hæc enim ſunt quidem
B ſpecies diuidentes ipſum animal, quod eſt earum genus: & nullum ipſorum eſt prius altero, neque poſterius: & ideo hæc dicuntur eſſe ſimul natura. Poſſunt inſup & quælibet harum ſpecierum diuidentiũ diuidi rurſus in alias ſpecies etiam: & erunt quoque hæ ſimul natura. vt cùm diuiditur greſſibile in bipes, & quadrupes, & pluripes, & priuatum pedibus. Genera vero harum ſpecierum ſunt priora eis ptio ritate naturæ: quoniam non conuer tuntur ſecundum eſſe cum eis. nam reperto aquatili reperitur & ani-
C mal: ſed reperto animali non reperitur de neceſſitate aquatile. Ea er go quæ dicuntur eſſe ſimul natura ſunt, vt diximus, duobus modis. Quorum vnus eſt earum rerum, quæ conuertuntur ſecundum conſequentiam, altera ad alteram, licet vna non ſit cauſa alterius. Secundus modus eſt ſpecierum, quæ diui dunt genus: videlicet quælibet ipſarum eſt æqualis alteri. Ea vero, quæ dicuntur ſimpliciter ſimul, ſunt quorum generatio fit in eodem tempore.

De Motu. Cap. 4. D.

MOtus autẽ ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundùm locum mutatio. Alij itaq; motus palam eſt quod ab inuicem diuerſi ſunt. non enim eſt generatio corruptio, neque augmentum diminutio, neque ſecundũ locum mutatio. ſimiliter autem & alij. In alteratione vero habet quandam dubitationem: ne ſit forte neceſſarium id quod al- E teratur, per aliquam reliquarũ motionum alterari. Hoc autem non verum eſt. nam ſecundum omnes penè paſſiones, aut complures accidit nos alterari, nulla aliarum communicante motionum. nam neque augeri neceſſarium eſt quod per paſſionem mouetur, neque diminui. ſimiliter autẽ & in alijs. Quare alia præter alios motus erit alteratio. nam ſi eſſet eadem, oporteret id quod alteratur, mox & augeri, vel minui, vel quan- F dam aliarum motionum ſequi, ſed non neceſſe eſt. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret. ſed ſunt quædam, quæ augmentantur, quæ non alterantur. vt quadratum gnomone circumpoſito creuit quidem, alteratum vero nihil factum eſt. ſic & in alijs huiuſmodi. quare alij motus ſunt abinuicem.

Dubium.

Quadrati accretio, Gnomone circumpoſito.



Eſt autem ſimpliciter motui quidē quies contrarium: ijs vero, q̄ per ſingula ſunt, & ſingula. generationi quidem corruptio contrarium, augmētationi vero diminutio, ſecundum locum mutationi ſecundum locum quies. maxime autem videtur oppoſita eſſe ad contrarium locum mutatio. vt ei quæ inferius eſt ea quæ ſuperius eſt: & ei quæ ſuperius eſt ea quæ inferius eſt. Reliquo vero aſſignatorū motuum nō facile eſt aſſignare qd forte eſt cōtrarium. videtur autem nihil eſſe ei contrarium: niſi quis & in hoc ſm qualitatē quietem opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationem: ſicut & in mutatione ſecundum locum, quietem ſecundum locum, aut in contrarium locum mutationem. eſt enim & alteratio mutatio ſecundum qualitatem. quapropter opponitur motui ſecūdum qualitatem, quies ſecundū qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio. vt album fieri ad id, quod nigrum eſt fieri. alteratur enim in contraria, qualis mutatione facta.

Pars Quarta Tractatus Tertij.

Sermo de Motu.

SPecies motus ſunt ſex: videlicet generatio, & ei⁹ oppoſitum corruptio: incremētumq;, atq; eius oppoſitum, ſ. decrementum: mox alteratio,

A alteratio, deinde mutatio ſm locū, quæ apud nos translatio vocatur.

Omnes autem hæ ſpecies ſex paſſ eſt, ꝙ ſunt inter ſe diuerſæ, præter alterationem. nam nemo exiſtimabit generationem eſſe corruptionem, neq; incrementum decrementum, neq; translationem eſſe aliquid horum: ſed alterationem poterit aliquis credere eſſe idem cum reliquis motibus, quos narrauimus. Verū tamen alteratio reperitur in omnibus generib⁹ quatuor qualitatum, quæ narrauimus, vel in maiori parte eorum, in quib⁹ nihil reliquorū

Vide. 7. Phy. a tex. 14. vſque ad. 20.

B motuum communicat, neq; eos ſequitur. nam id, quod mouetur aliqua qualitatum, non eſt neceſſariū vt augeatur, vel minuatur: & ſic de reliquis. Sequitur ergo, ꝙ motus alterationis differt ab aliis motib⁹. nam ſi ipſa alteratio & aliquis alius motus eſſent idem, vel quod ipſam inſequeretur aliquis alius motus, tunc eſſet neceſſarium, vt id quod eſt alteratum, creuerit vel decreuerit, vel aliquo modo mutationum mutatum fuerit: cùm tamen res non ita ſe habeat. Quòd autē ſequatur oppoſitum, nempe vt quicquid creue-

C rit, aut aliquo alio motu motū fuerit, alteretur: cùm tamen res nō ita ſe habeat. nam ſi quadrato addatur per artem Geometricam id, quo in nouetur illa ſuperficies, quæ gnomon vocatur, creuiſſe dicitur: cùm tamen nulla in eo facta ſit alteratio. & ſic de ſingulis aliis ſimilibus. oporteret ergo vt huiuſmodi motus, qui hic numerantur, ſint inter ſe diuerſi. Hæc tamen ratio, qua vſus eſt hic Ariſtoteles, eſt figuraliter, ſeu latius ſumpta: qm̄ augmentum non dī de hac re, niſi metaphorice.

Sed re vera quicquid augetur alteratur quidē, & quicquid generatur quoq;. at id, quod ſm locum mouetur, non eſt neceſſarium vt alteretur. ſed totum hoc nō declaratur in hoc loco. & ideo procedit in hoc figuraliter, & largo modo. nā nihil aliud vult probare hic, q̄ ꝙ alteratio differat à reliquis motibus. Dixit. Et motui quidem ſimpliciter, qui eſt genus, contrariatur quies ſimpliciter, quæ eſt genus rebus quieſcentibus: motib⁹ vero particularibus cōtrariant quietes particulares, & motus particulares. mutationi enim ſecundum locum contrariatur quies D ſecundum locum. & quemadmodū generationi cōtrariatur corruptio, & incremento decrementum: ita quoq; videtur ꝙ motui ſecundum locum contrarietur motus ſecundū locum, ratione contrarietatis loci, ad quem fit motus. vt exempli gratia, quia motus ſurſum cōtrariatur motui deorſum: cùm ad ſurſum ſit contrarium deorſum. Sed motui, qui relictus eſt ex reliquis motibus, quos narrauimus, non eſt facile reperire ei contrarium, nec ratione quietis, neq; ratione motus. ſed poſſet quis imaginari, ꝙ nō habeat cō- F trarium: niſi forte aliquis dixerit quoq; ꝙ quies, quæ ei opponitur, ſit ipſa quies ī qualitate: & ipſe motus etiam qui opponitur illi motui, q̄ eſt in qualitate contraria illi qualitati, quæ illi motui ineſt: vt dicebatur ꝙ motui in loco opponit quies in loco: vel motus ad contrarium illius loci, ad quem erat alius mot⁹. vt gratia exempli, mutationi ſeu alterationi ad nigredinem contrariatur alteratio, ſeu mutatio ad albedinem, atq; quies in albedine.

Re vȳa q̄e qd auget, alterat: & ꝙ quicqd generat.

G *Sermo de Motu.*

LEVI. SPecies motus sunt sex, &c. Inquit Leui. Cum motus reperiat in pluribus prædicamentis, ideo est cōs quibuslam pdicamentis: & ppea exponit eius significatum. Generatio autem & eius contrarium, quod est ipsa corrupio, sunt in prædicamento substantiæ. nam p generationem intendit generatio substantiæ rei: unde p corrupdonem corruptio substantiæ rei. incremētum vero & decrementum sunt in pdicamento quantitatis. alteratio aūt in pdicamēto qualitatis. & mutatio scdm locū in pdicamento vbi. Pōt tñ existimari q̄ sit in prædicamēto positionis: licet Arist. non meminerit eius: vt est motus rotæ molendini, q̄ semp habet idem vbi: sist & motus corporum cœlestiū. Nisi forte quis dixerit q̄ eius motus sit partium
H eius q̄ mutant locum suum in vbi, quod est falsum. qm motus partium eius est per accidens, tatione totius motus totius, vt in Philosophia Naturali probabit: motus aūt non est per se, & ideo motus debet ascribi ipsi mobili p se, non p accidens: & ideo dixit Arist. q̄ motus corporum cœlestium est in prædicamento situs. Auerroes tñ negat hoc. non tñ inuestigabim⁹ hoc in libro Physicorū, Deo optimo concedente. Hoc. n. indiget scrutatione, cui non dat hic locus. Palam autem est q̄ hæc ser ſpēs motus sunt inter se diuersæ. D. d. Veruntñ alteratio reperitur in oīb⁹ quatuor generibus qualitatū. Inquit Leui. Cum narrauerit Arist species motus, voluit quoq; ostendere eas esse inter se diuersas, & dixit q̄ hoc est manifestum, pterquā in ipsa
I alteratione. & primo declarauit hoc, dicens q̄ alteratio reperitur in cūctis generibus pdicamentorum, vel in pluribus eorum: sed non reperiunt ī eis reliqua genera motus: i. q̄ non est necessarium vt in calido & frigido, & his similibus fiat generatio, qm ipsa in nouam & oriunt: neq; vt fiat augmentum, & in eorum ortu: & par est rō de horū oppositis: neq; ex eorum ortu sequit mutatio secundum locum. sequit ergo q̄ motus alterationis differt a reliquis motib⁹. Præterea, si alteratio & aliquis alius reliquorū motuū esset idem: sequeret ad ipsam aliquis motus. q̄ quidem est contra id, quod nos assertuimus: videlicet, quia nos iam affirmauimus dari motum alterationis sine generatione, vel aliquo alio reliquorum motuum. tunc. n. oporteret q̄ id quod est alteratum, fuerit auctum vel diminutum, vel fuerit ali-

quo modo diuersificatū diuersum: quod qui K
dem non reperitur, vt iam superius dixim⁹, & sequereur & huius oppositum: videlicet q̄, si alterano & aliquis alius motuū essent idem, sequeret quoq; huius contrarii: s. vt id, quod fuerit auctū, vel motū aliquo alio motu, esset & alteratū: qđ est falsum. ergo alteratio & aliquis alius motuum reliquorū non sunt idē. D. d. Si quadrato addatur p artē Geometricam & gnomon, &c. Hui⁹ dicti sensus est, vt reor, q̄, cum in aliqua figura opposītorum laterum, addat signum aliquod, ita vt illa figura cū illo signo sit similis primæ figuræ: & hoc quidem fit cum protrahat diameter illius figuræ, & addat in vno duorum laterum ei⁹ illemet diame ter secundæ figuræ oppositarū cōstarū cum illa additione, vt declarat Euclides. Dedit ît hoc exemplum de augmento quia augmē- L
tum ita quidem fit, videlicet quod figura si milat suęmet figuræ post augmentum, quæ erat ante augmentum. &h oc est manifestū de ipso incremento. & palam est, vt inquit Auerroes, q̄ additamentū in superficie non est augmentum. in scia aūt Naturali probabit, q̄ oportet vt alteratio pcedat motū generationis & incrementi. Debes pterea scire, q̄ id quod Arist. dicit in hoc loco, est verū oīno: nempe q̄ incrementum, est quid simile illi additamēto facto in superficie. qm hmōi superficies non est alterata sua qualitate q̄ est ipsa figura: nam cum illo additamēto remanet illa figura, quā habebat, eo pacto quo exposuimus: sed est addita ei⁹ quantitas solum. & eadem est rō de incremento: qm id, quod auctū est non alteraī oīno ratione, qua est auctū: sed est tñ addita ei⁹ quātitas. nutritum. n. est ipsum auctum, nō ipsum nutrimentum. alteratio vero, q̄ præ- M
cedit ipsum incrementum, necessario fit in nutrimento, non in nutrito. & ideo verum est id, quod Arist. dicit de ipso augmento. Id ergo, quod dicit Auerroes, q̄ in Physicis, pbarum est, q̄ est auctum, iam fuit alteratū, non contradicit penitus huic dicto Aristot.

D. d. Et motus quidem simplr, qui est gen⁹ &c. Inquit Leui. Intelligit q̄ contrarium ipsius motus, qui est genus harū spērum, quas narrauimus, est ipsa quies, q̄ insequit oppositū horum motuum: videlicet priuatio motus. D. d. motibus vero particularibus, &c. id est his spēbus motus pdictis dant duo cōtraria, s. vel quietes particulares, vel motus particulares illis oppositi. nam mutationi secundū locum contrariat quies secūdum

locum

A locum: & motus secundum locum contrarius illi motui. vt exempli gra q motui sursum cõtrariat quies deorsum, q est id, à quo fit motus, non quies sursum, quia illa est finis motus & eius præfectio, vt in scia Naturali probabit. Si fit ex contrariat ei motus deorsum: eò quia fines vtriusq; motus sunt contrarij, i. quia quietes motui illorũ sunt cõtrariæ: & hoc palam est. Eadem quoq; rõne ipsi generationi contrariat corruptio, atque quies in eo, à quo fit generatio, & non in eo ad quod fit generatio: quia illa est finis generationis, & eius perfectio. Augmento quo que contrariat decrementum, atq; quies in eo, in quo erat res, antequã augeret. Alterationi rursus ad albedinem contrariat quies in nigredine, atq; alteratio ad nigredinem. Posset tñ aliquis quærere, quo pacto poteft fieri vt quodlibet horum habeat duo con-

B traria: cum iam suppositũ fuerit vnum contrarium habere tm vnicum contrariũ. Ad quod dicendum est, q hmõi duo contraria sunt tm vnum contrarium. nam alteratio, seu mutatio ad albedinem, cui dixim⁹ contrariari quietem in nigredine, & motum ad nigredinem, dico q in his reperit contrarietas ratione quietis, quæ opponit quieti, non ratione motuum. nam, si mutationi ad albedinem cõtrariaret quies in nigredine, eo quia qualitas rei, q mutat ad albedinem in colore suo sit contraria, quia quiescit in nigredine, hoc est id quod est nigrum, tunc sequeret q nigrum contrariaret nigro in suo colore. qm nigrum põt incipere transmutari in albedinem: & tunc transmutabit ad al-

C bedinem, dum tñ adhuc sit nigrum: verum tñ iam est aliquantulum mutatum ad albedinem: & sic sequeret, q nigrum esset cõtrarium nigro in colore suo, quod est impoſe. Sequit ergo q transmutatio ad albedinem, contrariatur quieti in nigredine, quia quies in albedine ad quam mouet idem id quod transmutat ad albedinẽ, est contraria quieti in nigredine. & pari ratione dico, q ideo transmutationi ad albedinẽ contrariat trãſmutatio ad nigredinem, quia quietes, ad q̃s mouent, sunt contrariæ. nam si essent contraria ea ratione, qua habent illum colorẽ tpe transmutationis, seu alterationis, nulla habita ratione ad finẽ, tunc sequeret q flauum esset flauo contrarium: qm possumus supponere q id, quod transmutat ad nigredinem sit flauum aliquo tpe transmutationis. sicut poteſt esse id, quod transmutat ad albedinem flauum. & sic sequeret q flauum contrariaret flauoq; est falsum. Sequitur ergo q non hẽt contreria, nisi ratione quietũ contrariarum: & q hæc ratione habebit contrarietatẽ in extremo diſtantiæ. sed cum ipsa contrarietas sit ratione quietis, non rõne motus: ideo patet hæc duo contraria, q dicuntur contrariari vni contrario, esse vnũ contrarium. & sic soluitur dubium. D

De Habere. Cap. 5.

HAbere secundum plures modos dicit. Aut. n. vtha bitũ & dispositionẽ, aut aliã aliquã qualitatem. dicimur enim disciplinã aliquam, atque virtutem habere. Aut vt quãtũ, vt quam cõtingit aliquis habẽs E magnitudinem. dr. n. tricubitã habere magnitudinem vel qua dricubitã. Aut vt ea q̃ circa corpus sunt, vt vestimẽtum, vel tunicam. Aut vt in parte, vt in manu annulum. Aut vt partem, vt manum vel pedẽ. Aut vt in vase, vt modius grana tritici, aut ãmphora vinum, vinũ. n. habere amphora dr, & modi⁹ gra na tritici. hæc ẽnim oña habere dr, vt in vase. Aut vt possessionem. habere. n. domum & agrũ F dicimur. Dicit aũt & vir vxorẽ habere, & vxor virum. sed qui nunc dictus est modus, alienissimus est eius qd est habere. nihil nim aliud vxorẽ habere significamus, q̃m q cohabitãt. Forte tñ & alĩ quidam eius, quod est habere, apparebunt modi: sed qui dici consueuerũt, penè omnes enumerati sunt,

[a] alias lagena.

[b] al. igitur

Pars

Sermo de habere.

AVER. HAbere autem ſex modis dicit. Quorum primus eſt ſm habitum, & affectum. dicimus enim nos habere ſcientiam & virtutem. Secundus eſt, ſm quantitatem. nam dicimus nos habere magnitudinem, cuius longitudo eſt talis vel talis. Tertius eſt ille, qui dicitur de re quæ continet, ſiue totum: vt tunica & pallium. Vel partem corporis, vt annulus in digito, & calciamentū in pede. & is tertius modus videtur
H eſſe proprius prædicamento habere ſm expoſitores. Quartus autem modus dicitur de ratione, quam habet pars ad totum: vt cùm dicimus habere manum, & pedem. Quintꝰ vero eſt ſumptus ex vſu Græcorum, qui eſt de ratione, quam habet res ad vas in quo eſt: vt triticum in horreo, & vinum in lagena. ſolet enim ipſi Græci dicere lagena habet vinum, & horreum habet triticum.

Sextus tandem eſt, ſm rem poſſeſſam: vt cùm dicimus habere diuitias, atq; habere domum, atque habere vxorem. ſed iſte modus, qui
I nunc dictus eſt, videtur eſſe alieniſſimus ab his modis, quibus dicit habere nam cùm dicimus habere vxorem, nihil aliud magis ſignificam⁹, q̃ approximationem.

Dixit. Fortaſſe alij modi ipſi⁹ habere præter hos, quos narrauimus, reperiri poſſunt: tamen illi, qui famoſi ſunt, ſeu in vſum veniūt, ſunt tantum ij, quos narrauimus.

Sermo de Habere. K

DIxit. Habere autem ſex modis dſ, &c. In quit Leui. Totum hoc eſt clarum. & id de quo dicitur habere in primo ſignificato, eſt de prædicamento qualitatis. nam cum dicimus aliquem habere ſcientiam, & habere virtutem, intelligimus ipſum eſſe ſcientē, & probum, quæ res ſunt qualitates. Id vero, de quo dicitur habere in ſecundo ſignificato, eſt de prędicamēto quantitatis. nam cū interrogamur, quanta ſit ta⁹is magnitudo, dicimus habere tantam vel tantam magnitudinem. Tertium autem ſignificatū eius apud expoſitores, eſt proprium ipſi prædicamento habere: & eſt quicquid circūdat corpus, & continet ipſum, cum non fuerit pars eius, ſiue fuerit in toto ipſo, ſiue in eius parte. & hoc, ſiue ab arte, vt eſt calciamentum & indumentum: ſiue à natura, vt eſt corter arboris, & ſquamæ piſcium. Quartum ſignificatum eius eſt, de prædicamento ſubſtantiæ. Quintum autem ſignificatum eſt de prædicamento vbi. Sextum ſignificatum eius videtur quoq; eſſe de prædicāmento qualitatis. qm̃ diuitię & paupertas ſunt affectiones, quæ in animato reperiuntur. In quolibet tamē horum extat aliqua relatio, qua ipſum habere conſequitur illa prædicamenta: & eſt id, quo dicitur aliquid eſſe alicuius abſolute, & ſimpliciter ſecundum apparentiam, & famam. & videt q̃ quemadmodum dicit aliquid eſſe in aliquo de aliis prædicamentis, q̃ de prædicamento vbi, ita quoq; dicitur aliquid eſſe alicuius de aliquibus alijs, præter prædicamentum habere. L

Ariſtoteles autem enumerauit hic quot modis dicatur aliquid habere aliquid, ea ratione, qua conſequitur plura, q̃ vnum ex decem prædicamentis. ſed reliqua alia, quę cō M ſequuntur ipſa decem prædicāmēta, vel alia quæ ipſorum, vt eſt potentia & actus, vnum & plura, & alia ſimilia, ex ꝛcte tractant ab ipſo Ariſtotele in libro Metaphyſicæ. & neglexit tractare de eis hic, quia ipſe tractat in hoc loco de his rebus, ratione apparentiæ & famoſitatis tantum.

Prædicamentorum cum Auerro.

& Leui finis.

LEVI.

GILBERTI PORRETANI, PERIPATETICI SEX PRINCIPIORVM LIBER.

SVMMA LIBRI.

De Forma, Actione, Passione, Quando, Vbi, Positione, Habitu, Et de eo quod est susciperе magis, & minus.

De Forma. Cap. 1.

B

Orma est cõpositioni contingens, simplici & inuariabili essentia consistens. Cõpositio etenim non est: qm̃ à natura compositionis seiungitur. Compositio enim alteri vnaquæq; adueniens, maiorẽ se coniunctã efficit quodã modo. In forma autẽ C hoc cõe nõ est. nam in eo q̃ corpus albũ est, nõ dicit maius aut minus seipso non albo: nec si nõ albũ intelligatur, destructio cõpositionis vel minoratio aliqua facta est, sed alteratio solũ. Qm̃ autẽ fortasse in alijs idem cõtingit proferri, additũ conuenienter existimo, inuariabili essentia cõsistens. in anima enim alteratio contrarietatis inuenit, vt tristitiæ, & gaudij. Sed qm̃ (vt aiunt quidam) simplicitati, nulli vero variationi subiecta ẽ, vt ea quæ est anima mũdi, dissociãs hanc ab oĩbus, addidi cõpositioni cõtingens. Erit itaq; terminus formæ dicta definitio. neq; enim superflua neq; diminuta, siqs subtiliter inuestigauerit, reperiet.

Habet aũt dubitationẽ ex præcedentib⁹, vtrum aliqua forma variabilis sit. hoc autẽ videtur in pluribus. nam eadẽ oratio susceptiua veri & falsi est: & albedo claritatis & obscuritatis: & oratio eius quod est in re, & nõ est. Sed nõ est ita. nam nihil differt albedinem claram dicere, &̃ susciens clarũ dicere. non est aũt oratio eadem susceptiua cõtrariorũ, nec oratio eius q̃ in re est & nõ est: sed orationes notæ sunt earũ quę sunt in anima passionũ. de his aũt dictũ est alibi.

Substantiale vero est, quod cõfert esse ex quadam cõpositione cõpositioni, vt in pluribus, quod impos-

E An forma aliqua inuariabilis sit.

F

Primo de Interp. c. Substantia quid.

G impossibile est deesse ei. vt ratio & sensus: siue horum similia, vt cõtinuum & discretum. Hoc vero erit vt materia, & illud vt forma. vt corpꝰ, quod est hominis materia, anima vero forma. erit itaq; substãtiale, vt corpus, hõ, & ratio. hæc aũt in his q̃ de Categoriis dicta sũt, expedita sũt.

Formarũ diuisio. *forte melius arte. Videtur aũt forma, quædam à natura esse, quędã vero ab ãctu. ratio enim à natura est, color vero & passio quædã in actu consistunt.

H In quibusdam aũt dubitatio ẽ, vtrũ à natura, an ab actu incipiãt esse, vt in figura incisionis. nã nihil additionis fit, sed separatio quædã partiũ. Dico aũt figurã esse à natura: assentiri vero ab actu. sed quę cõiunctionis est ab actu est, vt domus. manifestum aũt de his. Sed in his quę in pluribus sunt, palam non est: nam ea quæ in pluribus sunt, in actione esse impossibile est. à natura aũt non videt fieri, qm̃ ea, q̃ à natura sunt, à creatura præexistente sumũt principiũ. palã

I vero est creatură non esse: nihil enim rõnis omnino, quare hæ creaturæ sint, poterit explicari. Natura igit̃ in his occulte operatur. nã sicut ex plurium partiũ cõiunctione cõstitutio quędam primorũ excedens quãtitatem efficit: sic ex singularium discretione vnũ quoddam intelligitur, eorum excedens prædicationem. Quapropter cõitas ois naturalis est, qa à singularitate ꝓcedit, quæ creationi adæquat. Subtiliter aũt etiam speculãtes, K sicut naturã in actionibus operari latenter inuenimus, sic creaturarũ creatorem in natura, ex actu, qui numero naturã stabiliuit. Sed hæc hactus: alterius. n. cõsyderationis sunt. Formarũ vero alia quidẽ est in subiecto & de subiecto dicit. vt sciẽtia in subiecto quidẽ est, vt in anima, & de subiecto quidẽ dicit, vt de Grammatica. Quædam aũt in subiecto est, de subiecto autem nullo dicit, vt albedo Socratis.

Formarũ alia diuisio de qua ante prædicamentis.

L * Quædã vero neq; in subiecto est, neq; de subiecto dicit, vt humanitas Socratis & Platonis. similiter aũt & his, quæcunq; formarũ sunt indiuiduæ. Quædã vero dicuntur de subiecto, & in subiecto nullo sunt, vt rationale mortale. Eorũ vero quæ in subiecto sunt, & quę de subiecto nõ sunt dicibilia, alia quidẽ sensibilia sunt, alia insensibilia. Sẽsibile vero est, quod sensu cõprendit: vt albedo, color, sonꝰ, sapor, percussio, dulcedo. Insensibilia, quę rõne cõprehẽduntur: vt doctri- M na disciplina. simplr autẽ nihil eorũ, quę de subiecto dicuntur, sensibilia sunt. Manifestũ est aũt ex his, quæ proposita sunt, qm̃ quędã sunt sita alicubi, vt nigredo in oculo: quędã vero difficile est assignare, vt sciẽtia, paternitas, filiatio: nisi forte in componentiũ & generantium complexione. singulorũ aũt, quæ dicta sunt, * in cõplexionis eius, quæ in voce est, notatio est: hoc vero subsistes

* al. cõnõ hẽt hoc diuisiõis membrum.

* a. l. in vesne cõpositione signat.

A ſubſiſtens erit vel contingens. Eorū vero, quę contingunt exiſtenti, ſingulum aut extrinſecus aduenit, aut intra ſubſtantiam conſyderatur ſimpliciter: vt linea, ſuperficies, corpus. Ea vero, quæ extrinſecus contingunt, aut actus, aut pati, aut diſpoſitio, aut eſſe alicubi, aut in mora, aut hēre neceſſario erūt. Sed de his, quę ſubſiſtunt, & q̄ non ſolum in quo exiſtunt, exigunt, in eo, qui de Categorijs libro inſcribitur, diſputatū eſt. de B reliquis vero cōtinuo agamus.

De Actione. Cap. 2.

ACtio vero eſt, ſecundum quam in id quod ſubijci tur, agere dicimur: vt ſecās quis in eo q̄ ſecet, ſecans dicitur. Eſt autem alia quidē animę, alia vero corporis. Differūt autem, qm̄ ea, quæ corporis eſt, mouens eſt neceſſario illud, in quo eſt: idem enim quod corpus agēs eſt, & mobile eſt. actio autem animæ non id mouet in quo eſt, ſed coniunctum. anima C autem dum agit, immobilis eſt: mouet enim corpus. anima autē permanet immutabilis: quoniam anima nec ſecundum locum mouetur, nec ſecundum quemquam aliorum motuum niſi ſecundū alterationem, non in ſuſcipiendo cremētum, neq; decrementum mouetur, neq; diminuendo, neq; ad oppoſitū locum trāſeundo. locus.n. corpus eſt: anima vero nō eſt corpus. Impoſſibile eſt aūt non corpus corpore moueri, quia nullā loci ſuſcipit mutationem. ſolū vero corpus, eo q̄ de loco ad locū tranſit, mouetur. Hoc aūt in q̄buſdam dubitabile apparebit. ſpeculo.n. permanente immobili, imaginis motus fieri vī ad oppoſiti mutationes. impoſſibile ergo erit ſoluere, cōceſſo q̄ ibi forma exiſtat vere. Si vero nō eſt incredibilis error, in vulgo putabitur, licet ſit conuenientius. Scire aūt oportet, q̄ omne qđ in motu eſt, in actiōe eſt: mo ueri.n. actio eſt. ſi quid.n. moue E tur, agit neceſſario. omnis ergo actio in motu eſt: omnisq; motus in actione firmabitur. Proprium igitur actionis eſt in motu eē, ſicut proprium motus in actiōe. Et ſi his quidē actionib⁹, in quibus eſt generatio aliqua, palam eſt: de his vero quæ corrumpuntur, fortaſſe obꝺubitatur. nam qui deſtruit in motu eſt, nihil autē facere videt. nam nihil efficitur, ſed quod factū eſt deſtruitur. Dico aūt actionē, non quid, ſed in quid agat exigere. F Non eſt autem motus actio, ſed quale. quieſcere enim quale eſt: quare & motus quidem quale erit. Simpliciter autem quęcunque contrariorum oppoſitionē ſuſcipiunt, eiuſdem ſuſcipiunt generis prædicationem. Naturalis vero actiōis proprietas eſt paſſionem ex ſe in id qđ ſubijci tur, inferre. omnis.n. actio paſſionis eſt effectiua: & omne paſſionem inferens, actio eſt. Contingit

G tingit autem actionē actionē effici. actio enim eius, quod per se mouetur, eius actionis, quę per aliud mouetur, generatiua est. actio. n. ab animali illata, ab ea, quæ est animalis, principiū sumit. Nihil aūt interest siue agere, siue pati, animalis eius, ꝙ ab animali agere est, principiū dicatur. Et sic actus quidē est primordiale principium pati vero permixtum. quamobrē actionis, passionisq; actus est genera
H tiuus. Facere vero id qđ quale est ex se gignit. Qualitas, q̄ calor est, eam efficit, quę calefacere est, actionē. Quantitatum vero particulariū positio effectrix est, & qualitatum. asperitas. n. & similia qualia sunt: linea vero & superficies, et soliditas quantitates sunt. vniuersa. n. hęc à situ substantiā & generationē habent. Quantitas autem quantitatis: vt longitudinis linea, latitudinis planū, altitudinis solidum corpus. Qualitatis vero
I qualitas: vt calor caliditatis. Situs aūt agere & pati: in dispositionis nanq; compositiōe quædam generatio simplicium fit, qua in motiua actione consistere necesse est. Qn̄ vero tempus. Vbi vero locus. Hēre aūt corp⁹. ea. n. quæ circa corpus sunt, habere dicuntur. Eorum vero, q̄ in subiecto non sunt, indiuiduorum, corruptio quidem est in primis: generatio autem in his, quæ mox post primorum constitutionem consistunt. Eorum vero, q̄ de ipsis prædicata sunt, K ea à qbus omnino generaliter nulla est prædicatio, vt omnes quidē homines eius hominis, q̄ communis est, & vſis. Recipit autem facere & pati contrarietatem, & magis & minus. fecare enim ad plantare cōtrarium est, & vrere ad humidum facere. & calefieri magis & minus dicitur, & infrigidari: siccari, & humidum fieri, tristari, & gaudere magis & minus dicit.

De Passione. Cap. 3.

PAssio est effectus illatio; q̄ L actionis, secūdum quam hæc quidem patiūtur magis, illa vero minime, secundū ꝙ quædam animantiora sunt aliis: vt animantius quidē brutum est arbore, animantius vero irrationali rationale. Ofa vero, q̄ de generatione dicta sunt, eadē dici possunt de ea, q̄ in rebus est, passione: quadam autem prolatione nō recta, sed mutatione. Est autem pati eorum, quæ multipliciter dicunt. ani- M mæ. n. actionum vnaquęq; passio dicit, quas quidē sub actiōe locauimus: vt amor, odiū, tristitia, & gaudere. quę omnia qualitates passibiles, actiōes animę appellamus. Dicitur quoq; passio, ꝙ in naturā agit: vt morb⁹, febris, ęgritudines, & reliqua q̄ qualia dicta sūt. Passio vero, vt dictum est, prima est generatio actionis. Non est autem in agēte passio, sed in eo in quod agitur, et operantis actum susc ipit.

per-

A perecutiens .n. pati non dicitur, sed materia actum suscipiēs: ea vero, quæ nunc relinquuntur, in eo qui est de Generatione libro tractantur. Et de passione hæc sufficiant.

De Quando. Cap. 4.

QVando vero est, qđ ex adiacentia temporis relinquitur. Tempus vero qñ non est, vtriusq; autē ratio cōiuncta est, vt tempus quidem prēteritum qñ non est, effectus autem eius, & affectio, secūdum quā dicitur aliquid fuisse, qñ est. Instans aūt qñ non est, sed secundum q aliquid æquale, vel inæquale est. eius autem affectio, ſm quam aliquid dr̄ in instanti esse, quando est. Futurum similiter tēpus qñ non est, sed id quod futurum est. qñ cōtingere necesse est, secundum q aliquid dicitur futurū esse cras, vel in aliquo tēpore. Est igitur qñ, aliquid ex eo q abñt, aliud ex eo qđ ſstat, aliud vero ex eo qđ necesse est contingere. Dictum est enim in Categorijs prēteritum & futurū esse quantitates, & quod magis est continuans ad præsens. De prēterito quidem dictum est hoc, non q in substantia permaneat, sed qñ in excessu suo nōdum prēterīt: de futuro aūt, quoniam necesse est contingere, quod tā tum est, ac si instaret. nulla.n. differentia est in eo quod permanet, & qđ futurum est, & qđ nunc abñt. Quamobrem & de futuris agitur, & secundum ea aliquid dicitur, & nuncupationē existentium sortiuntur. vt Sol orietur cras, cras erit nauale bellum, heri obñt Socrates, & aliquid dicitur ſm tempus id quod futurū est, de eo qui nascetur futurum, aut necessario de eo quod est. vt Callias disputabit cras, vel non disputabit cras: disputabit.n. futurā actionē ſsignificat: nihil aūt inde est, quod in substantia adhuc sit. Differt.n. qñ ab eo qđ ē vbi: qm̄, in quocūq;, tempus est vel fuit vel erit, in eo quidē qñ, est vel fuit vel erit, quod secundum idem tempus dicitur. qñ enim quod existenti est, cum ipso instanti est, & simul in eodē sunt. quando vero ex eo quod abñt & quod futurum est, nunquam simul erunt. vbi vero & locus, à quo est, vel sit, nunquā simul in eodem. vbi autem in circunscriptione est: locus autem in complectente. Distat aūt tem quando, quod ex prætērito est, ab eo quod ex futuro procedit: quoniam quando quod ex futuro prætērito posterius est: quod vero ex prætērito, est prius futuro. Quando autem vnum & idem, primum quidem ex futuro est, secundum ex præsenti, posterius vero ex prætērito: quemadmodum tempus. primum quidem nunc est futurum, postea vero præsens, deinde prætēritum. Sicut autem & tempus, aliud quidem compositum est, aliud

vero

C vero ſimplex. Eſt autem compoſitum, quod in compoſita actione conſiſtit: ſimplex vero, quod cum ſimplici procedit. Et ita quando, aliud ſimplex, aliud compoſitū. ſimplex quidem vt in momento, & nūc eſſe: compoſitum autem, vt in hora, die, hebdomada, & ſimilibus. Amplius, quemadmodum temporis partes ſine mora ſuccedent, ſimiliter & partes quādo. qñ quippe præteritum & futurum ad preſens copulatiue re
H ducuntur. Diſtat autem & tēpus ab eo quod quando: quoniam ſecundum tempus aliqd eſt menſurabile: vt motus annuus quis, & motus multus dicitur, eò ꝙ multo tempore permanet. At vero ſm quando nihil menſuratur, ſed aliqñ dicitur eſſe, & ſecundum idem tēporale, & variabile pronuntiatur. Ineſt autem quando nō ſuſcipere magis & minus. non.n. dies vel diurnus magis & minus die vel diurno dicitur, nec
I vnumquodq; diurnius alio: ſic & de alijs. quare omni quando ineſt non dici ſecundum magis & minus. Amplius quando nihil eſt contrarium. etenim quādo ex præſenti eſt vnum & idē quando de futuro & præterito. impoſſibile eſt autem duas de eodem prędicari indiuiduo cōtrarietates. Amplius autē contraria nunquam in eodem erūt inſimul: qñ autem, quod ſecundum præteritum & futurum, inſimul erit in eodem. idē nam K
que quod eſt fuiſſe verum eſt eſſe, & permanſurum. contrariorum vero ratio eſt, nunquā in eodem ſimul conſiſtere, neq; de indiuiduo eodem dici, & in eodem tempore. Quare contrarietas in eo, quod qñ eſt, non enutiabitur. Eſt autem qñ in omni eo, quod incipit eſſe. vt corpus quidem vniuerſum aliqñ eſt & in tēpore: ſuſcipit enim temporum alterationes. alteratur enim corpus in æſtu, vere, hyeme, et autumno. Similiter autē & ani K
malia acutius quædam in hyeme, quædam in æſtate, quædā in vere ſpeculantur ſecundū inſtrumenti complexionem. Ani
ma.n. coniuncti corpori imitatur complexiōes ipſius, vt qui aridę vel gelidæ compaginationis, dementiores ſeipſis in autūno fiunt ſæpe: quibus vero ſanguis principatur, in vere. Similiter autem et in alijs ſecundum ſimilitudinē complexionis animalium et tēporum. Erit igitur in tempore, quicquid temporis M
ſuſcipiēs variationes alteratur ſecundum tempus. Huiuſmodi vero ſunt quæ dicta ſunt. de paucis autem, aut de nullis alijs conuenientius erit proferre.

Vide Ariſt. de Phyſiognomias Anſto.

De Vbi. *Cap.* 5.

VBi vero eſt circūſcriptio corporis, à circūſcriptione loci prouenies. Locus autem in eo, quod capit, eſt, & circunſcribit. Eſt ergo in loco, quicquid à loco circūſcribitur

&

Cumq; transmutatē & transponitur ordo nominis subiecti, aut præ L dicati, aut verbi copulantis in enunciationibus de tertio adiacente, aut nomē subiecti & p̄dicati, aut ipsum verbū in de secundo adiacēte: vt, vt præcedat id, qđ debet secundo loco locari: vel ponatur in vltimo loco id qđ debet poni in primo: & vt verbo dicā, q̄ permutetur eorū ordo, remaneat tn̄ in eis subiectū subiectum, & prædicatum prædicatū: tunc enunciatio remanebit eadem, in qua veritas seruabit si fuerit vera, vel falsitas si falsa. vt gr̄a exempli, si dicatur, est hō iustus, est iustus homo. hæc. n. enūciatio est ea- M dem in se. similiter si dicat, Socrates stat, & stat Socrates. Nā si enūciationes, q̄ non differūt nisi fm̄ suas partes in p̄oedētia, & sequentia positione, nō essent vna & eadē enūciatio, tūc oporteret vt vna enunciatio haberet plusq̄ vnā negationē: cùm tn̄ sit iam probatū, q̄ vna affirmatio nō habet nisi vnicā negationē. nā, si cùm dr̄, est homo iustus, & est iustus homo, non esset vnica enunciatio, sed duę diuersorū significatorum: & negatio huius, s. est homo iustus,

Inqt Mātinus interpres. Credo q̄ hoc dixerit Aristot. quia in lingua Arabica, & Hebraica I nō reperit verbū est: & tm̄ valet dicere nō hō, & nō est hō.

A iuſtus, eſſet non eſt homo iuſtus: & negatio huius, eſt iuſt⁹ homo, eſſet non eſt iuſtus homo: & ſit quoque manifeſtū, ꝙ dicere non eſt homo iuſtus, eſt negatiua huius, ſ eſt hō iuſtus: tunc ſequeretur, ꝙ eſt homo iuſtus, haberet duas negatiuas: vna erit, non eſt homo iuſtus: altera vero non eſt iuſtus homo: quæ eſt negatio enunciationis. quam diximus eſſ diuerſam ſignificato ab illa, quæ dicit, eſt homo iuſt⁹, quæ eſt illa, eſt iuſtus homo. Perſpicuum itaq; eſt, ꝙ, cùm permutatur ordo nominū & verbi tū, quæ ſunt partes enũciationis in ipſa oratione, ab vſu illi⁹
B linguæ, in qua fit, hoc eſt ab ordine elegantiori, remaneat tñ prædicatū prædicatum, & ſubm ſubm, tunc remanebit illa enunciatio eadem.

LEVI ANNOTATIONES.

De Enunciationibus infinitis.

DEinde d. Quoniam aũt enunciationum aliquæ ſunt de ſecundo adiacente, &c. Inquit Leui. Sctre debes ꝙ ptes orationis enunciatiuæ ſunt nomen & verbum, aut nomen & quicquid habet vim verbi: videlicet, nomẽ cum noſſe, &
C cum verbo ſubſtantiuo eſt, copulante. quo quidem verbo oratio eſt oratio: quia ſignificat relationem prædicati ad ſubiectū. ꝙ qui dem eſt in oratione affirmatiua, vt cum affirmatur prædicatum ineſſe ſubiecto, vt cũ dicitur, homo eſt iuſtus: vel in negatiua, vt in qua negatur eſſe prædicati de ſubiecto', cum dſ, homo non eſt iuſt⁹. Et hinc probari poteſt, ꝙ nota negationis eſt prior nota eſſentiali, & præcedit eam. quoniam quem admodum in illa verificatione, quæ ſit de vna quiditate, quærimus vtrum ſit vel non ſit: ita uoq; euenit in verificatione, quæ ex duabus ſit quiditatibus: videlicet vtrũ vnũ inſit alteri, vel non inſit. & ideo negatio vuque præponitur notæ eſſentiali, i deſt huic verbo ſubſtantiuo eſt. hoc autem adhuc declarabitur ex dictis⁹ poſt hoc. Dico autem ꝙ in lingua noſtra nunq̃ poteſt prædicarum eſſe verbum infiniti. nam dſ eſt apud nos dicere Socrates non ambulabit, ac ſi dicere tur Socrates non erit ambulans.

D. d. Enunciationes autem de tertio adiecto, quarum ſubiectum eſt nomen finitū, prædicatum vero eſt vel nomen finitū vel infinitum, &c. Inquit Leui. Poſſũ declarare quo pacto oppoſitæ orationis ſimpler, vultnome declarare id, quod ex ea conſequitur. nam id quod ex oratione compoſita ſequitur, in libro Priorũ tractabit, & inibi quo que tractabit de eius oppoſitis. In lib. enim Prædicamentorum iam tractauit de his ꝙ ſequuntur dictionem: nẽpe ꝙ, de quo prædicatur ſpẽs. predicatur & prædicard ſpẽi, hoc eſt genus. nam ipſum quoq; notificat quan doq; eius quidditatem. ſiſt etiã tractauit ibidem de his, quæ opponuntur dictioni, vt de clarauimus. Dicit ergo ꝙ, ſi ſubiectum earũ fuerit vnum ſemper in his enunciationib⁹, ſed prædicatum quandoq; finitum, qñque infinitum, & ponũtur enunciationes eo ordine quo narrauit, tunc ita ſe conſequẽtur inter ſe infinitæ, & ſimplices, ſicut cõſequũtur priuatiuæ, & ſimplices inter ſe. Et intelligo per enunciationes priuatiuas, illas ſ quibus nomen prædicati ſignificat vel priuatio nem iam definitam in libro Prædicamentorum, vt cum dicimus, homo eſt ignorãs: vel quod vitioſius eſt duorum contrariorum, vt cum dicimus, homo eſt iniuſtus. & & ſi hoc ſit habitus quidam: quia natura tradidit hanc poſſibilitatem in ipſo recipiẽte illa duo contraria propter illud contrarium, quod eſt bonum, non propter illud quod eſt malum. & ideo oportet vt in deſſinitione harum virtutum, ac potentiarum reperiatur illud contrarium quod eſt bonum, non illud contrarium, quod eſt malum, vt Ariſtoteles dicit in libro Topicorum. vt exempli gratia, ars quidem medica non eſt ſcientia inducendi ſanitatem, ac ægritudinem. & qui eam definit ꝙ ſit ars, qua dirigamur ad inducendum morbum hominibus, non vere definit eam, neq; recte: quoniam Medicina intendit per ſe inducere ſanitatem. ita quoq; contingit in ea poẽtia, quam habet homo naturaliter, vt ſit iuſt⁹, vel in iuſtus: ſ ꝙ debet definiri per iuſtitiam ipſam: quia illius gratia fuit conceſſa huiuſmodi facultas, primo, & ꝙ ſit hominis ipſi. Habitus ergo obtinẽtius virtutis erit priuatio ipſi⁹ pfectionis, cuiꝰ gra tradita fuit hmõi vis. At nemo dicet, ꝙ ille qui obtinet contrarium

D Aſt interpres. Hoc hẽt veritatẽ, niſi nomen adiectiuũ, ſiue denotatiuũ hoſce verbũ: vt dſ apud Auer. vt ſi dicam ⁹So crates nõ videns.

E

F

G trariam bonum, priscum contrario malo: licet sit necessarium, vt proueniat contrario malo per præsentiam contrarij boni: qa huiusmodi habilitas & promptitudo non est in eo gratia illius contrarij mali. D.d. Si ex a minentur ergo hmõi enunciationes secundum hanc subiectionem, inuenies illas quæ sunt super costas eorum, in latitudines areolæ, &c. Sequetur q; si affirmatiua simplex fuerit vera, erit quoq; vera vniuersalis infinita, sed non econtra. In falsitate vero res contrario modo se habet, quia, si negatiua infinita est falsa, erit quoq; falsa affirmatiua simplex: vt post hoc declarabit. Sed in consecutione negatiuæ simplicis cum affirmatiua infinita, quo ad veritatem huius contrarij contingit. scilicet, quia si infinita est vera, simplex quoq; erit vera: & non ecõuerso. In falsitate vero reperitur res quoq; econtra: vide licet. q; si simplex fuerit falsa, erit quoq; infinita falsa: & non econtra. Manifestum autem est q; ita se habet infinita cum ipsa simplici, quo ad consecutionem in veritate vel falsitate, sicut se habet priuatiua cum simplici, quia infinita habet vim priuatiuæ. Infinita vero cum priuatiua conuertuntur in consecutione, siue in vero, siue in falso. hoc est, q; si hæc est vera, homo est non iustus, erit quoque vera hæc, homo est iniustus: & econtra, si est vera hæc, homo est iniustus, erit vera hæc, homo est non iustus. eodemq; modo si vna harum fuerit falsa, altera erit falsa. Illæ autem quæ super lineam obliquam sunt locatæ, sunt contrariæ ratione materiæ. hoc est, quia earum prædicata sunt cõtraria: nõ q; sint illa contraria, quæ prædicta sunt i ipsis oppositis: quia illa contraria habent notam quãtitatiuam vniuersalem. & inuenies ea in ipsis indefinitis in materia possibili esse simul vera: vt cum dicimus, homo est iustus, homo est non iustus, similiterque in subcontrarijs. K L

Enunciationum indefinitarum dispositio.

	Affirmatiua simplex,	Negatiua simplex,
A.	Homo est iustus.	Homo non est iustus. B.
	Negatiua infinita,	Affirmatiua infinita,
C.	Homo non est non iustus.	Homo est non iustus. D.
I	Negatiua priuatoria,	Affirmatiua priuatoria,
E.	Homo non est iustus.	Homo est iniustus. F. M

H

Sed in contrarijs inuenies quidem ea ambo falsa in hac materia, scilicet possibili, cum fuerint ambæ enunciationes vniuersales, quæ sunt hæ, omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus. & in contradictorijs si vniuersales collocentur altera sub altera ex vna parte, & particulares ex alia parte, vt ipse supponet post hoc, tunc inuenies eas quæ sunt locatæ per lineam obliquam, esse contradictorias, & diuidere verã a falso. hoc est, q; si non seruetur hæc conditio in earum locatione, tunc erunt illæ, quæ sunt in lineis obliqua vel contrariæ, vel sub contrariæ. Et ideo dicit in illo vniuersali ordine, q; ambæ enunciationes, quæ sunt locatæ altera sub altera in illo situ prædicto, debeant esse conformes in quantitate, & differentes qualitate. & inuenies quo ad veritatem sequi semper negatiuam ab affirmatiua: quo ad falsitatem vero affirmatiua sequitur ex negatiua. Sed si permutetur iste ordo, videlicet in cõtradictorijs: nam i alijs est impossibile, tunc inuenies q;, si ponatur affirmatiua simplex vniuersalis, & sub ipsa locetur particularis negatiua infinita, & ponantur per latitudinem illæ, quæ sunt illis contradictoriæ, inuenietur illas, quæ sunt per obliquum: esse contrarias, quia sunt vniuersales: videlicet super lineam obliquam A D, iuxta situm huius figuræ.

Enun-

A

Enunciationum vniuersalium ac particularium diffinitio.

D

A. Affirmatiua simp. vniuersalis,
Omnis homo est iustus.

Negatiua simp. particularis, B.
Aliquis homo non est iustus.

C. Negatiua infinita particularis.
Aliquis homo non est nõ iust⁹.

Affirmatiua infi. vniuersalis, D.
Omnis homo est non iustus.

Et innenies negadum sequi ex affirmatiua quo ad veritatem econtra vero in falsitate. quemadmodum cum fuerint conformes in quantitate. nam, si hæc est vera, omis homo est iustus, necessario erit quoq; vera hæc, aliquis homo non est nõ iustus: sed nõ conuertitur hoc, similiter quoq; si est verũ B dicere, omnis homo est non iustus, necessario etiam erit vera hæc, aliquis homo non est iustus: & non conuerteretur hoc. sed in falsitate res contrario modo se habebit. At si ponamus affirmatiuam simplicem particularem, & sub ipsa locemus vniuersalem negatiuam infinitam, & per latitudinem ponamus illas, quæ sunt illis contradictoriæ, tunc inueniemus illas, quæ per obliquum sunt locatæ, esse subcontrarias: quia sunt particulares, (quæ sunt per lineã obliquã, q̃ E est A D, iuxta positionem huius figuræ.

A. Affirmatiua simp. particu.
Aliquis homo est iustus

Negatiua simp. vniuersalis, B.
Nullus homo est iustus.

C. Negatiua infinita vniuersalis,
Nullus homo est non iustus.

Affirmati. infinita particu. D.
Aliquis homo est non iustus.

Neq; inueniem⁹ alteram sequi ex altera illarum enunciationum, quæ in latitudine tabellæ locatæ sunt, tam in veritate q̃ in falsitate: hoc est, q̃ si hæc, aliquis homo est iustus fuerit vera, nõ propterea est necessarid, C q̃ hæc quoq; sit vera, nullus homo est non iustus: quia possunt esse aliqui homines iusti, & aliqui iniusti: & tunc illa erit falsa. ita quoq; si fuerit vera hæc, nullus homo est non iustus, non oportet vt sit vera etiã hæc, aliquis homo est iustus, quia potest homo priuari iustitia, & iniustitia. & hoc maxime in eo subiecto, quod non est aptum denominari per vnum horum. Pari ratione quoque probat, q̃ si est vera hæc, aliquis homo est non iustus, non oportet propterea, vt sit vera hæc, nullus homo est iustus: quia põt esse aliquis homo iust⁹. & si est vera hæc, nullus homo est iustus, non propterea est necessarium vt sit vera hęc, aliquis homo est non iustus: quia iam possunt priuari oês à iustitia & iniustitia, vt paulo ante dictũ fuit. Ita quoq; dico q̃ non consequuntur se se in uicem in falsitate. qđ, si hæc fuerit falsa, aliquis homo est iustus, non est necessarium, q̃ hæc quoq; sit falsa, nullus homo est non iustus: quia potest totum subiectum priuari iustitia & iniustitia, vt in his, quę nõ sunt apta denominari aliquo contrariorum. & F si hæc fuerit falsa, nullus homo est non iustus, non est necesse vt sit falsa hæc, aliquis homo est iustus, quia possunt esse aliqui homines iusti, & aliqui iniusti. Et si fuerit falsa hæc, aliquis homo est non iustus, non est necessarium vt sit falsa hæc, aliquis homo est iustus. Sed cum pene tantur ordo videlicet, cum non conueniunt in quantitate, in longitudine areolæ, tunc corrumpitur huiusmodi consecutio in aliquibus positionibus, ut diximus. Ideo posuit Arist. huiusmodi conditionem, nępe vt conueniant in quantitate: hoc in quibuscũq; positionibus seruetur huiusmodi consecu-

G tio: quamuis non conueniat in quantitate, vt sunt declaratum. Aliꝰ vero diffinit expositionem huius negocij: videlicet quo pacto res se habeat in his, quæ in linea obliqua locata sunt, ad librum Priorum. ibi enim exacte declarat hoc. At de oppositione enunciationum, quarū prædicata sunt cōtraria, tractabit in fine huius libri.

Deinde dicit. Enunciationes autē de tertio adiacente, si earum subiectum sit nomen infinitum & prædicatum quandoque finitum, quandoque infinitum. Inquit Leui. Sensus est, ꝙ non nominatur enunciatio infinita, propterea quia subiectum sit nomen infinitum. & ideo enunciatio erit simpler, cum fuerit prædicatum finitum, licet subiectum sit nomen infinitum. Et huius H rei causa est, quoniam cum enunciatio sit enunciatio ratione habitudinis, quam habet prædicatum ad ipsum subiectum: cum que ergo prædicatum fuerit infinitum (id est ablatum in lingua Hebraica) auferetur illa ratio, atque habitudo, quæ est inter prædicatum & subiectum: ideo illa enunciatio debet esse infinita, i. ablata seu abnegata, vt in lingua Hebraica respondet. Nam, cum dicimus Socrates est non iustus, auferetur à Socrate iustitia: quia impossibile est vt sit timul iustus, & non iustus. Id enim, quod facit ipsam propositionem esse propositionē, est illa ratio, & habitudo, quæ est inter prædicatum & subiectum. si enim dicamus, nō homo est iustus, non auferetur propter hoc ipsa iustitia ab homine. sed est adhuc possibile secundum hanc enunciationem, vt homo sit iustus. nihil enim prohibet, quin se- I quatur vnum prædicatum ad vnam subiectā. & ideo ipsa dicta subiecti est infinita, sed non enūciatio. genera vero priuationis, quæ significantur per nomen infinitum, iā in præcedentibus fuerunt explicata, videlicet priuationis definitæ in libro Prædicamentorum: vel si fuerit illud vitiosius duorum contrariorum. & ideo dicere non iniustus, vel non ægrotus, & his similia non debent poni inter nomina infinita. quoniam nos dicimus quando aliquis est priuatus iustitia, ꝙ est non iustus, & qui est priuatus sanitate, vocatur non sanus. quia priuati sunt ea re, ob quam habebant illam aptitudinem ad recipienda huiusmodi contraria, & obtinebant habitum illum contrarium vitio sum. neque dicemus eum, qui adeptus est habitum bonum priuatum habitu malo. Verumtamen videtur, ꝙ nomen infinitum sit in usu in aliqua lingua, præter hoc, quod K significet priuationem illam, quæ definita fuit in libro Prædicamentorum, vel significet illud vitiosius extremum duorum contrariorum. nam quandoque ponitur etiam pro priuatione subsistente: vt ipsemet dedit exemplum, cum dicit, non homo. priuatio uero subsistantiæ non est priuatio eius rei, ꝙ est apta reperiri in ipsa re, eo tempore quo est apta reperiri in ea, præter hoc ꝙ potest reperiri in ea in futurū. sed est priuatio rei quæ est apta reperiri in aliquo genere ipsi⁹. & ideo nomen infinitum ponitur ꝙ aliqua alia re, quæ in plus se habet q̄ priuatio, quæ definita est in libro Prædicamentorū. At scire debes etiam ꝙ non auferetur ipsum ei ignobilius ab esse nobiliori. nam non dicitur, ꝙ animal sit non inanimatum, sed auferetur esse nobile ab esse ignobili: quia precedit processus perfectionis. i. ad perfectionē L suam: & illius gratia reperitur huiusmodi facultas in his entibus & ideo animal dicit irrationale, & planta dicitur non sentiua, quia planta habet esse gratia animalis, & asal hominis gratia, ut in Philosophia Naturali probatum est. & ideo de equo, exempli gratia, dicitur quod est non homo: & nō dicitur ꝙ homo est non equus. Deinde d. In hoc autem genere enunciationum, quādo fiunt negatiuæ. Inquit Leui. Scire debes, ꝙ subiectum & prædicatum ipsius enunciationis sunt materia eius: relatio uero, q̄ est inter prædicatum & subiectum, est eius forma: i. ꝙ per huiusmodi habitudinem & rationem, quam habet prædicatum ad subiectum, ipsa enunciatio est enunciatio. & iā probatum fuit superius, ꝙ enunciatio infinita non est enunciatio negatiua: quia infi- M nita enunciatio potest esse affirmatiua, & negatiua. neq; est etiam idem significatū. nam non idem significat dicere, homo est non iustus, & dicere. homo non est iustus, vt iam probatum fuit. & ideo oportet declarare in quo loco enunciatio nis debeat locari nota infinitatis, & in quo loco negatiouis ut non capiatur infinitas pro negatione: uel e contra, negatio pro infinitate. Dicimus ergo, ꝙ infinitatio subiecti, ut ita loquar, seu ablatio i lingua nostra, ponitur cum ipso subiecto, & infinitatio prædicati cum prædicato. & hoc perspicuum est. Nota uero negationis debet poni ante uerbū est, quod copulat. nam enunciatio est enūciatio per illud uerbum, & hoc patet in ipsis singulatibus, & indefinitis. in habenab⁹

vero

A vero notam quandaris, & in enunciationi
bus vniuerſalibus, poniur cum nota quan
titatis, quia ibi exiſtit verbum eſt: vt cum di
citur nullus homo eſt iuſtꝰ. nam ſenſus eſt:
non eſt aliquis homo iuſtus. ſed ſi ponatur
negatio inter ſubiectum & predicatum, tale
enunciatio non erit vniuerſalis, ſed particu
laris: videlicet aliquis homo non eſt iuſtus,
quia habet vitia, ac ſi diceres, non omnis ho
mo eſt iuſtus. & ideo poteſt poni negatio in
enunciatione particulari, tum inter predi
catum & ſubiectum: tum etiam cum ipſa
nota quantitatis. nam poſſumus dicere ali
quis homo non eſt iuſtus: vel non omnis
homo eſt iuſtus. Ariſtoteles tamen permiſſime
concedit, vt ſemper ponatur nota negatio
nis in enunciationibus quandocunis cum
nota quantitatis. quia non poteſt poni ſem
per inter ſubiectum & predicatum, vt pau
B ſe cimus. Ergo in lingua noſtra, & aliis ſimi
libus, non poteſt fieri in enũciationibus de
ſecundo ad tertio, enunciatio infinita, vt de
claratum eſt. nam infinitatio predicati, ſeu
ablatio ponitur quidem poſt verbum eſt,
non ante, quia tunc eſſet negatio. Ariſt. au
tem declarat, in quo differat infinitatio pre
dicati & ſubiecti ab ipſa negatione. & dicit,
q, non ſunt idem infinitatio & negatio ſed
id quod aufert vna earum ab ipſa enuncia
tione eſt aliud, q, id quod tollit altera eard.
nam nota negationis in propoſitionibus
quantitatis tollit vniuerſalitatem enun
ciationis, vel eius particularitatem: hoc eſt,
q, tollit vniuerſalitatem habitudinis predi
cati ad ſubiectum, qua ipſa enunciatio eſt
enũciatio, vt paulo ante fuit dictum. nam,
C cum dicimus, nullum A eſt B, tollitur ab
hac enunciatione quicquid continet nota
particularis de coniunctione predicati ad
partem predicati. ſimiliter etiam cum
dicimus, aliquod A non eſt B, tollitur ab ip
ſa enunciatione, quicquid amplectitur no
ta vniuerſalis de coniunctione predicati ad
totum ſubiectum. & hoc conſequitur per
ſe ex his enunciationibus negatiuis, quę ſol
lunt ab enunciatione illam habitudinem,
quæ ſe habet veluti forma enunciationis, vt
paulo ante fuit dictum. & ideo non reperi
tur negatio niſi in enunciatione. At infinita
tio predicati vel ſubiecti tollit ab ipſa enũ
ciatione ſubiectum vel predicatum, quæ ſo
habent veluti materia enunciationis. &
hoc, quo ad predicatum ſatis conſtat: ſed
quo ad ſubiectum etiam ſic probatur. quo
niam totum predicatum eſt ipſum nomen
infinitum. & ideo tollitur eo nomine no- D
men finitum: ſed non tollitur ab enuncia
tione habitudo predicati ad ſubiectum:
quia predicatum in hac enunciatione non
eſt nomen infinitum, ita vt dicamus quòd
infinitatio illa, ſeu ablatio tollat ipſum ab
enunciatione per ſe: ſed predicatum in illa
enunciatione eſt ipſum nomen infinitum.
& ideo infinitatio reperitur ſine propoſitio
ne, videlicet in nomine ſimplici. ſed, ſi de na
tura infinitationis eſſet tollere id, quo enun
ciatio eſt enunciatio, tunc infinitatio non
reperiretur niſi in enunciatione: vt res ſe ha
bet de negatione & reddit rationem huius
rei, ſcilicet, quia nota quantitatis vnus ter
minus ſignificat habitudinem predicati ad ſub
iectum: non quòd efficiat ſubiectum vni
uerſale, ſed enunciationem efficit vniuer
ſalem, quia ſubiectum ipſum poteſt eſſe vni
uerſale de ſe abſque nota quantitatis: ut E
cum ſuerit ſpecies, vel genus, vel aliquod
aliud ſubiectum vniuerſale. Patet ergo q,
nota quantitatis non reddit vniuerſale ip
ſum ſubiectum, ſed habitudinem predi
cati ad ſubiectũ reddit vniuerſalem. Hinc
conſtare licet, q, negatio in propoſitionib⁹
habentibus notam quantitatis tollit vniuer
ſalitatem enunciationis, non ſubiectum vni
uerſale: vt poſſit credi, cum dicimus, non
omne. nam hoc dictum continet notam
quantitatis non vniuerſalem. ſi nota ergo
quantitatis redderet ſubiectum vniuerſa
le, tunc poſſet quis credere, q, cum tollitur
nota quãtitatis, tolleretur ſubiectum vni
uerſale: & ſic infinitatio & negatio in hoc
caſu eſſet idem. ſed palam eſt, q, nota quan F
titatis non efficit ſubiectum vniuerſale
vllo pacto. ſed enũciationem reddit vniuer
ſalem. & ideo aliud eſt tollere vniuerſalita
tem notæ quantitatis, & tollere vniuerſali
tatem ſubiecti. Præterea, ſi per huiuſmodi
negationem tolleret ſubiectum, tunc cum
dicitur non vnum, i. nullum (ſic enim He
braice dicitur nullum, ſ. non vnum) eſt enũ
ciatio ſine ſubiecto, quod eſt falſum: quia
quælibet enunciatio habet ſubiectum &
prædicatum, vt dictum fuit. In indefinitis ve
ro, ac ſingularibus res euidenter eſt. videli
cet, q, id, q, infinitatio tollit ab eis, eſt aliud
q, id, quod tollit ab eis negatio. nam infinitatio tollit ab eis ſubiectum vel predicatũ
ſed negatio tollit ab eis illam habitudinem
quam habet prædicatum ad ſubiectum.
In quantitatiuis autẽ poſſet quis aſſimila
re, q, in aliquib⁹ eard negatio tollat ſubiec

G Ideo declarauit hoc Arist. in ipsis quasi tantum. ideoque oportet ponere nouam negationis in loco suo debito, ita vt non ponamus infinitationem prædicati in loco negationis. & oportet ita fieri in enunciationibus necessarijs, & in impossibilibus. At in ipsa possibili enunciatione, quandoque datur aliqua loca, in quibus idem erit negatio & infinitatio prædicati ratione materiæ. hoc est, q si fuerit vera infinitatio, erit quoque vera negatio: & econtra, si fuerit vera negatio, erit quoque vera infinitatio. Et hoc contingit fieri, tum in enunciationibus singularibus cum illa condicione ab Arist. data: nempe, vt scilicet sit de natura illius subiecti vt possit denominari per ipsum priuatio nem. & per habitum illi oppositum. & hoc idem declarauit de indefinitis in hac materia, & de particularibus. At in enunciationibus vniuersalibus hoc non verificatur, vt ipsemet declarauit. nam, cum dicimus, omnis homo est non iustus, & aliquis homo non est iustus, harum vna est vniuersalis, & altera est particularis, & particularis potest esse vera, & vniuersalis falsa, in hac materia: immo non solum est possibile, sed necessarium. & in eo datur locus errandi in enunciatione vniuersali, si ponatur illa nota non, cum prædicato vice negationis, ex hac parte, s. ex parte particularitatis & vniuersalitatis: non q ipsa infinitatio & negatio non sint idem in hac materia: cum non variantur in nota quantitatis. Et dicunt expositores, q ex hoc acquirimus aliquam vtilitatem in arte Dialectica. & quando respondens proponit enunciationem negatiuam, nihil vtilitatis affert: & qui quidem conuertit ipsam in affirmatiuam infinitã, tunc affert aliquid vtilitatis. Et nos dicim⁹, q hæc vtilitas habetur etiam in enunciatione necessaria: quia terminus medius necesse est vt sit vnus in ambabus propositionibus, vt in libro Priorum probatur. & ideo, cum dicim⁹ nullum A est B: & omne B est C: & conuertimus minorem in infinitam, tunc nulla habetur ex hoc vtilitas: quia tũc habebimus, omne A est non B: & omne B est C. & sic terminus medius nõ erit idem: quia in minori est non B: in maiori vero B. & nomen finitum differt à nomine infinito. & ideo oportet, vt maior sit, omne non B est C. Dicamus quoque, q si maior esset, omne, id quod non est B est C: & habeam⁹ apud nos hanc, nullum A est B, prout sit enunciatio necessaria: q tunc inferret, ergo omne A est C quia conuertimus minorem in affirmatiuam, dicendo, omne A est non B: & haberemus apud nos hãc, quicquid est non B, est Caiusferus ergo, omne A est C, vt in libro Priorum declarabetur. & ideo melius erit dicere q Arist. non loquitur in hoc loco de hac re, propter huiusmodi vtilitatem sed vt notificaret illa loca, in quib⁹ nõ sequitur falsum, si ponatur negatiua pro infinita, vel infinita pro negatiua. Poterimus tamen adhuc dicere, q illa vtilitas acquiritur in hac materia tantum: quia in ipsa necessaria, de qua ficimus exemplum, declaratur conclusio, præter hoc, q minor efficitur affirmatiua. quoniam manifestum est, q, cum dicimus nullum A est B, q A ingreditur sub omni eo, quod non est B, præter hoc q conuertatur in affirmatiuam. sed in materia possibili non est manifestum q A ingrediatur sub omni eo quod non est B, nisi conuertatur in affirmatiuam: quia possibile est vt negetur ab ipso A id, quod est B, & id quod non est B. & hoc quod tractamus hic, magis animet ad librum Priorum: ibi itaque exacte tractabitur. Aristot. autem declarabit adhuc differentiam, quæ inter oppositionem affirmationis & negationis existit, & oppositionem ipsius infinitationis. & hoc in eadem re & dictione absque enunciatione. quia dictio infinita habet vim subiecti vel prædicati tantum: ut superius fuit dictum: sed dicto negatiua finita significat ablationem prædicati ab ipso subiecto: licet nõ declaretur subiectum, sed nomen infinitũ non indicat semp ablationem eius à subiecto, nisi declaretur subiectum. & ideo nomen infinitum non significat verum vel falsum: cum non significet habitudinem, quæ inter prædicatum & subiectum existit. At nomen infinitum significat verum vel falsum: propterea q significat habitudinem ipsius prædicati ad subiectum: licet non declaretur, vt paulo ante dixim⁹. Arist. autem dicit, q hæ enuntiationes, quarum subiectum est nomen infinitum, ita se consequuntur inuicem in vero vel falso, sicut s: consequuntur inuicem illæ priores enunciationes, quarum subiectũ est finitum in vero vel falso. & hoc satis constat ex ipsa expositione ibidem data. Inter hoc autem genus enunciationum, & illarũ præcedentium nulla fiet consecutio, cum hæc enunciatio extet sine illo subiecto, & nihil illius subiecti nobis significet omnino. nam, si non A esset B, tunc posset A esse B,

H

I

K

L

M

&

A & posset non esse. Eodemq; modo probabitur q; nulla existat oppositio inter has enunciationes & illas priores: quia iam fuit dictum, q; in omni oppositione requiritur q; subiectum sit vnum, & prædicatum vnum.

Deinde d. Cumq; transmutatur, & transponitur ordo nominis subiecti, aut prædicati, &c. Inquit Leni. Postq; declarauit ea, quæ mutatis significatum enunciationis, si ponantur extra locum suum debitum, nde vult declarare id, quo posset mutari ordo in ipsa enunciatione, &. si non mutetur eius significatum. & dicit, q; si ponatur verbum est, ante subiectum & prædicatum, vbi debet poni inter ipsa, vel ponatur prædicatum ante in ordine in ipsa propositione, ita tamen q; prædicatu enunciation is remaneat prædicatum, & subiectum subiectum: hoc
B est, ne prædicatum efficiatur subiectum, nec subiectum prædicatum, tunc ipsa propositio seruabit veritatem. quod sic probatur. quoniam, si dicere, est homo rationalis, & dicere, est rationalis homo nō essent vna & eadem propositio, sed plures & diuersæ in significato, & tunc esset negatio huiꝰ, est homo rationalis, hæc, non est rationalis homo nam satis constat ratione veri & falsi in his propositionibus, q; si fuerit falsa hæc, est homo rationalis, erit vera hæc, non est rationalis homo. &, quia semper hoc est verum in materia necessaria & impossibili, ergo, quando fuerit falsa vna ꝓpositio, manifestum est q; illa est eius negatio, quæ sublatis supra positis conditionibus, est vera.
C ob id hæc, non est homo rationalis, potest esse eius negatio, cum dicatur verum à falso in hocmet genere oppositionis. Sed, si dicere, non est homo rationalis, & non est rationalis homo, essent duæ enunciationes diuersæ, tunc vtri affirmationi darentur duæ negationes oppositæ, quod est impossibile: quia iam fuit declaratum, q; negans negat prædicatum a subiecto met ipso, quod affirmauit affirmās de ipso: & id quod ita se habet, est vtiq; vnum determinatū. & ideo necesse est, vt hæ duæ negationes sint enunciatio vna. & ideo erit vna negatio in significato: licet sit permutatus ordo dicendi in eis.

De Enūciationum multitudine, ac pluralitate. D

Et quo pacto veritas & falsitas in eis reperiatur, & prædicationibus earundem, atque diuisis. Cap. 2.

AT vero vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare, nisi fit vnum aliquid quod ex pluribus significatur, non est affirmatio neque negatio vna. Dico autem vnum, non si vnum nomen positum sit, non sit autem vnum aliquid ex illis. vt homo est fortasse & animal, & bipes, E & manſuetum, sed ex his vnum fit. ex albo autem, & homine, & ipso ambulare non est vnum. Quare nec si vnum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio vna: sed vox quidem vna, affirmationes vero multæ. nec si de vno ista: sed similter multæ.

Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio, vel propositionis, vel alterius partis cōtradictionis: propositio vero cōtradictionis est vnius pars: non erit vna responsio ad hæc. neq; F enim interrogatio vna, neque etiam si sit vera. dictum est autem de his in Topicis. Simul autem manifestum est, q; nec hoc ipsum quid est, dialectica interrogatio est. oportet enim datū esse ex interrogatione, eligere, vtram velit cōtradictionis partem enunciare: sed oportet interrogantem determinare, vtrum hoc sit homo, an non hoc. 8. Top.

Quoniam vero hæc quidem

G prędicantur compoſita, vt vnū omne prædicatum fiat, eorum quæ extra prædicantur: alia vero non: quæ eſt differentia. De homine enim verum eſt dicere, & extra animal, & extra bipes: & hæc vt vnum: & hominem, & album: & hæc vt vnum. ſed non ſi * coriarius eſt, & bonus: etiã coriarius bonus. * Si enim quoniam vtrunque verum, eſſe oportet & ſimul vtrunque, multa inconuenientia erunt.

*nonne
*a.l.quare nõ ſi alterũ verum.

H De homine enim & hominem verum eſt dicere & album: quare & omne rurſus ſi album ipſum, & omne. quare erit homo albus albus, & hoc in infinitum. & rurſus muſicus albus ambulans, & hæc eadem frequẽter implicita in infinitum. Amplius, ſi Socrates, Socrates eſt, & homo: & Socrates Socrates homo. & ſi homo & bipes, erit homo bipes. Quòd igitur, ſi quis ſimpliciter * dicat complexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia, manifeſtũ

* a.l.addit & vt cõdingie.

I eſt. Quemadmodum autem ponendum eſt, nunc dicimus. Eorum igitur, quæ prędicantur, et de quibus prædicari accidit, q̃cunq; ſm accidens dicũtur, vel de eodem, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum. vt homo albus eſt, et muſicus: ſed nõ eſt vnum album & muſicum. accidentia enim ſunt vtraque. Nec ſi album, muſicum verum eſt dicere, tamen non erit albũ muſicum vnum aliquid: ſm accidens enim album muſicum, K quare nõ erit album muſicum vnum aliquid. quocirca nec coriarius bonus ſimpliciter: ſed animal bipes. non enim ſecundum accidens. Amplius, nec quęcunq; inſunt in altero. quare neq; album frequenter: neq; homo, homo animal eſt vel bipes. inſunt. n. in homine animal et bipes. Verum eſt autem dicere de aliquo et ſimpliciter: vt aliquem hominem hominem, aut aliquem album hominem, hominem album. non autem ſemper. Sed qñ in adiecto quidem aliquid oppoſitorum inſit, qđ conſequitur contradictio, non verum, ſed falſum eſt: vt hominem mortuum, hominem dicere. qñ autem non inſit, * Verũ. Aut, qñ inſit quidẽ, ſemper nõ verũ eſt: qñ vero non inſit, nõ ſemper verum eſt. vt Homerus eſt aliquid, vt poeta, vtrum igitur eſt ? an non. ſm accidens. n. prædicatur eſt, de Homero (q̃ .n. eſt poeta) ſed non ſm ſe prędicatur de Homero ipſum eſt. M Quare in quibuſcunq; prædicationibus neq; cõtrarietas inęſt, ſi definitiões pro nominibus dicantur, & ſm ſe prædicentur, et & non ſecundũ accidens, in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod autẽ non eſt, quoniam opinabile eſt, non eſt verum dicere eſſe aliquid. opinio enim. eius eſt, non quod eſt, ſed quod non eſt.

L

* a.l.addit ſemper.

De

A *De enunciationum vnitate, ac pluralitate veritateq; ac falsitate in predicationibus coniunctis atque diuisis.*

AVER.

CVmq; vnū nomē affirmet de pluribus noībus, vel affirmā tur multa noīa de vno noīe, aut negat vnū nomē de plurib⁹ nominibus, vel negant plura nomina de vno nomine, tūc nec illa affirmatio erit vna affirmatio, neq; negatio vna negatio. Eodē quoq; mō, qñ affirmat vnū nomē de vno nomine, vel negetur ab eo, non erit vna affirmatio neq; vna negatio, cū nō
B fuerit illa res, quam dictio illa significat, vna, vt iam superius dictum fuit: nisi illa nomina significet eādē rem, ſ. cū fuerint nomina ſynonyma, quę ſ. oīa idem significant: vel vt id, quod significatur per plura nomina, ſint partes definitiōis, vel deſcriptionis vnius rei: vt cùm dī homo eſt animal, & hō eſt ratio nalis. nam qđ ex his duobus prędicatis cōſtat, eſt definitio hoīs: qm̄ homo eſt animal rationale. ſimiliter ſi fuerit eius deſcriptio, vt cùm dicitur homo eſt animal, hō eſt bipes. nam totū compoſitum eſt de-
C ſcriptio hominis: videlicet animal bipes, & hæc dictio homo significat vniuerſali ratione id, quod ſignificat quodlibet illorū duorū dictorū ſeorſum. Sed ſi id, quod ex pluribus ꝑdicatis conſtat, non fit vnum, neque ipſa quoq; eorū affirmatio erit vna: itidem neq; negatio erit vna. pari nōne ſi de vno ſubiecto plurima prędicent prędicata, non habebunt vnā affirmationē, neq; vnam negationē: vt exempli cā, ſi de homine ꝑdicet q̄ eſt albus, & q̄ ambulat. hęc. n. duo ſi prædicentur ſimul de homine & dicatur homo eſt al- D
bus et ambulat, nō ſignificabit vnā rem, niſi per accidens. & ita ſe habet res in hoc, ſicut in prædicato, quod eſt dictio æquiuoca, plura ſignificans, cùm de vno prædicatur ſubiecto. ſubiectum quoque quod eſt nomen æquiuocum, ſi de eo ꝑdicetur prædicatum vnum, non ſignificabit vnicam rem: hoc eſt, q̄ quemadmodum enunciatio, cuius prædicatum eſt nomen æquiuocū, non eſt vna enunciatio: ita neq; illa enunciatio, cuius ſubiectum eſt nomen æquiuocum, eſt vna enunciatio. Res etiam ſe habet eodem mo- E
do in enunciatiōe, in qua plura affirmantur per diuerſa nomina de vno ſubiecto: vel in qua affirmatur vnum prædicatum de pluribus ſubiectis, quæ per varia nomina ſignificantur: cum compoſitum ex illis prędicatis vel ſubiectis pluribus non fuerit vna res. Enunciationes vero, quarum prædicatum vel ſubiectum fuerit nomen æquiuocum, cùm ſint enunciatiōes plures, ideo interrogatio dialectica de eis non debet eſſe interrogatio vna, neque
F reſponſio, reſponſio vna &, ſi fuerint omnia illa, quæ ſignificantur per nomen equiuocum ſubiectum, & verificetur de eis vnum prædicatum: vel fuerint omnia illa, quę ſignificantur per nomē æquiuocum prædicatum, & verificentur de vno ſubiecto: vel prædicati & ſubiecti nomē plura ſignificabit, ita vt qđlibet eorū ſignificet plura: ſed omnia quę per nomen prædicati ſignificantur, verificentur de omnibus his, quæ per nomen ſubiecti ſignificantur, vt in Libro Topicorum Prio Top.
probatum fuit. Ille. n. qui per viam

15

G dialectică respondet, non debet declarare ipsi interrogationem suam, ita vt notificet ei illă, quæ illud nomen æquiuocum significat: quoniam tunc tam respondens q̃ interrogans scirent æqualiter eam rem, in qua disceptantur. propositũ autem ipsius interrogantis per viam dialecticam est, vt respondens accepet ab ipso alteram partem contradictorij, quam vult ponere pro ꝓpositione, qua destruat positionem respondentis. Si igitur interroget interrogans ab ipso respondente in Dialectica per propositionem equi H uocam, & acceptauerit ab ipso respondente vnam partem contradictiõis, & interrogans fecerit ex vna illarum rerum propositionem, ex qua putat concludere id, quod decreuit destruere contra respondentem, ex conclusis ab ipso respondente, tunc debet respondens dicere, nõ accepto hoc: sed id quod acceptaui est hoc, vel hoc. & tunc ipsi interroganti nihil conducet, ꝙ respondens acceptauerit ab eo vnam partẽ contradictionis. At interrogatio doctrinalis potest fieri nomine æquiuoco: quia ad doctorem attinet corI rigere interrogationem, distinguẽdo id, quod per illud nomen ęquiuocum significatur. & ideo hęc nõ erit interrogatio dialectica: quoniam hoc genus interrogatiõis determinat eam partem, quam significat illud nomen æquiuocum. vt si interroget aliquis quid sit oculus, ℓ in lingua Arabica & Hebraica, cui respondebit respondens, illud nomen significare multa · nam significat oculum animalium, & fontẽ aquarum, & oculum Solis, & alia. sed in interrogatione dialectica, cũ interrogans quærat de partibus cõ- K tradictiõis, vt accepet abeo vna ipsarum: vt si quærat an hoc sit hoc, vel non sit hoc, ideo oportet vt interrogatio sit terminata, ad hoc, vt responsio conueniens ei sit terminata: & hoc fit nolẽ q dẽ vniuoco.

At cũm prædicata plura, quæ de vno prædicantur subiecto, videtur sequi res quæ existunt, vel sunt prædicata, q̃ seorsum sumpta verum dicunt, coniunctim quoq; sint vera, & aggregatũ ex eis fueris prędicatũ vnũ, & est id, qđ diximus, qđ aggregatum ex ipsis facit enũciationem vnã: vel sunt ꝑdicata, quę seorsum L sumpta vera sunt, & cũ coniungũtur sunt quoq; vera, sed aggregatũ ex eis non est prędicatũ vnum, nisi ꝑ accidẽs: vel sunt ꝑdicata, quę quidẽ separata sunt vera, at cũ congregantur constituunt absurdũ, & superfluum prędicatũ: vel prædicata, q̃ si seorsum capiant vera sunt, sed adiuncta sunt falsa: idcirco cõsentaneũ est, vt tradamus regulã, qua hæc prædicata manifeste distinguãtur a se inuicẽ, postq̃ ostẽderimus non esse necessarium, vt quicquid est verum separatum, sit verũ coniunctum, quin sequatur ex hoc ser- M mone falsum, vel superfluum. Dicimus quoq;, ꝙ nõ est necessariũ, vt oña prædicata quæ sunt vera diuisim, sint vera cõiuncta, quin sequatur ex hoc sermone absurdũ & superfluum. & hoc ostenditur ꝑ ipsas materias, & propter illa incõuenientia quæ sequuntur ex hac positione, si concesserimus eã. Propter materias aũt, quia verum erit dicere, Socratẽ esse medicũ, & esse prudentem: cùm tñ nõ sit necessariũ, vt hęc duo vere dicantur de ipso simul:

A mul: ita vt dicamus, ipſum eſſe me dicum prudentē. Incommodorum vero, ſequuntur dicentē, ꝙ quicquid eſt verum diuiſim, fit verum coniunctim, præter hoc, ꝙ ſequatur ex hoc inconueniens, hoc vnū eſt: videlicet, ꝙ ſi eſſet verū dicere ꝙ Socrates eſt hō, & ꝙ eſt albus ſit quoque verū: & erit quoq; neceſſariū, vt id, quod eſt aggregatū ex his ſit verū: vcȝ, vt Socrates ſit homo albus. & ſi ꝑdicetur de eo ēt, ꝙ eſt hō albus, & ꝙ eſt albus, ita vt ſint duo prædicata ſeorſum ſumpta, tunc neceſſario vere dicēt de ipſo, ꝙ eſt hō B albus albus. ſiſt ſi capiatur hmōi ſermo, veluti vnū ꝑdicatum ſeorſum, & capiatur primus ſermo, ac ſi eſſet prędicatū ſeorſum, tunc vere dicēt de eo ꝙ ē homo albus, hō albus albus: præter hoc ꝙ ſequat ex hoc ſermone abſurdū vel ſuperfluum. & ſic procedet res in infinitum: quod eſt impoſſibile. Præterea ſi prędicētur de eo multa diuiſim, oportebit vt oēs cōpoſitiones, quę contingere ꝑnt ex illis diuiſis, verificent de eo: vcȝ, ſi inter ſe componantur, & fuerint infinita, tūc de vno ſubiecto in finita ꝑdicabunt. quēadmodū ſi vere dicat de eo ꝙ eſt homo, & ꝙ eſt C albus, & ꝙ ambulat, tūc neceſſario vere dicetur de eo hō albus ambulat: & ꝙ eſt homo homo albus ambulat: & ꝙ eſt homo homo homo albus ambulat: ſimiliterq; ꝙ eſt albus albus, ambulatq; ambulat. & ſic erunt ꝑdicata, quæ de eo vere prædicabunt infinita. Conſtat ergo ꝙ nō oē id, qđ verificat diuiſim, oporteat ipſum verificari coniunctim: vt putarunt multi Antiquorum.

His itaq; ſic declaratis, conſyderandum nunc eſt, qñ ex multis, quę de vno prædicantur, & ex vno, qđ D de multis prædicatur, fiet vna enūciatio: videlicet, cum coniunctum ex his multis fuerit res vna, & vera & qñ id non fuerit. Dicamus itaq;, ꝙ cū prędicatio horum multorum de ſubiecto non fuerit prędicatio p accidens, neque vnum ſubſequatur aliud, atq; cōtineatur in eo, hoc eſt, vt cōditio, ſeu hypotheſis contineatur in habente illā hypotheſim: & lōge minus ſi illamet hypotheſis & cōditio ſit illud quod habet ipſam conditionē: vt ſi dicatur, Socrates albus eſt albus: cum hoc ſ. non dicatur ad maiorē expreſſionē: tunc. E n. coniunctum ex his erit vna res. Sed, cum eorū prædicatio fuerit ſm accidens, & dicamus Socratē eſſe album, & ꝙ ambulat, tunc cōiunctū ex his non erit vna res. Eodē quoquemodo, ſi ſēm contineat in primo, tūc n. erit ſermo ſuperfluus: vt ſi dicatur, ꝙ Socrates eſt homo animal: ita vt per animal exponatur, & exprimatur hō. nam in dictione hō, continetur animal: & iō illa expreſſio, & expoſitio per ipſum animal eſt ſuperflua: contra id quod fit, cùm per differentiam exprimitur genus. Cùm igitur ipſa prędicata ſeparata ſeorſumq; ſumpta vacēt his duobus: nempe & à prædicatione ſm accidens, & ne vnum eorum cōtineatur in alio, tunc enunciatio erit vna: vt cū dicitur ꝙ homo eſt animal, & ꝙ eſt bipes. Ea vero, quę ſunt ſimul vera in prædicatione de aliqua re, cum altera per alterā exprimitur, quædam ſunt vera ſeorſum, & quædam non. Illa autem, q ſunt vera, ſunt illa, quæ habent in ſe duas conditiones. Vna eſt, vt non contineatur in ipſo conditionato

ſermone

G sermone aliquid, quod sit oppositum illius rei conditionetæ, atque expressæ in quouis modorum oppositionũ quatuor: siue fuerit manifesta talis oppositio, ratione significationis nominis: vt cùm dicitur animal mortuum. nam mortuum contrariatur animali Ilingua Arabica, & Hebraica, vbi idem significat animal, quod viuens ratione significationis nominis eius, scilicet animalis siue id sit manifestum, nõ ratione significati ipsius nominis, sed ratione significationis ipsius definitionis, vel descriptionis: vt cùm
H dicitur, homo mortuus. nã hoc manifestum quidem est, ꝙ homo contrariatur mortuo ratione definitionis eius, quo est animal rationale. cumq; continetur ergo oppositio in huiusmodi expressis adiunctis, tunc sunt falsa seorsum sumpta. qm̃ de mortuo vere dicitur ꝙ est homo mortuus: sed nõ vere dicitur de eo, ꝙ sit homo. Secunda conditio est, vt prædicatio ipsius expressi in adiecto de subiecto nõ sit secundum accidens, hoc est per aliud, sed per se, i. propter se ipsum. quoniam, si prædicaretur hoc modo per accidens, es-
I set falsum diuisim sumptũ: vt cùm dicitur, Homerus est poeta. nam, si seorsum dicatur Homerus est, erit falsum: quia nunc non est Homerus: priusquã enim est. Et huius rei causa, quia hæc dictio est, prædicat de Homero, ea ratione qua est poeta, & non primaria prædicatione, i. ꝓpter se ipsum, hoc est simpliciter. & cùm dicitur ꝙ est, quatenꝰ est poeta in opinione nostra, tunc est vere dictum & ideo in his, cùm sumitur hoc pacto dictio, est, potest esse id verum de re priuata etiam. quemadmodum hęc enunciatio, ſ nõ est, k cùm prędicatur de aliqua re, ꝓpter aliud, vere dicitur de re existente: & tamen non diceretur vere de ea re, si de ipsa prædicaretur secũdum se. vt si dicatur de Socrate indiuiduo nunc existente ꝙ non est paries. nã nõ erit verum dicere de ipso, ꝙ nõ est simpliciter: quemadmodum nõ est verũ dicere de aliqua re nõ existente, ꝙ est simpliciter. Cùm ergo non contineatur in ipso adiuncto expresso oppositũ illius rei expreſſæ, adiunctæue: cùm significauerit illam rem expressam adiunctamue sua definitione vel nomine, & nullũ L ibi prædicatum propter aliud: tunc necesse est vt huiusmodi prædicata separatim sumpta, sint vera, ita diuisa seorsum, quemadmodum sunt vera coniuncta.

De Enunciationum unitate, ac pluralitate: ueritateq; ac falsitate in prædicationibus cõiunctis atq; diuisis.

DEinde d. Cumq; vnum nomẽ affirmat LEVI. de pluribus nobus, vel affirmant multa nola de vno, &c. Inquit Leui. Cũ Arist. sup posuerit in ipsis oppositionibus, ꝙ affirmatio & negatio sit vna, hoc est, vt nõ affirmẽtur plures res de vna re, vel vna res de pluribus rebus, vult declarare hic, qñ illa enunciatio, cuius subiectum, vel prædicatum, vel verumq; fuerint plures res sit enũciatio vna, ita vt affirmatio sit vna, vel negatio vna: & quãdo non fuerit hoc. Et dicit ꝙ si hæ res plures fuerint nola synonyma, tunc enũciatio est vna: quia propositum olum ipsorum est vnum. & hoc est de se nomen. ita quoq; si hæ plures res essent declaratio nominis, videlicet, si fuerit definitio vel descripcio, tunc enim significant simul nomen simplex: & ideo enunciatio erit vna: vt cùm dicitur, Socrates est animal rationale, vel animal bipes. nam idem significant, quod dicere Socrates est homo. sed si illud compositum ex pluribus rebus illis nõ esset vnum, nisi per accidens, tunc enunciatio non esset vna: vt cum dicitur Socrates est albus, ambulans

A bulans.quia hęc prædicata nõ sunt vna res, sili et ratione,qua accidit album esse ambulantem. Illæ verò propositiones,quarum prædicatum, vel subiectum est nomen equi uocum,non potest esse interrogatio dialectica earum vna interrogatio. sed & ipsa re sponsio etiam: licet enunciatio sit vera in omnibus suis propositis. quoniam,qui interrogat dialectice,vult q; respondens concedat ei aliquas propositiones,ex quibus cõficiet syllogismum: vt destruat positionem respondentis.&nb hoc palam est,q; interrogans non debet interrogare significata huius enunciationis æquiuoce in vna interrogatione:quia respondens respondet ei quomodocunque fuerit:& cum interrogãs voluerit destruere positionem respõdentis in illa propositione,quam concessit, intellegẽs per ipsam vnam aliam ex significationib⁹, in quibus enunciatio communicat,tũc po-
B terit respondere ei ipse respondens, non cõcessi hoc:sed concessi illam enunciationem in vno significatorum,in quibus communicat hæc enunciatio. & sic non respondebit respondens in ea vnum responsum,hoc est, vt contradicat illis significatis, quæ significat ipsa enunciatio, & respondeat vnicuiq; eorum:quia non est officium suum corrigere interrogationem ipsius interrogantis: nisi sciat quid velit affirmare ei ipse interrogans:& non concedet ei quicq; illorum significatorum, quib⁹ quærit defendere se ipse interrogans æque iuxta re, quando obijcit contra significata enunciationis. Hoc autem non est officium Dialectici, vt in libro Topicorum probabitur: videlicet, vt nouificet id in quo existit discrepatio. sed re
C spondens Dialecticus respondet plura respõ sa:hoc est,q; respondebit eo pacto, quo poterit dicere adhuc,non ita concessi & acceptaui,adhoc vt eius responsio non fit terminata.& hac ratione interrogatio Dialectici interrogantis debet esse terminata. At qui per viam doctrinalem interrogat, potest vtique vnica interrogatione interrogare de his enunciationibus. quia ad doctorem attinet corrigere interrogationem: cum nullius eorum quærat vincere alter alterũ, sed inuenire veritatem.

Deinde dicit. At cum prædicata plura, quæ de vno prædicantur subiecto, quatuor modis reperiantur, &c. Inquit Leui. Postquàm declarauit, quando plura prædicata,vel plura subiecta sunt vnum, nunc vult declarare qualiter se habeant in diuisione & compositione, hoc est quando id D quod est verum diuisim, sit verum coniunctim, & econtra. Et dicit quòd dantur aliqua prædicata, quæ sunt vera diuisim & coniunctim, & compositum ex ipsis erit vna res: videlicet definitio, vel descriptio, & inueniuntur alia, quæ sunt vera diuisim & coniunctim, sed quod ex eis constat, non est una res, nisi per accidens. Nam erit verum dicere quòd Socrates est albus, & quòd est ambulans, & sic erit verum dicere, quòd est albus, ambulans. veruntamen aggregatum ex ipsis non est vnum nisi per accidens. neque id, quod ex eis constat est negatio, neque superfluum. Quandoque tamen dantur aliqua quæ sunt vera diuisa, & non sunt falsa cõiuncta, sed est negatio & superfluitas: vt cum dicitur, Socrates est albus, Socrates ambulat, E quæ si præiungantur omnia hæc prædicata de Socrate, tunc res erit negatio, & superfluitas: vt probauit ex illis incommodis quæ sequebantur, si non concedatur quòd res sit negatio & superfluitas. & ita quoque constat, quòd erit verum dicere,quod Socrates est rationalis, & quòd est animal. & si coniungamus hæc prædicata, & dicamus, quòd est rationale animal, tunc illud animal erit superfluum: quia nemo dubitat quòd ipsum rationale est animal. Dantur præterea aliqua alia, quæ sunt vera diuisa, sunt tamen falsa coniuncta. & hoc propter ipsam materiam. nam erit verum dicere, quòd Socrates est medicus: licet sit insufficiens & ignorans in arte medica. & quòd est sufficiens, si fuerit doctus in scientia alia. & tamen non erit verum dicere, quòd sit medicus sufficiens, cum sit insufficiens in arte medica.

Inquit Iacob interpres. Hæc dictio, rõnalis apud Hebræos é ꝑnisicua. ꝑ maiculin, & neutro sũpta. & sic oia F adiectiua masculia pñt accipi pro neutris. Præterea ꝑticipia pro ꝑsenti verbo,& ꝑadiectiuo cõ fundunt.

Aristotes autem hic declarat, quando coniungantur prædicata diuisa, ita ut id quod ex eis conitur, sit vnum & verum, & nulla inde sequatur negatio, & superfluitas. & dicit,quod ad hoc requiruntur duæ conditiones. Prima, ut prædicatio harum rerum plurium non sit per accidens. nam, si alterum de altero prædicaretur per accidens, tunc non erunt simul vna res. vt cum dicitur, Socrates est albus ambulans: quia coniungit Socratem esse album, & ambulantem. & manifestum est, quòd iuxta hanc conditionem prædicatum erit unum, & verum. nam licet sequatur falsum,cum dicitur, Socrates

est

G est medicus sufficiens: ratio est: quia cum dicimus sufficientem, non intelligimus sufficientem in medica facultate. & ideo eorum prædicatio simul de Socrate erit per accidens, eo quia accidit ei vt sit medicus, & sufficiens in aliqua alia scientia. Secunda condicio est, vt caueatur ne fiat negatio aut superfluitas in re: hoc est ne ipsa condicio contineatur in conditionato (vt ita loquar) & longe minus, ne ipsamet condicio sit conditionatum. Exemplum, quando condicio continetur in conditionato: ut cũ dicitur, Socrates est rationale animal. nam id quod significatur per hoc, quod dicitur animal, quod est ipsa condicio, continetur in conditionato, quod est rationale. nam omne rationale est animal. Exemplum, quando condicio est ipsummet conditionatum: vt cum dicitur, Socrates albus est albus: cum scilicet non intelligimus per hoc significare vehementem albedinẽ.

H Deinde dicit. Ea uero, quæ sunt simul vera in prædicatione de aliqua re. Inquit Leui. Postquam declarauit quando sunt vera ea, quæ sunt disiuncta, cum coniunguntur, vult nunc declarare, quando erunt vera ea, quæ sunt coniuncta cum separantur. & dicit, quòd illa, quæ sunt vera separata, sunt illa quæ duas habent conditiones.

Prima est, vt non contineatur in ipsa condicione aliquid, quod opponatur ipsi condicionato, quocunque modorum quatuor oppositionum: sine illa oppositio sit de se nota, vt cum dicitur, Socrates est animal mortuum, nam non dicitur vere ipsum esse animal: aut fuerit ipsa oppositio nota ratione definitionis: vt si dicatur, Socrates est homo mortuus. quoniam homo opponitur mortuo ratione suæ definitionis: & ideo non erit verum dicere, Socrates est homo, sed homo mortuus. Secunda uero condicio est, ut prædicatio ipsius condicionati de ipso subiecto non sit propter aliud, sed propter semam erit verum dicere, ꝙ Homerus est poeta: & tamen non est verum dicere, ꝙ est. quia hæc dictio est prædicatur de Homero pp poeticam scientiã, nõ pper se: cum ipse nõ reperiatur.

Ingit Mãtinus sterps Notandũ, ꝙ in lingua Hebraica idẽ signat mortuum q̃d mortale. & sic de similibus, quia non hñt Hebrei illa nola possibilia, i. verbalia, negãtia q̃ definunt in bilis vel inbile.

I

De Enunciationibus cum modo, & earũ ad inuicem oppositionibus, ac consequentijs: tum ex aliorum, tũ ex propria opinione.

Cap. 3.

SECTIO QVARTA, Græca.

HIs vero determinatis cõsyderandum est, quẽadmodum sese habent negationes & affirmationes ad se inuicem, quæ sunt de possibili esse & non possibili, & de contingenti & non contingenti, & de impossibili & necessario. habẽt enim aliquas dubitationes. Nam si eorum, quæ complectũtur, illæ sunt sibi inuicem oppositæ contradictiones, quæcunq; secundum esse & non esse disponuntur: vt eius quæ est, esse hominem, negatio est, non esse homo minem, non ea quæ est, esse non hominem: & eius quæ est, esse album hominem, ea quæ est, nõ esse album hominem, sed nõ ea quæ est, esse non album hominem: (si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est, lignum erit verum dicere esse non albũ hominem:) * ꝙ si hoc modo & in quibuscunque esse non additur, idem faciet quod pro esse dicitur: vt eius quæ est, homo ambulat, non hæc, ambulat nõ homo negatio erit, sed hæc, nõ ambulat homo. nihil enim differt dicere hominem ambulare, vel hominem ambulantem esse. Quare si hoc modo vbique, & eius quæ est possibile esse, negatio erit possibile non esse, sed nõ ea quæ est, non possibile esse.

L

M

* a. Laddit qđ inconuenies &

Videtur

A Videtur autem idem posse & esse & non esse. omne enim qđ est possibile diuidi vel ambulare, & non ambulare & non diuidi possibile est. Ratio autem est: quoniam omne quod sic possibile est, non semper in actu est. quare inerit ipsi etiam negatio. potest enim & non ambulare quod est ambulatiuum, & non videri quod est visibile. at vero impossibile est de eodē oppositas veras esse affirmationes & negationes. non igitur B eius quæ est, possibile esse, negatio est hæc, possibile non esse.

Contingit enim ex his, aut idem affirmare & negare simul de eodem, aut non secundum esse vel non esse, quæ apponuntur, fieri affirmationes & negationes. si ergo illud impossibile est, hoc erit magis eligendum. est igitur negatio eius quæ est, possibile esse, ea quæ est, non possibile esse, sed non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio est & in eo quod C est contingens esse: etenim negatio eius est, non contingens esse & in alijs quoque simili modo, vt in necessario, & impossibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse, & non esse appositiones, subiectæ vero res, hoc quidem album, illud vero homo: eodem quoque modo hoc in loco, esse quidem & non esse vt subiectum sit, posse vero & contingere appositiones sunt, determinantes (quemadmodum in illis esse & non esse) D veritatem & falsitatem, similiter hæ in eo quod est, esse possibile, & esse non possibile. Eius vero quæ est, possibile non esse, negatio est, non ea quæ est, non possibile esse, sed ea quæ est, non possibile non esse. & eius quæ est, possibile esse, non ea quæ est, possibile non esse, sed ea quæ est, non possibile esse. Quare & sequi sese inuicem videbuntur, possibile esse, & possibile non esse. idem enim pos- E sibile esse, & non esse. non enim contradictiones sunt sibi inuicem huiusmodi possibile esse, & possibile non esse. Sed possibile esse, & non possibile esse nunquā simul in eodem veræ sunt. opponuntur enim. Neq; ea quæ est, possibile non esse, & non possibile non esse, numquam simul in eodem veræ sunt. Similiter autem & eius quæ est, necessarium est esse, negatio non est ea quæ est, necessarium non esse, sed ea quæ est, non necessarium F esse. eius vero quæ est, necessarium non esse, ea quæ est, non necessarium non esse. & eius quæ est, impossibile esse, non est ea quæ est, impossibile non esse, sed hæc, non impossibile esse. eius vero quæ est, impossibile non esse, ea quæ est, non impossibile non esse. Vniuersaliter vero (quemadmodum dictum est) esse quidem & non esse oportet ponere quemadmodum subiecta: negationem vero & affirmationē

G mationem hæc, facientem, ad esse & non esse apponere. & has oportet putare esse oppositas dictiones: possibile, & non possibile: contingens, non contingens: impossibile, non impossibile: necessarium, non necessarium: verum, non verum.

Consequentię vero secundum rationem fiunt cùm ita ponuntur. illam enim quæ est, possibile esse, sequitur ea quæ est, contingit esse: & hæc conuertitur illi, & non impossibile esse, & non necessarium esse. illam vero quæ est, possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necesse non esse, & non impossibile non esse. illam autem quæ est, non possibile esse, & non contingens esse, ea quæ est, impossibile esse, & necesse non esse. illam vero quæ est, non possibile non esse, & non contingens non esse, ea quæ est, impossibile non esse, & necessarium esse. consyderetur aũt ex subscriptione, quẽadmodũ dicimus.

H K L

Enunciationum modalium consequentia secundum alios.

I

Ordo I.	Ordo III.
Antecedentes.	Antecedentes.
Possibile esse.	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necessarium esse.	Necessarium non esse.
Ordo II.	**Ordo IIII.**
Antecedentes.	Antecedentes.
Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non contingens non esse.
Sequentes.	Sequentes.
Non impossibile non esse.	Impossibile non esse.
Non necessarium non esse.	Necessarium esse.

M

Hæ igitur impossibile, & nõ impossibile eam quæ est contingens & possibile, & non contingens & non possibile sequuntur quidem contradictorie: sed conuersim, eam enim quæ est

A possibile esse, negatio impossibilis sequitur, quæ est, non impossibile esse. negationem vero affirmatio. nam illam, non possibile esse, ea quæ est, impossibile esse. affirmatio enim est impossibile esse: non impossibile vero negatio. Necessarium vero quemadmodum se habet, cõsyderandum est. Manifestum
al. aute est enim quôd non eodem modo se habet, sed contrariæ sequuntur, contradictoriæ autem sunt extra. non enim est
B negatio eius, quæ est: necesse non esse, ea quæ est, non necesse esse: cõtingit enim veras esse utrasq; in eodem. quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse. Causa autem huius est, cur non sequitur necessarium similiter cæteris: quoniam contrarie, impossibile esse, necessario redditur idem valens. nam quod impossibile esse, necesse hoc, non quidem esse, sed potius non esse. quod vero im-
C possibile non esse, hoc necessarium esse. quare si illa similiter sequuntur possibile & non possibile: hęc, è contrario: quoniam non significant idem necessariũ & impossibile: sed (quemadmodum dictum est) conuersim. An certe impossibile est sic poni cõtradictiones necessarij. nã quod necessarium esse, possibile esse, nam si non, negatio consequetur: necesse enim est aut affirmare aut negare. quare si non possibile esse, impossibile esse. igitur impossibile esse, quod necesse esse: quod est inconueniẽs. At vero illam quæ est, possibile esse, non impossibile esse, sequitur: hanc vero, ea quæ est, non necessarium esse. quare contingit quod necessarium esse, non necessarium esse: quod est inconueniens. At vero neque necessarium esse, sequitur eam quæ est, possibile esse, neque ea E
quæ est, necessarium non esse. illi enim vtraque contingit accidere. harum autem vtralibet vera fuerit, non erunt illa vera: simul enim possibile esse, & nõ esse. si vero necesse esse vel non esse, non erit vtrunque possibile. relinquitur ergo non necessarium non esse, sequi eam quæ est, possibile esse. hæc enim vera est & de necesse esse. hæc enim fit contradictio eius, quæ sequitur illam, quæ est, non
F possibile esse. illam enim sequitur ea quæ est, impossibile esse, & necesse non esse, cuius negatio est, non necesse nõ esse. Sequuntur igitur & hæ contradictiones secũdum prædictum modum: & nihil impossibile cõtingit sic positis.

Exem-

Enunciationum modalium consequentia secundum Aristotelem.



Dubitatio

Dubitabit autem aliquis, ſi illam quæ eſt, neceſſarium eſſe, ea quæ eſt, poſſibile eſſe ſequi. Nam ſi non ſequitur, contradictio ſequetur quæ eſt, non poſſibile eſſe. & ſi quis, hanc non eſſe dicat contradictionem, neceſſe
I eſt dicere poſſibile non eſſe: quę vtræq; falſæ ſunt de neceſſe eſſe.
* a. Laddit quare ad neceſſariũ eẽ, poſſe et ſequitur.
* At vero rurſus idem videtur eſſe poſſibile incidi & non incidi, & eſſe & non eſſe: quare erit neceſſe eſſe, contingens nõ eſſe. hoc autem falſum eſt. Manifeſtũ eſt autem, q̃ nõ omne poſſibile vel eſſe, vel ambulare, etiam op poſita poteſt: ſed eſt in quibus nõ ſit verum, primum quidem in ijs quæ non ſm rationem poſſunt. vt ignis calefactiuus eſt, & habet vim irrationalem. Quæ igitur ſecundum rationem poteſtates ſunt, eædem plurium ẽt contrariorum ſunt. irrationales vero non omnes: ſed (quemadmodum dictum eſt) ignem non eſt poſſibile calefacere, & non: neq; quęcunq; alia ſemp agunt. alia vero poſſunt & ſecundum M irrationales poteſtates ſimul op poſita ſuſcipere. ſed hoc huius gratia dictum eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt, neq; quæcunq; ſm eandem ſpeciem dicuntur. Quędam vero poteſtates æquiuocæ ſunt. poſſibile enim non ſimpliciter dicitur. ſed hoc quidem, quoniã verum eſt quod in actu eſt: vt poſſibile ambulare, quoniam ambulat iam, & omnino poſſibile eſſe, quoniã iam eſt in

actu

A actu quod dicitur esse possibile. illud vero, quoniam actu esse posset: vt possibile ambulare, quoniam ambulare posset. & hæc quidem in solis mobilibus est potestas, illa vero & in immobilibus. vtrunque vero verum est dicere, possibile ambulare vel esse, & quod ambulat et actu est, & ambulatiuum. Sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere, D alterum autem verum est. Quare, quoniam partem vniuersale sequitur, illud quod ex necessitate, consequetur posse esse: sed non omne. Et est quidem fortasse principium quod necessarium est, & quod non necessarium est, omniū vel esse, vel nō esse. & alia, veluti horum consequentia, consyderare oportet.

Aliorum modorum ad ipsum necessarium consequentia.

B E

Ordo I.	Ordo II.
Necessarium esse.	Non necessarium esse.
Non possibile non esse.	Possibile non esse.
Non contingens non esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse	Non impossibile non esse.

Ordo III.	Ordo IIII.
Necessarium non esse.	Non necessarium non esse.
Non possibile esse.	Possibile esse.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse

Manifestum est autem ex ijs
C quæ dicta sunt, quòd id quod ex necesitate est, secundum actum est. quare si priora sunt sempiterna, & quæ actu sunt potestate priora sunt. Et hæc quidē sine potestate actus sunt, vt primæ substantiæ. alia vero cum potestate, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora. alia autem nūquam actus sunt, sed potestates solum.

De enunciationibus modalibus.

Differentia Tertia. F

CVm autem enunciationum, ali AVER.
quæ sint modales, aliquæ vero non modales: per modum autē intelligo dictionem, quæ quo pacto prædicatum insit subiecto declarat: vt cùm dicitur necessarium est hominem esse animal: vel possibile est ipsum esse philosophum: generaq; dictionū modalium sunt duo: Vnū est ipsum necessarium & quicquid de necessitate consequitur ipsum, eiq; ascribit, quod quidē est ipsum

impossibile: quod est vtiq; vna ex eius partibus, quoniam necessariū ipsum vel est necessarium, quo ad esse, vel est necessarium, quo ad nō esse, quod quidem est ipsum impossibile: Alterum vero genus est, ipsum possibile, & quod ei annectitur ratione possibilitatis, eiq; ascribitur: vt cùm diximus, contingens: consequenceum igitur est nunc considerare, quæ nam sint oppositiones huius generis, & quæ sint consecutiones quæ in eis fiunt: & hoc tū in infinitis, quàm in simplicib⁹. Ideo autem fuerunt duo modi dictionum modalium, quia quod in eis desyderatur, est, vt earum significatio sit annexa, atq; respondens ipsi enti. ens autem est duplex, nempe vel potentia vel actu: & ipsum necessarium dicitur de eo, quod actu existit: possibile vero de eo quod in potēia: tractandum itaq; est primum de illorum oppositionibus: mox de his quæ inter sese consequuntur in illis. Dicamus ergo, ꝙ videtur in prima consyderatione, quòd dictio negativa in his enunciationibus debeat locari cum verbo substantiuo, scilicet verbo est, quod est dictio copulativa, & non cum prædicato: vt sit etiam in enunciationibus non modalibus. Nam negativa huius, homo est iustus, est, homo non est iustus, non hæc, homo est non iustus. nam affirmatio & negatio in omnibus rebus diuidunt verum à falso: videlicet ꝙ, si vna est vera, altera est falsa. si ergo negativa huius, homo est iust⁹, esset, homo est non iustus, tunc sequeretur iuxta hoc exemplum horum duorum dictorum, vt diuidāt verum à falso in omnibus rebus. ita vt si esset falsum, exempli gratia dicere, lignum est iustum, esset vtiq; verum dicere, quòd est non iustū. sed quoniam dicere iustum & non iustum, si vnum est verum, alterū est falsum in homine tantum: tunc oporteret si esset verum dicere, lignum est non iustum, vt esset etiā verum quòd lignum sit homo non iustus. quod est maxime absurdū.

At cùm dictio negativa in enunciationibus de tertio adiecto, atq; de secundo ponatur cum ipso verbo, poterit quispiam opinari, rem ita se habere etiam in enunciationibus modalibus: & sic negativa huius, possibile est hoc esse, erit, possibile est hoc non esse. Sed nemo ambigit, quòd de eadem re potest dici, possibile est ipsam esse, & possibile est ipsam non esse: vt exempli gratia possibile est hoc incidi & possibile non incidi: & possibile est hoc ambulare, & possibile est non ambulare. nam possibile nihil aliud est, quàm id quod non est necessarium vt sit: & ideo possibile est vt sit, & non sit. Sed, cum duo opposita non possint esse simul vera in eadem re, idcirco palam est, quòd dicere possibile est esse, non est negatiua huius, scilicet possibile est non esse. Et posteaquam declarauim⁹, quòd in his enunciationibus, scilicet modalibus, dictio negativa non debet poni cum prædicato, neque cum verbo substantiuo, scilicet est: ergo oportet vt ponatur cum ipso modo. & tunc negativa huius, possibile est esse, erit non possibile est eē. & eadem est ratio in reliquis omnibus modis iam narratis. Hoc autem oportet ita se habere. quoniā quemadmodum in enunciationibus non moda-

A modalibus, nos connectimus notam negationis illi rei, quæ se habet in ipsa prædicatione veluti forma, & est verbum esse, non illi rei quæ se habet vt materia, quę est ipsum prędicatum: ita quoque hic ponitur nota negationis cum illa re, quæ se habet ad verbum est, veluti verbū est, in non modalibus ad ipsum prędicatum, & est ipse modus. Nam verbum est, cùm in enuntiationibus non modalibus ostendat qualiter se habeat prædicatum ad subiectum, ideo eadē est ratio verbi est, ad ipsum prædicatum in his enun-
B ciationibus, quæ est formæ ad materiam. & cum hæc eadem sit ratio modi ad verbum est, quoniam significat qualiter se habeat prædicatum ad subiectum, ideo eius ratio quoque ad verbum est, erit ratio formæ ad materiam. Cumq; ergo hæ duæ rationes sint eędem, & nota negationis fuerit ibi posita cum verbo, oportet vt ponatur hic cum ipso modo. Tandem manifestum est quòd negatio huius, possibile est esse, erit, non est possibile esse. quia hæc duo semper diuidunt verum à falso, ita scilicet, vt si vnum
C sit verum, alterum sit falsum. Sed cùm dicitur, possibile est esse, possibile est non esse, non erunt contradictoria: immo inter se consequentia. identidem, negatiua huius, possibile est non esse, quæ est infinita de possibili, erit, non est possibile non esse. & negatiua huius, necessarium est esse, erit, non est necessarium esse. & negatiua huius, necessarium est non esse, quæ est infinita de necessario, erit, non est necessarium non esse. Identidem negatio huius, impossibile est esse, erit, D non est impossibile esse. & negatio huius, impossibile est non esse, quæ est infinita de possibili, erit, non est impossibile non esse. & hæ sunt illæ enunciationes oppositæ huius gñis.

Consequentes vero ita se habent, vt nunc dicam. Ad affirmatiuam possibilem simplicem, quæ est hæc, possibile est esse, sequuntur duæ: vna est negatiua impossibilis simplex, vt cùm dicitur, non est impossibile esse: altera est negatiua necessaria simplex, quæ est cum dicitur, nō est necessarium esse. Ad affirmatiuam vero possibilem infinitam, quæ est E hæc, possibile est non esse, cōsequuntur secundum apparentiam & famam notam duæ aliæ: vna est negatiua necessaria infinita, quæ est hæc, non est necessarium non esse: altera est negatiua impossibilis infinita, quæ est hæc, non est impossibile nō esse. Ad negatiuam quoq; possibilem simplicem, quæ est hæc, nō est possibile esse, sequuntur duæ etiam, vna est affirmatiua necessaria infinita, quæ est hæc, necessariū est non esse: altera vero est affirmatiua impossibilis simplex, quæ est F hæc, impossibile est esse. Ad negatiuam vero de possibili infinitam, quæ est hæc, non est possibile non esse, sequuntur duæ etiam: vna est affirmatiua necessaria simplex, quę est hæc, necessarium est esse: altera est affirmatiua impossibilis infinita, quæ est hæc, impossibile est non esse. Ponamus ergo earum oppositas in latitudine tabellæ: cōsequentes vero, alias sub alijs: & erit hæc descriptio hic inferius descripta sic.

G *Enunciationum modalium conſecutio famoſa.* K

Ordo I.

Antecedens
Affirmatiua poſſibilis ſimplex,
Poſſibile eſt eſſe.

Conſequentes.
Negatiua neceſſaria ſimplex.
Non eſt neceſſarium eſſe.
Negatiua impoſſibilis ſimplex,
Non eſt impoſſibile eſſe.

Ordo III.

Antecedens.
Negatiua poſſibilis ſimplex,
Non eſt poſſibile eſſe.

Conſequentes.
Affirmatiua neceſſaria ſimplex.
Neceſſarium eſt non eſſe.
Affirmatiua impoſſibilis ſimplex,
Impoſſibile eſt eſſe,

Ordo II.

H Antecedens.
Affirmatiua poſſibilis infinita,
Poſſibile eſt non eſſe.

Conſequentes.
Negatiua neceſſaria infinita.
Non eſt neceſſarium non eſſe.
Negatiua impoſſibilis infinita,
Non eſt impoſſibile non eſſe.

Ordo IIII.

Antecedens.
Negatiua poſſibilis infinita, L
Non eſt poſſibile non eſſe.

Conſequentes.
Affirmatiua neceſſaria ſimplex.
Neceſſarium eſt eſſe.
Affirmatiua impoſſibilis infinita,
Impoſſibile eſt non eſſe.

Cumq; animaduerterim⁹ hmõi cõſecutionẽ famoſam, eãq; diligenter cõſyderauerim⁹, inueniem⁹ q̃ dicens, eſt impoſſ, & dicẽs, nõ ẽ impoſſibile, inferẽt hẽc, ſ. eſt poſſe, & nõ eſt poſſe: hoc eſt, q̃ eorũ cõtradictoriũ inferet cõtradictoriũ: hoc eſt, q̃ affirmatiua earũ inferet negatiuam. uerũtamen hoc ſit p cõuentionẽ, videlicet q̃ negatiua ipſius impoſſis infert affirmatiuã ipſius poſſis: & affirmatiua ipſi⁹ impoſſis infert negatiuam ipſi⁹ poſſis. Sed enunciationes neceſſariæ earũ, quæ ſequunt ad ipſas poſſes, nõ inferũt cõtradictoriũ, ſed cõtrariũ: hoc eſt contrariũ affirmatiuæ ipſi⁹ neceſſariæ, quæ eſt cõtradictoria negatiua neceſſaria. Nã negatiua hui⁹, neceſſariũ eſt nõ eẽ, q̃ ſequit ad hanc, nõ eſt poſſe eẽ, nõ eſt hẽc, nõ neceſſariũ eſt eẽ, q̃ ſequit ad hãc, poſſe eſt eẽ, q̃m poſſunt vere dici de vna & eadẽ re: q̃m id q̃d eſt neceſſariũ nõ eſſe, vere dicet de eo, nõ eſt neceſſariũ eſſe. ſed cũ dr, neceſſariũ eſt nõ eſſe, erit q̃dẽ cõtrariũ huius, neceſſariũ eſt eſſe: quod eſt vtiq; cõtradictoriũ huius, nõ eſt neceſſariũ eſſe. Et cã, ob quã ſequit ad poſſem negatiuam ſimplicẽ affirmatiua infinita, & ad negatiuã poſſibilem infinitã ſequit affirmatiua ſimplex, eſt, quia ipſum impoſſe contrariat rei q̃ neceſſario eſt: licet eadem ſit vis vtriuſq; earum oĩno. & quia ad negatiuã poſſem ſimplicẽ ſequit impoſſis affirmatiua ſimplex: et ipſa impoſſis affirmatiua ſimplex cõtrariat affirmatiuæ neceſſariæ ſimplici: ideo neceſſe ẽ vt ſequat ad eã cõtraria

I M

A cõtraria affirmatiuę neceſſarię, ſim
plicis, quę eſt affirmatiua neceſſaria
infinita. ſed cùm ad negatiuã poſ
ſibilem infinitam ſequatur impoſſi
bilis infinita affirmatiua: & ipſa im
poſſibilis infinita affirmatiua con
trarietur affirmatiuæ infinitæ ne
ceſſariæ: ideo oportet vt ſequatur
ad eã contraria neceſſariæ infinitæ
affirmatiuę, quæ eſt neceſſaria ſim
plex affirmatiua. Cumq; ergo exa
minabitur hoc, putabiť ꝙ eodem
modo ſe habeat illud poſſibile, qđ
ſequitur ad neceſſarium, ſicut illud
poſſibile, quod ſequitur ad impoſſi
B bile: nempe ꝙ in ipſis contradicto
rium infert contradictorium, ſed
non eo modo primo: cuius exem
plũ explicatũ fuit. Ad eã ergo q̃ di
cit, poſſibile eſt eſſe, ſequitur, nõ eſt
neceſſarium non eſſe: quæ eſt con
tradictoria huius, neceſſarium eſt
non eſſe: quod quidem ſequitur ad
hanc, non eſt poſſibile eſſe, nõ hæc
qua dicitur, non eſt neceſſariũ eſſ.
& ad eam quæ dicit, poſſibile eſt nõ
eſſe, ſequitur hæc, non eſt neceſſa
riũ eſſe, quod eſt cõtradictoriũ hu
ius, neceſſariũ eſt eſſe, qđ ſequitur
ad hanc nõ eſt poſſibile nõ eſſe, nõ
C hæc, non eſt neceſſariũ eſſe, vt po
ſuimus in prima poſitione. At quo
nã pacto probet ꝙ id, qđ ſequit ad
hanc, poſſibile eſt eſſe, ſit, nõ eſt ne
ceſſariũ non eſſe, & non dicere, nõ
eſt neceſſariũ eſſe, hoc quidẽ ordi
nabitur iuxta illã declarationẽ, qua
diximus ꝙ dicere, poſſibile eſt eſſe,
ſequitur ad hãc, neceſſariũ eſt eſſe.
& hoc ſic probat. Qm̃ de hac, ſ. ne
ceſſarium eſt eſſe, vel vere dicetur
hæc, ſ. poſſibile eſt eſſe, vel, non eſt
poſſibile eſſe: cùm dicere, poſſibile
eſt eſſe, & non eſt poſſibile eſſe, ſint
duo contradictoria, quorũ ſi vnum D
eſt verũ, alterum eſt falſum in o
bus rebus. ſi ergo non vere dicatur
de ea, poſſibile eſt eſſe, vere dicetur,
non eſt poſſibile eſſe. & ſi fuerit ve
rum dicere, nõ eſt poſſibile eſſe, erit
quoq; verũ, impoſſibile eſt eſſe: q m̃
ſequitur ad hanc, ſ. non eſt poſſibile
eſſe. ſi ergo ſit verũ dicere, impoſſi
bile eſt eſſe, ſequetur itaq; vt id qđ
eſt neceſſariũ eſſe, ſit impoſſe eſſe,
qđ eſt abſurdum. ſequitur igitur ꝙ id,
qđ vere ſequitur ad hanc, ſ. neceſſe
eſt eſſe, erit dicere, poſſibile eſt eſſe.
q m̃ ſi vnum cõtradictoriorum eſt
falſum, reliquum erit verum. ſi cõ- E
cedatur ergo ꝙ poſſibile eſt eſſe, ſe
quitur ad neceſſarium eſt eſſe, tunc
dico qđ ad poſſibile eſt eſſe, ſequi
tur ex propoſitionibus neceſſarijs
ipſa negatiua infinita, quæ eſt, non
eſt neceſſarium non eſſe. Cuius rei
demonſtratio eſt, q m̃ neceſſe eſt vt
id qđ ſequitur ex hoc, ſ. ex illa poſſi
bili ſimplici affirmatiua, ſit vel ne
gatiua neceſſaria ſimplex, vel affir
matiua neceſſaria ſimplex, vel affir
matiua neceſſaria infinita, vel nega
tiua neceſſaria infinita. ſi igitur fue
rit negatiua neceſſaria ſimplex, vt
ſuppoſuimus, quæ eſt hęc, nõ eſt ne F
ceſſariũ eſſe: & tñ iã erat illa poſſi
bilis affirmatiua ſimplex, quę ſeque
batur ex ipſa neceſſaria affirmati
ua ſimplici: ergo op3, vt ſequat ex
affirmatiua ſimplici eius contradi
ctoriũ, ſ. neceſſaria negatiua ſim
plex. Nã res ita deducit. quicquid ẽ
neceſſariũ eſ, poſſe ẽ eſ: & q cq d eſt
poſſe eſſe. nõ eſt neceſſariũ eſ: ergo
q cq d ẽ neceſſariũ eſ, nõ eſt neceſſa
riũ eſ: at hoc eſt falſum, & impoſſe:
qa duo cõtradictoria nõ pñt eſſe ſi
mul vera: ſi igit non ſequit ex ipſa

G negatiua neceſſaria ſimplex, relinquitur vt ſequatur ab ipſa, vel affirmatiua neceſſaria ſimplex, vel affirmatiua neceſſaria infinita, vel negatiua neceſſaria infinita: ſed neq; affirmatiua neceſſaria ſimplex, vel infinita vere ſequitur ex ipſa poſſibili: nã id quod eſt poſſibile eſſe, eſt poſſibile eſſe & nõ eſſe: & id quod eſt poſſibile eſſe & non eſſe, nõ eſt neceſſarium eſſe, neq; neceſſarium non eſſe, vt palam eſt de ſe. At cum opus ſit, vt ſequatur vna ex quatuor enunciationibus neceſſarijs ab ipſa poſſibili ſimplici: & iam fuerit probatũ non poſſe ſequi ex ipſa aliquam illarum trium: reliquum ergo eſt vt nulla alia poſſit ab ea ſequi, quam hæc, ſ. non eſt neceſſarium non eſſe: quæ eſt negatiua neceſſaria infinita. Et hoc adhuc videtur eſſe omnino neceſſarium propterea quia nõ ſequitur ex hac poſitione illud inconueniens, quod ſequebatur, ſi concederetur q̃ ab ipſa poſſibili ſequeretur negatiua neceſſaria. nã ex hac, ſcilicet neceſſarium eſt eſſe, ſequitur hæc, non eſt neceſſarium non eſſe: cum de eadem re poſſint ſimul eſſe veræ. H L

Enunciationum modalium conſecutio vera: quam hoc etiam loco ad commodiorem legentium inſpectionem poſuimus.

Ordo I.

Antecedens.
Affirma. poſis ſimp.
Poſſibile eſt eſſe.

Conſequentes.
Negatiua Ipoſis ſim.
Nõ eſt impoſſe eſſe.
Negat. neceſſaria Iſi.
Nõ ẽ neceſſariũ nõ (eſſe

Contra- Cõtrarię. dictorię

Ordo II.

Antecedens.
Affirm. poſis Iſini.
Poſſibile ẽ nõ eẽ.

Conſequẽtes.
Negat. Ipoſis Iſiai.
Nõ ẽ Ipoſſe nõ eẽ.
Negat. neceſſ. ſim.
Nõ ẽ neceſſar. eẽ.

Ordo III.

Antecedens.
Negatiua poſis Iſini.
Nõ ẽ poſſe nõ eſſe.

Conſequentes.
Affirm. Ipoſis Iſinita,
Impoſſe eſt nõ eſſe.
Affir. neceſſaria ſim.
Neceſſariũ eſt eſſe.

Contra- Cõtrarię. dictorię

Ordo IIII.

Antecedens.
Negat. poſis ſimp.
Nõ eſt poſſe eſſe.

Conſequentes.
Affirm. Ipoſis ſim.
Impoſſe eſt eſſe.
Affirm. neceſſ. Iſia.
Neceſſariũ ẽ nõ eẽ.

Verumtñ poſſet qs dubitare contra id, quod diximus, ſcilicet q̃ poſſibile eſt eſſe, ſequatur ad neceſſariũ eſt eſſe. qm̃, ſi non ſequeret ad ipſum, tunc ſequeret eius cõtradictoriũ, & eius quidẽ contradictoriũ vel

A vel est hoc, non est possibile esse, aut hæc, possibile est non esse. Quod si sequatur hæc, ſ. nō est possibile esse, tunc sequeretur illudmet inconueniens prædictum. & si sequatur ad illam, hæc, ſ. possibile est non esse, tūc sequeretur ꝙ id quod est necessarium esse, est possibile nō esse: qđ quidem est falsum, & contradictio impossibilis. Sed, cū illud primum dictum nostrum affirmabat, ꝙ ad hanc, ſ. necessariū est esse, sequebatur possibile est esse: secundum vero dictum negabat, ꝙ possibile possit sequi ad necessariū: perspicuūq; B sit oportere esse id quod affirmauit primū dictum, ſ. ꝙ de natura ipsius possibilis sit, sequi ad necessarium: cōtra id quod negabat sēm dictū: ipsum ergo possibile, pluribus dicitur modis. & hoc inductiue quoq; patet. Nam palam est, ꝙ non omne id, quod dicitur posse agere hoc vel non agere, vel recipere vel non recipere, habet potentiam vt agat vel non agat, recipiat vel non recipiat hoc. qm̄ ea quæ dicuntur habere potentiam ad agendum, bifariam sunt, nempe, vel potentiam cōiunctam rationi habent, quę electio vocatur: C vel potentiam non coniunctā rationi: vt calor in igne & frigiditas in niue. Nam potentia, quæ est coniuncta rationi potest contraria agere, videlicet, agere, & non agere: vt exempli gratia, ambulare. nam homo habet potentiam vt ambulet, & non ambulet indifferenter. sed illa potentia, quę nō est adiuncta rationi, potest vnum tantum contrariorum agere, vt gratia exempli, ignis habet quidem potentiam ad calefaciēdum tantum, non ad non calefaciendum, nisi per accidens: videlicet, cū nō inuenerit D subiectum receptiuum caloris, vel quia prohibebitur ab aliquo prohibente illam actionem, quam inducere debet naturaliter in illud subiectum. at in potentijs passiuis non rationalibus datur aliquid, quod recipiat vtrunq; oppositorum indifferenter. ergo non omne possibile potest recipere res oppositas. Neq; ipsum possibile dicitur vtriuoce, ita vt sit vna eīus species, sed dr̄ æquiuoce. Nam nos vocamus quandoq; possibile id qđ est in actu. sed ideo vocamus ipsum possibile, quia intelligimus, quod illud, qđ habet in E actu, iam erat ei possibile: aliās n. non recepisset ipsum: hoc tamen vocabitur possibile, licet non præcesserit possibilitas in eo actu, in tēpore, si detur aliquid ita se habens. Quandoque vero dicitur possibile illud, quod est aptū inueniri in futurum. & hmōi possibilitas reperitur in rebus mobilibus tantum, tā corruptibilibus, q̄ incorruptibilibus. verumtamen cum in rebus reperitur incorruptibilibus, necesse est vt deducatur ad actū: vt ꝙ Sol oriatur eras. sed quod in rebus corF ruptibilibus reperitur, nō est necessariū, vt deueniat ad effectū. Sēm vero genus possibilis reperit' in rebus immobilibus: & hoc gen' possis est illud, qđ sequitur ad necessariū. sed primum illud genus, nō sequitur ad ipsum necessarium: videlicet, cum in rebus corruptibilibus solum reperitur. Verisimile tamen ē, vt velit dicere, ꝙ ipsum possibile sit vtilius & cōius ipso necessario. nā dr̄ de necessario, & non necessario: ergo oīno seq' ab eo, eo pacto quo sequitur vlę, à particulari. vt a sal,

G quod ſequitur ad hominẽ. Inquit. Poſtq̃ declarati ſunt modi ipſi⁹ poſſibilis, oportet quidem ponere, tanq̃ principium reliquarum enunciationum, in quibus fit ſyllogizatio ſecundum hanc conſecutionem, ſ. neceſſarium eſt eſſe, non eſt neceſſarium eſſe, cùm ſint principium omnium iſtarum. Poſteaq; conſyderemus illas reliquas, quæ ad has ſunt conſequentes. K

Aliorum modorum ad ipſum neceſſarium conſecutio.

Ordo I.
Neceſſarium eſt eſſe.
Non poſſibile eſt non eſſe.
Impoſsibile eſt non eſſe

Ordo II.
Non neceſſarium eſt eſſe.
Poſſibile eſt non eſſe.
Non impoſsibile eſt non eſſe. L

H Ordo III.
Neceſſarium eſt non eſſe.
Non poſſibile eſt eſſe.
Impoſſibile eſt eſſe.

Ordo IIII.
Non neceſſarium eſt non eſſe.
Poſſibile eſt eſſe.
Non impoſſibile eſt eſſe.

Inquit. Hoc autem in lib. Priorum tractatum eſt: & remittit ſe ad eum locum. Fuit autem ipſum neceſſarium, principium horum, qſn neceſſaria ſunt ipſa ſempiterna, quę actu exiſtunt: vt in ſcientijs cõtemplatiuis probatum fuit. & cum ipſa ſempiterna ſint priora, ideo neceſſe eſt vt ea quæ actu ſunt, ſint priora his, quæ quandoq; actu, quandoq; potentia exiſtunt Idcirco quædam I entia ſunt actu ſine aliqua potẽtia & poteſtate: vt eſt ipſum primum ens. Quædam vero quandoq; pote ſtate, quandoq; actu ſunt, vt genera bilia corruptibiliaq;. Quædam vero alia tantum poteſtate, à quibus nunq̃ aufertur ipſa potẽtia: vt motus ipſe, & ipſum infinitum, quatenus eſt infinitum: vt in ſcientia Naturali quoque explicatũ fuit.

Hæc itaque eſt ſumma eorũ, q̃ de enunciationibus modalibus dicta ſunt.

De enunciationibus modalibus.

Differentia Tertia.

LIVI Dixit. Cum autem enunciationum, aliquę ſint modales, aliquæ vero non, &c. Inquit Leui. Poſtq̃ declarauit oppoſitionẽ enunciationum non modalium, atq; conſecutionem, & locum, vbi debet poni nota negationis in eis, vult nunc declarare, vbi debeat locari nota negationis in ipſis modalibus, & earum oppoſitionem & conſecutionem inter ſeſe. & dicit, q̃ prima fronte videtur, q̃ negatio in his non debeat poni cum ipſo prædicato, quia prædicatum infinitatum (vt ita loquar) non opponitur prædicato ſimplici, per affirmationem & negationem. vt ipſe exemplificat: ſed poſſet quis obiter credere, q̃ in his negatio ponatur cũ verbo ſubſtantiuo eſt, copulante: vt ſit in enunciationibus non modalibus. Ariſto. tamen declarat, q̃ non conuenit quoq; ponere eam cum verbo ſubſtantiuo: quia poterit vere dici de vna & eadem re, q̃ poſſit eſſe, & q̃ poſſit non eſſe: quod tamẽ eſſet poſſibile, ſi cum dicimus, poſſibile eſt non eſſe, eſſet negatio, & poſſibile eſt eſt affirmatio. ſed quia impoſsibile eſt vt vna & eadem res poſſit vere affirmari & negari ſimul, iõ manifeſtum eſt, q̃ nota negationis non debet poni cum verbo copulante, neque cum M

præ-

A prædicaro. Sequitur ergo q; debet poni cum ipso modo. & sic negatio huius, possibile est esse, erit dicere, non est possibile esse. Arist. autem vult q; ponatur nota negationis est ipso modo hac ratione: nempe, q; quemadmodum in enunciationibus non modalibus ponitur nota negationis in eo loco, qui se habet veluti forma ipsius enunciationis, & est ipsum verbum substantivum, est, qd significat habitudinem, quæ est ipsius prædicati ad subiectum, qua enunciatio est enunciatio, & non in eo loco, qui se habet, veluti materia enunciationis, ipse autem modus in his enunciationibus se habet ad verbum substantivum, veluti forma ad materiam, hoc est, q; modus significat, quo pacto se habeat prædicatio prædicati ad ipsum, & quo pacto se habuerit: ita vt in his enunciationibus, ita se habet ad verbum substantivum,

B sicut verbum substantivum in aliis enunciationibus ad ipsum prædicatum. oportet ergo ut ipsa negatio in his enunciationibus modalibus ponatur cum ipso modo. Patet itaq;, q; negatio debet poni in his enunciationibus cum ipso modo: sive ille enunciationes fuerint simplices, aut infinitæ. Appellantur autem infinitæ enunciationes i hoc genere, quando apponitur negativa, non, cum verbo substantivo: non ratione prædicati, vt res se habebat in prædictis enunciationibus infinitis.

Deinde d. Consequentes vero ita se habet, vt nunc dicam, &c. Inquit Leui. Q; s, cum dicere, possibile est, sit idem quod dicere, non est necessarium, neq; est impossibile: quia quicquid est possibile, non est necessarium, neque impossibile, vt iam declaratum fuit de ipso possibili: Sequitur ergo manifeste, q;

C ad hoc quod dicimus, possibile est esse, sequuntur hæc duo prædicta: nempe q; non est necessarium esse, & q; non est impossibile esse: quæ etiam sunt simplices. & hoc pacto etiam probatur q; ad hoc, quod dicimus possibile est non esse, sequuntur, non est necessarium non esse, & non est impossibile non esse. & cum idem significet dicere, non est possibile, quod dicere impossibile: quia illud quod non est possibile q; sit, est quidd impossibile vt sit: Sequitur ergo manifeste q; ad hoc, q; dicimus nõ est possibile vt sit, sequitur impossibile est vt sit. & ad hanc q; positionem, s. non est possibile non esse, sequitur impossibile est non esse. Arist. autem dicit, q; ad hanc, non est possibile esse, sequitur, necessarium est non esse. & ad hanc, nõ est possibile nõ esse, sequit, necessarium est esse. & reddit rationem huius rei post hoc, videlicet, quia ipsum impossibile est contrariam ipsi necessario esse: licet sit vtrumque eorum necessarium. similiter quoq; quæ est necessaria affirmativa simplex, vt hæc, necessarium est esse, est vtiq; contraria, necessariæ affirmativæ infinitæ, vt necessarium

D est non esse. sed cum hæc, necessarium est non esse, & hæc, impossibile est ee, sint veraque earum contraria affirmativæ simplicis & vnum contrarium habeat vnicum cõtrarium: sequitur ergo q; significatio harum enunciationum erit vna. & ideo oportet, vt si fit verũ dicere de aliquo, impossibile est esse, q; sit quoq; verum dicere de eo, necessarium est non esse. & iam diximus q; ad hanc, non est possibile esse, sequitur, impossibile est esse: sequitur ergo q; oportet vt ad eam sequatur etiam hæc, necessarium é nõ esse: quia ipsarum significatio est eadẽ. sed, quoniam ad hanc, s. non est possibile nõ es, sequitur hæc, impossibile est non esse: & ad

E Ipossibile non esse contrariam, impossibile est non esse, vel necessarium est esse: & vnum contrarium vnicum habeat contrarium: ergo significatio harum enunciationum erit ea dem. & cum ad hanc, s. non est possibile nõ

F esse, sequatur hæc, impossibile est non esse: ergo sequetur etiam ad ipsã hæc, s. necessarium est esse: q; a significatio est una & eadem.

Enun-

Enunciationum modalium conſecutio famoſa.

Ordo I. **Antecedens.** **Poſſibile eſt eſſe.** **Conſequentes.** **Non eſt impoſſibile eſſe.** **Non eſt neceſſarium eſſe.**	**Ordo III.** **Antecedens.** **Non eſt poſſibile eſſe.** **Conſequentes.** **Impoſſibile eſt eſſe.** **Neceſſarium eſt non eſſe.**
Ordo II. **Antecedens.** **Poſſibile eſt non eſſe.** **Conſequentes.** **Non eſt impoſſibile non eſſe.** **Nõ eſt neceſſarium non eſſe.**	**Ordo IIII.** **Antecedens.** **Non eſt poſſibile non eſſe.** **Conſequentes.** **Impoſſibile eſt non eſſe** **Neceſſarium eſt eſſe.**

Deinde dicit. Cumque animaduerterimus huiuſmodi conſecutionem famoſam, eamque diligenter conſyderauerimus, inuenimus q̃ hoc eſt, ſi conſyderemus habitudinem illam, & rationem rei, quæ ſequitur ex poſſibili affirmatiuo, ad rem, quæ ſequitur ex poſſibili negatiuo, quod eſt ſuum cõtrarium, inueniemus, q̃ ad hanc, eſt poſſibile, & non eſt poſſibile, ſequitur, eſt impoſſibile, & non eſt impoſſibile. hoc eſt, q̃ quem admodum ad hanc, eſt poſſibile, ſequitur, non eſt impoſſibile, ita ad contradictorium huiꝰ, ſcilicet eſt poſſibile, quod quidem eſt, non eſt poſſibile, ſequitur contradictorium ipſius, non eſt impoſſibile, quod eſt ſcilicet, eſt impoſſibile. & hoc patet tum in infinitis, tum etiam in ſimplicibꝰ: videlicet, quòd quemadmodum ex hac, ſcilicet poſſibile eſt eſſe, ſequitur, non eſt impoſſibile eſſe: & ita quoque ex ipſo contradictorio, quod quidem eſt, non eſt poſſibile eſſe, ſequitur contradictorium quod eſt, impoſſibile eſt eſſe. & hoc idem declaratur in infinitis.

Declarauimus autem q̃ inferens ſit ipſum poſſibile, & conſequens ſit ipſum impoſſibile: licet ex verbis libri videtur potius contrarium: quia non eſt verum q̃ ex hac, ſcilicet non eſt impoſſibile, ſequatur, ergo eſt poſſibile. quia cum dicimus non eſt impoſſibile, verificatur de neceſſario: quia quòd eſt neceſſarium non eſt impoſſibile. & adhuc non fuit probatum verum dicere, eſt poſſibile, nec fuit eorum de neceſſario: & maior pars verborum huius libri videntur ſignificare hanc ſententiam: videlicet quòd poſſibile eſt quod inferunt ex neceſſario. & hoc ſignificauit forſaſſe, cum dixit, eamq; diligenter conſyderauimus vndequaque. Sed in enunciationibus affirmatiuis non reperitur hic ordo. videlicet, q̃ contradictorium non eſt verum, q̃ inferat contradictorium: ſed contradictorium infert contrariũ cõtradictorij. hoc eſt, q̃ dicere poſſibile eſt eſſe, infert non eſt neceſſarium eſſe: & contradictorium huiꝰ, ſ. poſſibile eſt eſſe, quod eſt, non eſt poſſibile eſſe, non infert, neceſſarium eſt eſſe, quod eſt contradictorij huius, non eſt neceſſarium eſſe: ſed econtra, ſcilicet q̃ eſt neceſſarium non eſſe: quia iã diximus, q̃ eſt contrarium huius neceſſarium eſt eſſe.

Deinde dicit. Cum ergo examinabitur, &c.

Inquit

A Inquit Lent. Aristote. dicit, q; si recte consyderemur res, videbimur, q; ita se habebit id quod infert possibile de necessario, sicut illud quod infert possibile de ipso impossibili. videlicet q; contradictorium inferet contradictorium: & huius rei causam posset hoc explicabis. Cum ergo sequatur ad hanc, nō est possibile esse, hæc, necessarium est non esse, vt probatum fuit: sequetur igitur ad hanc, possibile est esse, quod est contradictorium illius, hæc, scilicet non est necessarium non esse: quod est contradictorium eius, & non hæc, non est necessarium esse, quam posuimus prius sequi ad hanc, possibile est esse & per hoc probabitur, quod ad hanc, scilicet possibile est non esse, sequitur hæc, non est necessarium esse. nam si fuit probatum, q; ad hanc, scilicet non est possibile non esse, sequitur hæc, necessarium est esse. Ad hanc ergo, scilicet possibile est nō esse, quod est contradictorium, sequetur hæc, non est necessarium esse, quod est cōtradictorium. D

Aristote. autem dicit, q; necesse est, q; ad hanc, scilicet possibile est eē, sequatur hæc, non est necessarium non esse: non hæc, non est necessarium esse. & ad huiusmodi declarationē proponit, & dicit, quòd ad hāc, scilicet necessarium est esse, sequitur hæc, possibile est esse. Et postquàm Aristote ita rem disposuit, dicit, q; inter propositiones affirmatiuas ad hanc, scilicet possibile est esse, sequitur hæc, non est necessarium non esse. quia oportet omnino, vt ad eam sequatur vna ex quatuor harum enūciationum: videlicet, vel affirmatiua simplex, uel eius negatiua: vel affirmatiua infinita, vel eius negatiua. B E

Enunciationum mod alium consecutio vera.



A Sed poſſit quis quærere, cur ad hanc, ſ poſſibile eſt eſſe, non poſſunt ſequi duæ ex his enunciationibus: manifeſtum eſt eſt oportet, vt ſi ſit verum dicere de aliquo, poſſibile eſt eſſe, q erit etiam verum dicere de eodem, neceſſarium eſt eſſe, vel eius oppoſitum: quia ſunt contradictoria, cum ipſa eō tradictoria, non poſſunt eſſe ſimul falſa de eadem re. & ſimiliter etiam probabitur q oportet vt vere dicatur de ipſo neceſſariō eſt non eſſe, vel eius oppoſitum. oportet ergo vt ad hanc, ſ poſſibile eſt eſſe, ſequantur duæ ex illis quatuor enunciationibus. Nos autem dicimus, q ſi hæc, poſſibile eſt eſſe, non dicerentur æquiuoce de pluribus rebꝰ, q̄ de vna, hoc eſſet verum: quia iam fuit p- batum, q contradictoriarum ſi vna eſt vera, altera eſt falſa. ſed cum ipſum poſſibile B dicatur æquiuoce de neceſſario, & de poſſibili: (nam iam fuit probatum q ſequitur ad neceſſarium eſſe) ergo non oportet vt veriſi cetur de ipſo niſi vna ex illis quatuor enunciationibus: vt declarabitur. At quo pacto ſit opꝰ, vt ad illam ſequatur vna illarū quatuor enunciationum, iam dictum fuit. nempe, quia cum ipſum poſſibile dicatur æquiuoce de pluribus rebus, vel de vna re, tunc neceſſe eſt vt vel vere dicatur de ipſo poſſibili vero trſn, videlicet q eſt poſſibile eſſe, & non eſſe: & tunc erit verum dicere de ipſo, nō eſt neceſſarium eſſe: quia vere dicitur de impoſſibili & de poſſibili: vel q vere dicatur de poſſibili & neceſſario: vel de impoſſibili, vel de neceſſario, aut de impoſſibili & de neceſſario, aut de tribus hꝰ modis ſimul: ſed nō poteſt dici de his tribus modis C ſimul, neq; de neceſſario, & impoſſibili: & hoc nemo dubitat: ſequitur ergo vel q vere dicatur de impoſſibili tantum, & tunc vere dicetur de ipſo, neceſſarium eſt non eſt: vel q vere dicatur de neceſſario trſn, & ſic erit verum dicere de eo, neceſſarium eſt eſt: vel q vere dicatur de poſſibili & de impoſſibili & tunc erit verum dicere de eo, nō eſt neceſſarium non eſſe. Ariſto. tñ dicit, q non oportet vt vere dicatur de ipſo ex his enunciationibus, niſi hæc, non eſt neceſſarium non eſſe. & hoc ideo, quia non videtur eſſe neceſſariū vt vere dicatur de eo quod eſt, poſſibile ℓ eſſe, neceſſarium eſt eſſe: quia hęc, poſſibile eſt eſſe, verificatur de pluribus q̄ verificetur neceſſarium eſt eſſe: & ideo poteſt eſſe verū poſſibile: & tunc non erit hoc verum. Similiter etiam non erit verum dicere de ipſo, non eſt neceſſarium eſſe: quia iam fuit dictum, q neceſſarii eſt eſſe: hoc D eſt, q eſt verum dicere de eo, quod eſt neceſſarium non eſſe, non eſt poſſibile eſſe. ergo nihil aliud relinquitur, niſi vt ſequatur ad ipſum hæc, non eſt neceſſarium non eſſe. p horum autem iam fuit ſuperius q ſequitur ad ipſum, ſ q ipſum poſſibile vere dicitur de neceſſario & de poſſibili. & cum dicitꝰ etiam, non eſt neceſſarium non eſſe, verificantur omnino de neceſſario & de poſſibili. ſed non ſequitur ex eo de neceſſitate: videlicet, q ex hac, poſſibile eſt eſſe, ſequatur hęc, non eſt neceſſarium non eſſe. & hoc etiam eſt neceſſarium, videlicet, vt ſequatur ad ipſum: quia non contingit ex hoc illud inconueniens, quod contingebat, ſi ponerem⁹ q id, quod ſequitur ad ipſum, ſit hæc, non eſt neceſſarium eſſe: quia ſequeretur inutia illi poſitionem, vt id, quod ſ neceſſarium eſt, nō E fit neceſſarium eſſe, quod eſt maxime abſit dum. Sed, ſi ſequatur ex hac, ſ poſſibile eſt eſſe, hæc, non eſt neceſſarium non eſſe, nihil habet inconuenientis: quia vtraq; hæc poteſt verificari de hac, ſ neceſſarium eſt eſſe. Ariſt. autem affert dubium, quod inſurgit contra id, quod dixit, q ad hanc, ſ neceſſe eſt eſſe, ſequitur hæc, poſſibile eſt eſſe. & anteq narret illud dubium, ſtatum declarat huiuſmodi conſecutionem ſic: q̄n, ſi ad hanc, ſ neceſſarium eſt eſſe, non vere ſequeretur, ergo poſſibile eſt eſſe, tunc oporteret vt ſuum contradictorium eſſet verum: & eius quidem contradictorium vel erit hæc, non eſt poſſibile eſſe, vt paulo ante dicebat, vel hæc, poſſibile eſt non eſſe: cum tñ nullū horum vere dicatur de hac, neceſſarium eſt eſſe: ergo oportebit vt vere dicatur de ipſo F hæc, ſ poſſibile eſt eſſe. At admiratione dignum eſt, cur Ariſt. dicat, q contradictorii huius, poſſibile eſt eſſe, ſit hæc, poſſibile eſt non eſſe: cum tam ſuperius fuerit dictum, q non eſt contradictorium eius, immo cōſequens ex ipſa. declaratumq; fuit, q negatio ponitur in his enunciationibus ante ipſum modum. Ad hoc autem dicendum eſt, q, cum propoſitum huius declarationis ſit, q ipſum poſſibile vere dicatur de neceſſario (& hoc iam fuit prius declaratum) poſſet tñ aliquis arbitrari, q id quod fuit dictū ibi in declaratione huius rei, q contradictorium huius, ſ poſſibile eſt eſſe, eſt hæc, non eſt poſſibile eſſe, nō ſit verum, ſi ipſum poſſibile vere dicatur de neceſſario: quia contradictorium ipſius neceſſarij eſt ipſum impoſſibile, atq; ipſum poſſibile, videlicet, q

id,

G id, quod non est necessarium, possit esse impossibile, vel possibile: ideo volunt ponere hic ipsum contradictorium perfectum, quo modocunq; significet ipsum possibile: videlicet, licet dicat de ipso necessarium, quia contradictorium ipsius necessarij est ipsum impossibile, & possibile. & id ponit hanc duo contradictoria huius, possibile est esse. At manifestum est, q non erat propositu hoc necessarium ipsi Aristoteli nam, si cum dicimus, possibile est, vere dicerentur de necessario hæc duo contradictorium perfectum non esset hæc, non est possibile nihilominus adhuc quæstionem nostram esset declarasse: sine concedamus, q vere dicatur de necessario, sine non concedamus illud. Sed dubitet, quod omnis hoc quidem est, quia sequeretur q id, quod necessario est, possibile est
H esse & non esse, quod est absurdum. Cum itaq; sit verum id quod declaratum fuit dicimus, videlicet q ad hanc propositionem, f ne cessarium est esse, sequitur hæc, possibile est esse: & sit quoq; verum illud inconueniens, quod sequitur ex huiusmodi consecutione: relinquitur igitur q ipsum possibile dicat de pluribus rebus: & secundum vnum significatum eius sit vera prædicta consecutio: & secundum aliud significatum sit verum illud inconueniens prædictum. nam, si ipsum possibile non diceretur nisi de vna re, tunc oporteret vt illa consecutio prædicta esset simul vera & falsa: quod est impossibile. & hoc inducitur quoq; patet, vt ipse inquit.

Deinde d. vel potentiam communem rõni habent, i. intellectui humano: quia ei ascribuntur actiones electionis, quæ f. ab electione proueniũt. sed actiones reliquorum ani-
I malium ascribuntur quidem naturæ non e' ethoni, vt in scientia Naturali declarati fuit. Manifestum autem est, q nos vocamꝰ quandoq; possibile, id quod existit semper in actu, & nulla præcessit possibilitas ad eiꝰ actum: vt est motus corporum cœlestium, iuxta sententiam ponentium æternitatem mundi. itidemq; vocamus possibile, id quod non existit actu, sed est aptum reperiri in futurum. & hoc dicitur de rebus mobilibus, tam corruptibilibus, q̃ incorruptibilibus. quia in rebus immobilibus non ascribitur earum esse alicui tempori, vt in scia Naturali probatur. & ideo non dr numerus duplis erit par eras: vel omnis homo erit rationalis in tali tempore: quia hoc est semp necessarium. In rebus vero incorruptibilibus certus rei est necessarius: vt cum dicimꝰ, Sol erit in tali tempore in capite arietis. sed qr K
in rebus corruptibilibus contingit, eius oppositum non est necessarius: vt cum dicitur Socrates ibit eras ad talem locum. Secundum vero genus, videlicet ille alius modus, q fuit prius nominatus, reperitur quidem in rebus immobilibus. nam dicitur palam ab omnibus, q possibile est ut angulꝰ trilgualis sint equales duobus rectis: licet hoc sit semper necessarium. & hoc genus ipsius possibilis sequitur ad necessarium esse. Primum vero genus, videlicet de quo fuit factus sermo primo à nobis nunc, quod quidem est ipsum secundum genus, nõ sequitur ad ipsum necessarium, in rebꝰ videlicet corruptibilibꝰ: sed bene sequitur ad ipsum necessarij, I rebus incorruptibilibus quia necessarium, vt paulo ante diximus, dicitur de his modis. L
Sed eum ipsum possibile sit magis universale, q̃ ipsum necessarij, ideo sequitur ad necessarium, sicut sequitur particulare ad universale: sed non consertur hoc. his igitur modis ipsius possibilis ita declaratis, oportet ut in hac figura primo sumentur hæc, f. necessarium est esse, non est necessarij esse: deinde locentur sub illis reliqua genera, q ad illa consequuntur, seo debito loco. Arist. autem dicit, q hoc tractabit, explebitq; in libro Priorum. Nos tñ non inuenimus ipsum quicquam egisse de his, quæ hæc promittebat de hoc negocio p id, quod inuenimus. Auerroes autem asseruisse de uerbis Aristo. Et ideo nos locabimus hanc figuram hoc modo, & ponemus primo sub qualibet istarum illas, q consequuntur ad eas, quia earum significatio est eadem: nos illas, quæ consequuntur M
ratione uniuersalitatis & particularitatis. & ponemus primo ipsum necessarium, qa est causa rerum possibilium, ut inquit Arist. de inceps ipsum possibile, quia habet aliq d entitatis: demum ipsum impossibile. & sic ad hanc, f necessarium est esse, eo quia significatio est ea dem, sequetur hæc, f non est possibile non esse, & hæc alia, impossibile est non esse, ut paulo ante diximus. Contingit autem consecutio unius ex altero, ratione generalitatis & particularitatis: ut ex hac, necessarium est esse, hæc, non est necessarij non esse, & ex hac, possibile est esse, hæc, nõ est impossibile esse: nam hęc omnia uere dicuntur de necessario & de possibili. & ideo si fueri t uera hæc, necessarium est esse, uel enunciationes habentes eius significatum, quæ sunt hæ, n ɔn est possibile non esse, & impossibile est non esse, erit uera quæ liber

istarum

G

idarum: sed non econtra. quia si fuerit uerum uniuersale, non oportet ut sit uerum ipsum: particulare. quod potuerit esse possibile, & tunc non erit uerum ipsum: neque id quod habet significationem necessarij. econtra uero res se habet in falsitate: nã dicitur, q si uniuersale fuerit falsum, fuerunt partes huic erit quoque falsum: & non econuerso. & sic ad hanc enunciationem, Non est necessarium esse, cum significato sit eadem, sequitur hec, Possibile est non esse. & hec, non est impossibile non esse. nam hec ambe docuerat de possibili, & de impossibili. & hoc est de se notum. Potest adhuc probari hoc, ratione suorum conuersibiliorum, quæ quidem non uerificantur nisi de ipso necessario. & ideo oportet ut hæc uerificentur: de ipso impossibili, & de possibili: quæ fuerit reliquæ materiæ. Consecutiones uero, quę fuerit affirmatiuum existente uniuersalitatis & particularitatis, fuerit, ut ad hanc, non est necessarium esse, sequitur hæc, necessarium est non esse. & ad hanc, non est possibile esse, hanc, impossibile est esse: quia omnia hæc uerificantur de ipso impossibili illum, ut dictum eam fuit. & ideo necesse q, q si fuerit uera quarum harum trium, ut sit uera hæc, non est necessarium esse, uel illæ enunciationes, quæ habent eam significationem quia si est uerum particulare, est quoque uerum uniuersale: sed non conuertitur hoc. In falsitate uero res eas contrario modo se habet. & hoc quidem est contrarium eo quod enumerabam ex confectione facta ratione uniuersalitatis, & particularitatis in illo alio modo, eam in ueritate q in falsitate. Et hæc, quæ sequuntur est eius figura. K

H

Necessarium est esse.
Non est possibile non esse.
Impossibile est non esse,

I

Non est necessarium esse.
Possibile est non esse.
Non est impossibile non esse,

Hæ utique consequuntur inuicem, qui earum significatio est eadem. consecutiones uero, quæ consinguæ ex posterioribus ad priores, uel econtra, ratione uniuersalitatis & particularitatis, in sequenti figura describentur.

Non est necessarium non esse.
Possibile est esse.
Non est impossibile esse.

Necessarium est non esse.
Non est possibile esse.
Impossibile est esse.

Id autem quõd dicit, q semper existit actus eum ipsa potentia, ut motus, intelligit de motu cœlesti, ut in Philosophia Naturali probabitur: nempe, q semper seruat ipsam potentiam. & in summa esse cuiuslibet rei infinitæ, quatenus est infinita, semper ipsam seruat potentiam, ut numerus qui augetur potentia in infinitum. quia quantumcunque addiderimus in ipsum, poterimus adhuc magis addere, & seruat semper huiusmodi potentiam: hoc est, q non dabitur aliquis numerus sine huiusmodi potentia. & similis est ratio in diuisione linex: quod ipsa diuiditur in ipsa semper diuisibilia: & ideo existit semper eum hac potentia.

I

Quæ enunciationes, contraria magis sibi inuicem esse dicantur. Cap. 7. M

VTrum autẽ contraria est affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi quæ dicit, q omnis homo iustus est, ei quæ est, nullus homo iustus est: aut ois hõ iustus est, ei quæ est, ois homo iniustus est: vt, est Callias iustus, nõ est Callias iustus, Callias iniustus est, vtra harum cõtraria est? Nam si ea, quæ sunt in voce. sequuntur ea, quæ sunt in intellectu, illic autem cõtraria est SECTIO QVINTA, secũdum Græcos.

Idẽ principio primi huius.

A est opinio contrarij, vt ꝙ oīs hō iustus est, ei quæ est, oīs hō iniustus est, etiam in ñs, quæ sunt in voce affirmationib⁹, necesse est similiter sese habere. ꝙ si neque illic contrarij opinio contraria est, nec affirmatio affirmationi erit contraria: sed ea q̄ dicta est negatio. quare consyderandum est q̄ opinio falsa opinioni vere cōtraria est, vtrum negationis, an ea q̄ contrarium esse opinat. Dico autem hoc modo. est quædam opinio vera boni, ꝙ bonū
B est: alia aūt ꝙ nō bonum, est falsa: alia vero, ꝙ malū: vtra harū contraria veræ? & si est vna, ſm quānam contraria. Nā arbitrari contrarias opiones definiri, eo ꝙ contrariorū sunt, falsum est. Boni. n. ꝙ bonū ē, & mali ꝙ malum est, eadem fortasse opinio est etiam vera, siue plures, siue vna sit. sunt aūt ista cōtraria, sed non eo ꝙ contrariorum sint, cōtraria sunt, sed magis eo ꝙ contrariæ. Si ergo est boni quidē ꝙ est bonū opinio, alia aūt ꝙ non
C bonum est: est aūt aliquid aliud quod non est, neq; esse pōt: aliarum quidē nulla ponēda ē neq; quæcunq; esse quod non est opinanſ: neq; quæcunq; non eē q̄d est. infinitæ. n. vtræq; sunt, & q̄ esse opinantur quod non est: & quæ non esse quod est. Sed in q; buscunq; fallacia est. hæ autem sunt ex ñs, ex quibus sunt generationes. ex oppositis vero generationes, quare ēt fallaciæ. Si ergo quod bonum est, & bonū & non malum est: & hoc quidē D ſm ſe, illud vero ſecundum accidens (accidit enim ei non malū esse) magis autem in vnoquoq; vera est quæ ſm ſe est etiam falſa, siquidē & veræ ergo ea, quæ est, ꝙ non est bonum quod bonum est, eius quæ ſm ſe est, falſa est: illa vero quæ est, ꝙ malū est, eius quæ ſecundum accidens. quare magis erit falſa de bono, ea quæ est negationis opinio, cō ea quæ est contrarij. Falſus est autem maxime circa ſingula, qui contrariam habet opinio- E nem: contraria enim ſunt eorū quæ plurimum circa idem differunt. Si igitur harum contraria est altera magis vero negationis est contraria: manifestum est ꝙ hæc erit contraria. Illa vero quæ est, ꝙ malum est quod bonum est, implicita est. etenim ꝙ non bonum est, necesse est forte ipſum eundem opinari. Amplius, ſi etiam in alīs ſimiliter oportet ſe habere, & hoc modo videbitur bene esse dictum. Aut enim vbique ea quæ F est contradictionis, aut nuſquam. quibus vero non ſunt contraria, de illis quidem falſa, quæ est vere oppoſita: vt qui hominem non putat esse hominem, falſus est. ſi igitur hæ contrariæ ſunt, etiam & aliæ, quæ ſunt contradictionis. Amplius, ſimiliter ſe habet opinio boni quod bonum est, & non boni ꝙ non bonum est. & præter has boni quod non bonum est, &

non

G nõ boni ꝙ bonum eſt. Illi ergo quę eſt, non boni ꝙ nõ bonum veræ opinioni, quæ eſt contraria? Non.n.ea quę dicit, ꝙ malũ eſt, *ſi aliqñ fuerit vera.nunq̃ aũt vera veræ contraria eſt: eſt n.quoddã non bonũ malũ. qua re contingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa quę eſt, ꝙ non malum: vera.n.& hæc: ſimul.n.& hæc erũt. Relinquitur igitur ei quę eſt non boni, ꝙ *non bonũ eſt, contraria ea quæ eſt non bo ni, ꝙ bonum eſt. falſa.n.hæc *. quare & ea quæ eſt boni ꝙ non bonum eſt, ei quæ eſt boni, ꝙ bonum eſt. Manifeſtum ergo ẽ, ꝙ nihil intereſt, nec ſi vſr ponamus affirmationẽ. vſus.n. negatio contraria erit. vt opinioni q̃ opinatur, ꝙ omne qđ eſt bonũ, bonũ eſt, ea quę eſt, ꝙ nihil eorũ, quę bona ſunt, bonũ eſt. nã ea quę eſt boni, ꝙ bonum, ſi vſr ſit bonum, eadẽ eſt ei, quæ opinatur, ꝙ quicquid bonum eſt, quod bonũ eſt. hoc aũt nihil differt ab eo qđ eſt, ꝙ omne qđ eſt, I bonũ, bonũ eſt. vſr aũt &, in nõ bono. Quare ſi in opinione ſic ſe habet: & ſunt hę, quę ſunt in voce, affirmationes & negationes, noteę earum quę ſunt in anima: manifeſtum eſt ꝙ affirmationi cõtraria quidem negatio eſt, q̃ de eodem vſr: vt ei quæ eſt, ꝙ omne bonum, bonũ eſt, vel ꝙ oſs homo bonus, ea quæ eſt, ꝙ nullum, vel nullus: contradictorie aũt quę eſt ꝙ nõ oẽ, *aut nõ oſs. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ & veram verę non contingit K eſſe contrariam, neq; opinionẽ, neq; contradictionẽ. contrarię .n. quę circa oppoſita ſunt: circa eadem aũt contingit verũ dicere eundẽ: ſimul aũt non cõtingit eidem ineſſe contraria.

*a.l.ſimul .n.aliqñ.

*a.l.nõ bo nũ vere cõ traria ea q̃

H ẽ nõ boni, qđ bonũ falſũ. falſa enim hęc.

*a.l.& ꝙ

Quæ enunciationes magis ſibi inimicè contrariæ eſſe dicantur.

Differentia Quarta.

INquit. Cùm orationes oppoſitę, vel opponantur per affirmationem & negationẽ, vel quia earũ materię ſunt contrariæ: & ſunt illę L orationes, quarum prædicata ſunt contraria: & in his quarum prædicata ſunt contraria, videtur reperiri aliquid ſimile illis quinq; ſpeciebus oppoſitorum, quæ ſe tenent ex parte affirmationis & negationis, quæ iam prędicta ſunt: idcirco conſentaneum eſt nunc conſyderare, quęnam harum orationũ ſit magis contraria, magisq; differat in mente & opinione: vtrum ſ. contraria, q̃ ſunt p affirmationẽ & negationem: aut illa contraria, quæ ſunt ſm opinionem contraria. vt exempli gratia huic, omnis hõ eſt iuſtus, M opponunt duę orationes: vna eſt, nullus hõ eſt iuſtus, & eſt oppoſitio per negationem: alia eſt hæc, omnis homo eſt iniuſtus, quæ eſt oppoſita ſm contrarietatem. quę itaq; harum ſit magis cõtraria huic, omnis hõ eſt iuſtus, an ſ. hæc, nullus homo eſt iuſtus, vel hæc, oĺs hõ eſt iniuſtus? Dicendũ ergo eſt, ꝙ cùm dictiones ſignificent res, quę in anima exiſtunt: in ipſa aũt mente datur opinio alicui⁹ rei. & opinio eius contrarij, aut opinio vnius rei, &

opinio

A opinio negatiõis illius: idcirco manifestum est, ꝙ vna oratio est contraria alteri oroni, aut ei opposita, ea rõne qua opponuntur opiniões in mente existentes: tũ in opinione contrarij, tum ét in opinione negationis. Considerandũ itaq; est, quęnam opinio maxime contrarietur alteri opinioni, tum veræ, tum falsæ: an ꝛopinio contratij eius, an eius negationis opinio. vt exempli cãʒ, si opinemur aliquid esse bonũ, & hmõi opinio sit vera (vt cũ opinamur viuere esse bonũ) ergo duę dabunt opiniones falsæ, oppositę il-

B li opinioni: quarum vna est, ꝙ sit malũ, altera vero, ꝙ nõ sit bonum. & vtra harum duarum opinionũ falsarum, quæ de ipso viuere hãbentur sit maxime contraria in mente illi veræ opinioni, quæ ſ. est, ꝙ viue re, sit bonũ: vtrũ ſ. illa sit opinio dicens, ꝙ sit malũ: aut illa quæ dicit, ꝙ non est bonum. Dicimus ergo ꝙ per illam contrarietatẽ, quę in opinione reperitur, quę est maxime diuersa. põt fieri cõparatio cõtrarietatis extra animam existentis in materijs. Vtrũ ſid quod est extra animã magis contrarium, oporteat eẽ

C magis cõtrariũ in opinione, vel ne. Ad quod dicimus, ꝙ cùm illæ res duæ, quæ extra animam opponuntur per duo contraria, sint minoris contrarietatis in opinione, q̃ illæ q̃ p contrariũ vnũ contrariãtur: vel ꝙ cum hoc adhuc non sunt cõtrariæ in opinione, immo maior pars earum consequuntur ſese inuicem: vt cùm opinamur, ꝙ vita est bonũ, & mors malum: hæc n. duo dicta sunt contraria in prædicato, & subiecto extra animã: constat ergo ex his cãm contrarietatis existentis in opiniõe nõ esse illã contrarietatẽ, q̃ D extra animam existit. nam, si hæc eẽt illius causa, tũc ſequeretur ꝙ id, quod est magis contrarium extra animam, deberet esse magis cõtrariũ in opinione. Id igit' qđ intelligitur cõtrarium in opinione propter materias. debet dici potius nõ esse contrarium simpliciter in opinione. At ea contrarietas, quæ in opinione existit ratione affirmationis & negationis, non fit propter aliud ſed propter ſe, & propter rem existentem in ea in mente. id vero, qđ est contrarium pp ſe, potius debet dici contrariũ, q̃ illud qđ est cõtra- E riũ per aliud. Præterea, cùm habuerimus alicui⁹ rei opinionẽ, vt sit bona, & hmõi opinio fuerit vera, tunc non oſs opinio falſa, quã habemus de illa re, est illa opinio, q̃ est contraria huic opiniõi veræ. vt cũ putem⁹ id habere illud, quod nõ habet: vel non habere id, quod habet. opiniones enim sunt infinitæ. At illa opinio, quæ huic opinioni est contraria, erit vtiq; vna opinio, & est illa, quæ ſemper diuidit verum à falſo cum prima opinione. & istæ quidẽ sunt illæ duæ opiniones, quæ ponũt vtranq; partẽ cõtradictorij in ipso F quæsito. mox contingat in eis dubietas, quænam illarum sit vera, & quę falſa. Sed in illis duabus opinionibus, q̃ possunt simul esse verę, vel simul falſæ de eodem ſubiecto, non põt contingere ambiguitas arq; deceptio, neq; ponunt' partes cõtradictorij in ipso quæsito: ita vt veritas in vna earũ actu existat per ſe, licet apud nos nõ perfecte habeatur. palã aũt est, ꝙ opinio, quę opponitur ipſi enti vere, est illa, à qua fit generatio, & est ipſa negatio. qm̃ gene-

G ratio ſit à nõ ente ad ens: contrapoſ
uero ab ente ad nõ ens. At opinio,
quę habetur de rebus alterabilibus,
habentibus ſ. alterationem, quę ex
contrarijs fit, eſt vtiq; minoris con-
trarietatis in opinione: q̃m prima-
tio magis opponitur enti, q̃ vnum
contrarium alteri contrario. quia
cõtrarium eſt ens aliquod: & ideo
nõ fit generatio ab ente niſi per ac-
cidens. Ad hæc, q̃m opinio, quę per
negationem habetur, determinat
omnino ablationẽ opinionis affir-
matiuæ per ſe: quoniam eſſentia
ipſius negationis determinat ab-
H lationem affirmationis, quæ qui-
dem rem exiſtentẽ indicat ac eſſen-
tia opinionis contrarij ipſi prędica-
to de aliqua re, quam putamus in-
eſſe prædicato, non determinat ab-
lationẽ affirmationis: q̃m ortus ali-
cuius contrarij in ipſo ſubiecto nõ
cogit ſecundũ ſe auferri eius cõtra-
rij ſibi oppoſitũ: ſed eſt quid acci-
dẽs ex ortu illius cõtrarij in illo ſub
iecto, nempe, q̃ auferatur ipſum cõ
trarium, adueniente alio contrario
in ipſum. vt exempli cã, ablatio ca-
li. di ab ipſa aqua aduenięte frigido
in ipſam, debet quidẽ referri ad ip-
I ſum frigidum ex ſecũdario propo-
ſito, vel ſecundum accidens. nã hu-
iuſcemodi ablatio orta quidem eſt
ab ipſo eſſe per accidens. ſed illa ab-
latio, quę fit per negationẽ, oritur
quidẽ ab ipſa negatiõe per ſe. id ve-
ro, à quo ſequitur ablatio affirma-
tionis ſecundũ ſe, potius debet eſſe
cõtrarium exiſtens in opinione, q̃
id à quo ſequit opinio per accidens,
aut ex ſecundo propoſito: eſtq; ex-
actius cõtrariũ, atq; validius. Cũq;
duo cõtraria maxime diſtent, & il-
lud contrarium quod in opinione
exiſtit de aliqua re, quæ ab ipſo cõ- K
tradictorio procedit, validius ſit q̃
illud, quod habetur ꝑ opinionem
contrarij eius exiſtentis extra ani-
mã: perſpicuum ergo eſt, ꝙ opinio
contradictorij eſt opinio ſimplici-
ter contraria ipſi affirmationi. Præ-
terea opinio, q̃ habet de aliquo bo-
no, ꝙ ſit malũ, eſt vtiq; opinio, ex
qua alia ſequitur opinio, videlicet,
ꝙ non eſt bonũ. ad opinionem ve-
ro de aliquo bono, ꝙ non ſit, nõ ſe-
quitur alia opinio, ſ. ꝙ ſit malum.
Si ergo res ita ſe haberet, non da-
retur aliqua opinio cõtraria in rebus
non habentibus contrariũ. Opinio L
ergo negationis eſt generaliorꝭ cõ
trarietatis ipſi affirmationi, quã ſit
opinio contrarij, quæ eſt contraria
ſecundum ſe: quia reperitur in re-
bus habentibus contrarium, atque
nõ habentibus. oportet autẽ vt opi-
nio, quę naturaliter contrariat af-
firmationi, ſit illa, quæ vbiq; repe-
ritur. ñ alicubi ſic, alicubi nõ. Opinio
ergo vbior, q̃ vbiq; ac ſm ſe eſt cõ-
traria, erit vtiq; validioris cõtrarie-
tatis, q̃ ſit illa opinio, quę alicubi re
perit, alicubi vero non. q̃m vbi eſt
pꝛ̃ natura ipſo particulari. & ideo
dato particulari, datur & vbi: & nõ M
econtra, videlicet, vt dato vbi, detur
particulare. Et ſi ipſa negatio ſit il-
lud cõtrarium in opinione rei, q̃
nõ habet cõtrarium, ſequitur ergo
vt contrarium paſſim ſit ipſa negatio, ſ. maxima in extremo. Item, cũ
opinio de eo quod eſt bonum, ꝙ
ſit bonum, & opinio de eo q̃ non
eſt bonum, ꝙ non ſit bonum, ſint
duæ opiniones veræ, & opinio de
eo quod non eſt bonum, ꝙ ſit bo-
num, aut de eo quod eſt bonum, ꝙ
non ſit bonum, ſint duæ opiniones
falſæ.

A falſæ. Ego autē dubito quæ ſit illa opinio, quæ cōtrariatur huic noſtræ opinioni, quā habemus de eo quod nō eſt bonum, ꝙ non ſit bonū, quæ eſt vera opinio. qm̄ alterum trium neceſſe eſt eſſe: nempe, vel vt cōtrarie ei opinio ſui cōtrarij, quod eſt ipſa opinio de eo quod non eſt bonum, ꝙ ſit malū: aut vt ſit ipſum cōtrarium, ipſa negatio cōtrarij, quæ eſt ipſa opinio de eo quod non eſt bonum, ꝙ non ſit malum: aut vt ſit ipſum contrariū ipſa opinio de eo, quod non eſt bonum, ꝙ ſit bonum.

Opinio autem contrarij non erit
B cōtrarium ei in opinione, quia poſſunt eē ſimul veræ: qm̄ multa ſunt, quæ non ſunt bonum, quæ ſunt malum. Opinio quoq; negationis contrarij eius non erit opinio cōtraria ei, cū poſſint ſimul verificari de eadē re. nā vere dici poteſt, ꝙ linea non eſt bona, neq; mala: & tandem quicquid natura ſua non eſt aptum denominari per alterū duorū cōtrariorum. Opinio ergo, quæ contrariatur opinioni noſtræ de eo, qđ non eſt bonum ꝙ non ſit bonum, erit opinio noſtra de eo, quod non eſt bonum, ꝙ ſit bonum. Cùm er-
C go opinio, quæ maxime contrariat opinioni noſtræ de eo, quod non eſt bonum ꝙ non ſit bonum, ſit opinio noſtra, ꝙ ſit bonum: ergo illud contrarium, quod maxime diuerſificatur ab opinione noſtra de eo, quod eſt bonum, ꝙ ſit bonum, erit vtiq; noſtra opinio de eo, vt non ſit bonum: nō noſtra opinio, ꝙ ſit malum. nam, ſi affirmatio eſſet ipſum contrarium maxime diſtans à negatione, tunc oporteret vt maxime diſtaret ab ipſa. cùm igitur vnum contrarium non habeat niſi vnicū contrarium, ſequitur ergo ꝙ id, quod D maxime cōtrariatur affirmationi, erit ipſa negatio. Nec intereſt in his exēplis à nobis adductis de enunciationibus contrarijs ratione affirmationis & negationis, ſiue ꝓferantur cum articulo appoſito ſubiecto per Al, more Arabico, vel per notā vniuerſalem. quoniam iam dixim⁹ ꝙ articulus Al, in Arabico præfert ſignificatum notæ vniuerſalis.

Nihil igitur differt iuxta hanc intelligentiam, dicere ꝙ contrarium opinionis de aliquo quod eſt bonū, ꝙ non ſit bonum: vel dicere, quòd contrarium opinionis, quæ putat E de omni eo quod eſt bonum, quòd nihil eius ſit bonum: quia affirmatio & negatio, quæ eſt opinio contraria, reperitur in anima de ſignificato vniuerſali. Si igit̄ id quod ore promitur, indicat id quod in anima exiſtit de opinione duorū cōtrariorum, ſequitur ergo manifeſte ꝙ cōtrarium affirmationis in ſermone erit negatio in ſermone eiuſdemmet ſignificati vniuerſalis, qđ fuit indicatum per affimationem, quando ſignificauit illud ſignificatū vniuerſale per affirmationem & negationem, dictione vniuerſali, quę eſt F ipſa nota vniuerſalis. vt exēpli cauſa, contrarium huius, omnis homo eſt bonus, eſt hæc quæ dicit, nullus homo eſt bonus, & eius contradictorium hæc, non omnis homo eſt bonus. Palam autem eſt, quòd illæ opiniones, quæ dicuntur contrariæ hic, non debent eſſe veræ opiniones: quia vna veritas non poteſt eſſe contraria alteri veritati, neque opinio veritatis opinioni veritatis, neque dictio contradictoria dictioni: quia oſa illa ſignificant aliquid,

G quod eſt ſecundum ſe verum. Sed opiniones contrariæ ſunt illæ, quæ inter ſe opponuntur per affirmationem & negationem, & ab his p̃ contradictorias & contrarias in materia neceſſaria. quoniam multæ oppoſitæ, vt dictum eſt, poſſunt eſſe ſimul veræ: videlicet indefinitæ & ſubcontrariæ. ſed contrariæ non poſſunt eſſe ſimul veræ de eadem re, neque poſſunt eſſe ſimul falſæ in materia neceſſaria, quia nõ poteſt ſubiectũ denudari ab eis. Et ſic finit expoſitio Auerrois in librum Interpretationis, cui titulus é peri Hermenias.

H Laus Deo glorioſo.

Quæ enunciationes magis ſibi inuicem dicantur eſſe contrariæ.

Differentia Quarta.

LEVI. I Nquit. Cum orationes oppoſitæ vel oppo nuntur per affirmationem & negationẽ, vel quia earum materia, &c. Inquit Leui. Cum Ariſtote narrauerit modos oppoſitionum, & quo pacto diuidant verum à falſo, nunc vult inueſtigare quænam oppoſitionum ſit magis contraria, & magis diuerſa in opinione. & dicit, quòd ipſa oppoſitio, vt iam fuit dictum, reperitur ratione affirmationis & negationis: vel quia prædicata ipſa ſunt contraria. vt cum dicimus, omnis homo eſt iuſtus, omnis homo eſt iniuſtus: vel cum dicimus, omnis homo eſt iuſtus, omnis homo eſt nõ iuſtus, vt fuit declaratum. Poteſt autem reperiri in his, in quibus eorum prædicata ſunt contraria, id, quod ſimiliter quinque ſpecieb⁹ oppoſitorum ſuperius dictis. nam in materia poſſibili, in qua ſubiectum neceſſario denominatur per vnum contrariorum, iam fuit dictum, q̃ ſi eorum prædicata fuerint contraria', q̃ eorum oppoſitio erit æqualis in veritate & falſitate, oppoſitioni ipſorum factæ ratione affirmationis & negationis. nam quemadmodum diuidit verum à falſo, videlicet q̃, ſi vna eſt vera, altera eſt falſa, dicendo Socrates eſt iuſtus, Socrates non eſt iuſtus: ita diuidit verum à falſo, ſi fuerit neceſſarium vt denominetur per alterum iſtorum, dicẽ K do, Socrates eſt iuſtus, Socrates eſt iniuſtus. & pari ratione ſi dicatur, omnis homo eſt iuſtus, omnis homo eſt iniuſtus, erit ac ſi diceretur, omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus: ſi ſit neceſſarium vt omnis homo ſit vel iuſtus, vel iniuſtus. & eadem eſt ratio. At Ariſtot. ideo dixit de quinq; ſpeciebus, quia contradictoriorum non eſt niſi vna ſpecies', videlicet vbi prædicata eorum ſunt contraria: quia ambæ enũciationes ſunt vel affirmatiuæ vel negatiuæ. & ideo non fit diuiſio earum ea ratione, qua vniuerſalis eſt affirmatiua, & particularis negatiua: vel econtra, vt res ſe habebat in oppoſitis ſecundum affirmationem & negationem. Si igitur reperiatur in oppoſitis illis, quorum prædicata ſunt contraria, id quod eſt ſimile illis quinque ſpeciebus, circa diuiſionem veritatis à falſitate. conſyderandum ergo nunc, quodnam iſtorum ſit magis contrarium. Et dicimus, q̃ cum dictiones ſint ſumptæ à rebus exiſtentibus in a nima, & ſignificent eas: & oppoſitio, quæ accidit in illis propoſitionibus, exiſtat I anima tantum, non extra animam: quia nulla extat oppoſitio rei ad ſe extra animã: quia ipſa exiſtit ſolum in vna oppoſitionum, hoc eſt q̃ vel eſt neceſſaria affirmata extra animam, vel negata, vel in vno contrariorum tantum, in eo ſcilicet quod eſt aptum natum denominari per vnum contrariorum: manifeſtum itaque eſt, q̃ oppoſitio fiet in propoſitionibus ratione oppoſitionis opinionum in anima exiſtentium. idcirco conſyderandum eſt, quænam iſtarum oppoſitionum ſit vehementioris oppoſitionis in anima: non quæ ipſarum ſit maioris oppoſitionis extra animam. Ariſtote. autem dicit, q̃ videtur ſecundum apparentiam pu M blicam q̃ contrarietas maxima, quæ in anima exiſtit, eſt illa maxima contrarietas, quę extra animam exiſtit in materijs ipſis: & q̃ propterea oportet vt oppoſitio, quæ eſt ratione contrarietatis, ſit maior q̃ illa quæ ſit ratione affirmationis & negationis. nam magis contrariatur nigrum albo extra animam, q̃ nigrum non nigro. quia quod non eſt nigrum, poteſt eſſe flauum: & flauum non æque contrariatur albo, ſicut contrariatur nigrum albo. nam contrarietas nigri ad album eſt in maxima diſtantia. ſed hæc contrarietas non eſt in vltima diſtantia, ac maxima. & ideo videtur q̃ oppoſitio opinionum maxima, ſequatur id quod eſt

magis

magis contrarium extra animã in ipſis materijs. At Ariſtot. inquitie, vt uni huiuſmodi ſim ſtitudo ſit vera, uel ne. & dicit ꝙ cum duæ res, quæ ſunt contrariæ extra animam duobus contrarijs, uidelicet ratione ſubiecti & prædicati, ut cum dicimus album eſt frigidum, & nigrum eſt calidum, eſt quidem minoris contrarietatis in opinione, q̃ ſint duæ res, quæ ſunt contrariæ per unum contrarium, hoc eſt in ipſo prædicato, vt cum dicimus uiuere bonum, & viuere eſt malum: vel vt ea quæ inter ſe opponuntur per duo contraria, ſeſe conſequãtur ut plurimum: vt in libro Topicorum probatum eſt. hoc eſt, ꝙ ſi dicere, uiuere eſt bonum, ſit uerum, tũc ſequetur ex hoc, iuxta illam artem, ꝙ mori eſt malum. ſequitur autem hoc in illa arte: quia procedit ꝙ probabilia. quod autem eſt probabile, inſert quidem vniuerſale aliquod quod vt in pluribus ſequitur. & tandem ſi prædicatio eſſet per ſe, hoc utique eſſet verum: nempe, vt ipſum viuere ſit bonum ratione viæ. ſed, ſi eſſet per accidens, eſſet falſum. nam poteſt dici, album eſt corruptibile, tamen non erit verum dicere, nigrum eſt æternum. quia album non eſt corruptibile ratione qua album, ſed ratione qua eſt corpus cum poſitum. Si igitur res, quæ ſunt contrariæ extra animam, per duo contraria, ſunt minus contrariæ in opinione, q̃ ſi ſint contrariæ extra animam per vnum contrarium, palam ergo eſt, ꝙ cauſa contrarietatis rerum in opinione, non eſt ipſa contrarietas, quam habent extra animam in materijs. quia ſi cauſa contrarietatis, quæ eſt in opinione, eſſet cõtrarietas, quæ extra animam reperitur, tunc ſequeretur ꝙ illæ res, quæ ſunt magis contrariæ extra animam, eſſent magis contrariæ in opinione: cum tamen oppoſitum huius appareat, vt ſuperius fuit dictum. Conſtat itaque ex his, ꝙ extrema oppoſitio non eſt illa, quæ ſit ratione contrarietatis exiſtentis extra animam in materijs. At contrarietas, quæ eſt in opinione ratione affirmationis & negationis, quæ quidem exiſtunt in anima tantum, vt iam diximus, eſt vtique propter ipſam opinionem per ſe, nõ propter aliud. hoc eſt, ꝙ hæc contrarietas non eſt, propterea quia eſt contrarietas extra animam, quæ non eſt in opinione: id autem quod habet contrarietatem propter ſe, debet vtique eſſe magis contrarium, q̃ quod habet contrarietatem propter aliud, vt ſunt res, quarũ prædicata ſunt contrariæ: ſequitur ergo ꝙ maior oppoſitio rerum ſit per affirmationem & negationem: quia eſt in opinione per ſe, non propter aliud. Neminem autem latet, ꝙ id, qđ eſt contrarium propter ſe, debet eſſe magis contrarium, q̃ illud contrarium quod ſit propter aliud. nam nigrum eſt magis contrarium albo, q̃ veſtis nigra veſti albæ. quia ipſa nigredo eſt contraria albedini per ſe: veſtis vero eſt contraria veſti propter aliud.

Alia præterea ratione probatur, ꝙ inter has oppoſitiones maior oppoſitio eſt illa, quæ ſit per affirmationem & negationem. quoniam, cum habemus veram opinionẽ de aliqua re, manifeſtum eſt, ꝙ non omnis opinio falſa, quam habemus de ea re, eſt cõtraria illi opinioni. q̃a opiniones falſæ, quas poſſumus habere de ea re, poterunt eſſe infinitæ. ut ſi opinemur Socratem eſſe album & cæcum & medicum, & ſit falſum: vel, vt opinemur ipſum non eſſe geometram neque ſcripeorem, & fuerit quoq; falſum. palam autem eſt ꝙ poſſum⁹ habere infinitas opiniones falſas de Socrate: tum affirmando de ipſo quod negatum eſt: tũ etiam negando id, quod in eo exiſtit. ſi contrarietas ergo quæ in anima exiſtit, eſſet propterea quia exiſtit extra animam, tunc omnis opinio falſa, quam de Socrate habemus, eſſet oppoſita opinioni veræ, quam poſſumus de eo⁹ vt ſi opinemur ipſum eſſe hominem, q̃ eſt vera opinio, & opiniones oppoſitæ huic opinioni, ea ratione qua reperiũt ipſe Socrates extra animam, erunt omnes opiniones falſæ, quæ poſſunt contingere fieri de ipſo, & erunt infinitæ. nam, cum hæc opinio ſit vera, & reliquæ falſæ, ea ratione qua ipſe reperitur extra animam in materijs, oportebit vt quælibet harum opinionum falſarum ſit oppoſita illi opinioni veræ, quę de eo habetur, non ratione eſſentiæ ipſius opinionis quia hæc, Socrates eſt albus, non eſt oppoſita huic, Socrates eſt homo: ſed erit illi oppoſita, cum ſciuerimus ꝙ non ſit albus, & ꝙ ſit homo. Et ex hoc ſequentur duo incommoda. Primum, ꝙ vnum contrarium habebit infinita contraria: Secundum vero, ꝙ eædem opiniones erunt quãdoque oppoſitæ, quandoque vero non. Nã, ſi Socrates eſſet albus, tunc hæ duæ opiniones, videlicet ꝙ ſit homo, & ꝙ ſit albus, nõ erunt oppoſitæ. & hæmet ipſæ erunt oppoſitæ in Platone. & ſic non poterimus ſcire

opinio-

opiniones, verum ſint oppoſitæ, vel ne. niſi ſciamus id quod eſt extra animam à quo pendent opiniones ipſæ: verum ſcilicet vna earum ſit vera, & alia falſa. Impoſſibile itaque erit ponere huiuſmodi opiniones, quæ non ſint oppoſitæ ex ſe, eſſe. tuas partes cõ traditionũ in ipſo quæſitorũ vt dicamus p viam inquiſitionis, q̃ Socrates vel eſt albꝰ, vel geometra. quia vtraque harum opinionum poſſibile eſſet ſimul veræ de Socrate, vel falſæ: cum nos non habeamus perfectam veritatem de vna earum, neque ſciamus eſſe ipſius Socratis extra animam. Et ideo videtur q̃ opinio contraria illi opinioni noſtræ, quam habemus de Socrate, q̃ ſit albꝰ, eſt opinio noſtra de eo q̃ non ſit albus. & ſic in huiuſmodi contrarietate, uni contrario vnum dabitur contrarium determinatum, non infinita contraria: quemadmodum erat neceſſarium iuxta illam aliam poſitionem. Adde etiam, q̃ hæ poterunt poni pro duabus partibus contradictorij: licet non ſcamus, quæ ipſarum ſit vera. nam bene poterit verificari de Socrate q̃ ſit albus, vel q̃ non ſit albus, vt dictũ fuit. & tamen non erit neceſſarium, vt ſit albus uel niger: immo poterit eſſe expers vtriuſque horum: neq; vt ſit vel albus, vel geometra, ut iam fuit dictum. Alia præterea ratione id confirmatur, nempe quia oppoſitio affirmationis & negationis aſſimilatur illi oppoſitioni, qua ,poteditur ad generationem, vel ad corruptionem. nam generatio fit ex non ente ad ens, hoc eſt ex negatione ad affirmationem: & corruptio vero ex affirmatione ad negationem. At oppoſitionis ex ente ad non ens, quæ fit ea ratione, qua prædicata ſunt contraria, videtur ſimilari illa oppoſitio, qua procedimur ad alterationem. nã alteratio fit de ente ad ens: hoc eſt ex affirmatione ad affirmationem: vt in ſcientia Naturali probatum fuit. Manifeſtum autem eſt, q̃ alietas in ſubſtantia eſt maioris diuerſitatis, q̃ ſit alietas in qualitate. Nam magis differt homo ab ea re, à qua fuit generatus, quæ non eſt homo, q̃ differat homo niger ab illo. & ſic ſequitur q̃ illa opinio, quæ eſt diuerſa in ipſa ſubſtantia, ad illam, quæ præcedit, eſt magis contraria. q̃ ſit illa oppoſita, quæ eſt diuerſa ratione oppoſitionis ipſius eſſe ad aliud eſſe. Alia iterum ratione id comprobari poteſt. videlicet, quia opinio, quæ fit per negationem, indicat de ſe ablationem opinionis affirmationis. nam opinio, quam habemus de Socrate q̃ eſt albus, indicat q̃ ſe ablationem opinionis de eo q̃ ſit albus. Sed illa opinio quã hõmus de Soc. q̃ eſt niger, non indicat q̃ ſe ablationẽ opinionis de eo q̃ ſit albus, niſi p accidens, hoc eſt, ea ratione qua contigit nigrum non eſſe album. quia vnum eſſe non opponitur alteri eſſe, niſi hac ratione. & ideo illa opinio, quę eſt de negatione, magis opponitur opinioni affirmatiuæ, q̃ opponatur opinio contrarij. & ex hoc ſequitur, q̃ huiuſmodi opinio ſit abſolutæ atque ſimpliciter & maxime contraria opinioni affirmatiuæ. Alia adhuc ratione id firmari poteſt. Quoniam habere opinionem de aliqua re bona, q̃ ſit mala, eſt vtique opinio, quæ aliam affert opinionem, videlicet, q̃ non eſt bona. & poterimus dicere, q̃ hac ratione tantum opinio, quam habemus de re aliqua q̃ ſit mala, eſt oppoſita illi opinio, quam habemus de re q̃ ſit bona: videlicet ea ratione, qua contingit rem malam non eſſe bonam. At opinio, quam habemus de aliqua re bona, q̃ non ſit bona, nõ properea fertur q̃ ſit mala, ita vt poſſimus dicere q̃ hac ratione tantum negatio opponatur affirmationi: quoniam non eſt neceſſarium vt quicquid non eſt bonum, q̃ ſit malum. nam linea non eſt neque bona neque mala. Et ſi adhuc concedamus q̃ opinio, quæ habetur de aliqua re quòd non eſt bona, opponitur opinioni, quam habemus de ea quod ſit bona, ratione opinionis contrariæ, quæ eam infert, quæ eſt ſcilicet, quòd eſt mala, & dentur aliquæ, quæ non habeant contrarium, vt in libro Prædicamentorum probatum fuit: manifeſtum eſt. quòd opinio, quæ de eis habebitur negatiua, non erit opinio cõtraria: quia opinio negatiua de ea non poteſt inferre opinionem contrarij: quia iam fuit ſuppoſitum, quòd non habeant contrarium. ut exempli gratia, ſi cogitemus tempus eſſe quantitatem: & cum quantitas non habeat contrarium, ideo opinemur ipſum non eſſe quantitatem: non poterit utique inferri ex hac opinione opinio contraria ipſi quantitati. & ideo patet, quòd in rebus non habentibus contrarium non datur oppoſitio: quod eſt falſum. Conſtat itaque quòd opinio negationis eſt oppoſita, & reperitur in omnibus rebus: opinio vero ipſius contrarij, licet ſit oppoſitio, tamen non reperitur in cunctis rebus. ſequitur ergo, quòd id, quod

A quod natura opponitur ipſi affirmationi, eſt illa opinio, quæ opponitur cuilibet affirmationi non ea quæ opponitur alicui affirmationi, ſed non opponitur cuilibet affirmationi: quia non opponitur ei per ſe, ſed per accidens. nam, ſi per ſe opponeretur ei, tunc daretur in omni affirmatione; quod perſpicuum eſt. at opponitur ei propter illam opinionem, quæ ex ea inferrur, quæ in omni materia reperitur, & eſt ipſa opinio negationis. Alia iterum ratione id confirmari licet. Nempe, quia neceſſe eſt, ut opinioni negationis opponatur vnum triũ, videlicet uel opinio affirmationis, vel opinio affirmationis contrarij, vel opinio negationis eius. hoc autem eſt neceſſarium, quia contraria ſunt duo, & affirmatio & negatio duo quoque: & alterum alterum indicat, & ſic ſunt quatuor: & hæc opinio

B eſt una ex ipſis: relinquuntur igitur tria. manifeſtum tamen eſt, q̃ nullum horum eſt contrarium extremum opinioni negationis, niſi ipſa opinio affirmationis, vt dictum fuit. opinio itaque affirmationis eſt, quæ maxime diſtat ab opinione negationis. & ideo neceſſe eſt, ut opinio negationis maxime diſter ab opinione affirmationis. ſed cum uni contrario unum debeatur contrarium, ut ſuperius dictum fuit: ergo oportet ut extremum atque maximum contrarii ipſi affirmationi ſit ipſa negatio: quia non poteſt eſſe eius maximum contrarium extra affirmatio contrarij: quia contrarium non habet niſi vnum contrarium maxime diſtans, vnica ratione. Verumtamen, ſi vnũ ſit maxime diſtans, alterũ vero nõ ſit maxime diſtans, non erit vtique impoſſibile. quia ip

C ſi albo poterit eſſe contrarium ipſum maxime nigrum, & nigrum non maxime. nigrum tamen quod eſt maxime nigrum, eſt illud tantum contrarium quod maxime diſtat ab eo.

Deinde dixit. Nec intereſt in his exemplis, &c. Inquit Leui. Senſus eſt, q̃ in ratione data, quæ probat, quòd maxima oppoſitio, quæ opponitur affirmationi, eſt ipſa negatio, nihil differun: exempla tradita à nobis in hoc, ſiue afferantur cum littera He, quæ eſt arsculus in lingua Hebraica, & Al in Arabica: ſiue afferantur cum nota univerſalitatis. quia quemadmodum bono opponitur, non eſt bonum, ita cuilibet bono opponitur, nullum eſt bonum. nam i qualibet parte reperiuntur in anima opiniones oppoſitæ, videlicet opinio affirmationis, &

D opinio negationis. & ideo opiniones contrariæ in anima ſunt eiuſdem rei rel. verumtamen quandoque id, quod ore promitur, non indicat ex his opinionibus contrarijs id, quod in anima exiſtit. ut ſi fuerint in aliqua parte hominum opinio affirmatiua, & opinio negatiua, quę ſunt opiniones contrariæ, & ſi voluerimus ſignificare huiuſmodi opiniones, dicendo, aliquis homo eſt albus, aliquis homo non eſt albus: vel homo eſt albus, homo non eſt albus: eſt manifeſtum q̃ id, quod ore proferur, non eſt indicium eius quod in anima exiſtit de contrarietate opinionum: quia poteſt eſſe vt aliquod vniũ partis cuiuſlibet non erit aliud: cum tamen in anima fuerit ſumptum unum & idem particulare. Conſtat ergo, q̃ contrarium affirmationis in ſermone eſt negatio in ſermone eiuſdem rei uniuerſalis, quam ſignifi-

E cauit ipſa affirmatio in ſermone. & hoc reperitur in ſingularibus, & in contrarijs: quia cum ſint vniuerſales, neceſſe eſt ut ſubiectũ ſit idem in utraque enunciatione. Et ſimiliter reperitur hoc in ipſis contradictorijs in vna parte rei vniuerſalis: hoc eſt, quòd in una parte enunciationis vniuerſalis ſumitur affirmatio, & negatio, quæ ſunt maxime contrariæ, vt ſuperius fuit dictum. At in ſubcontrarijs uel indefinitis non eſt neceſſarium, ut opiniones ſint oppoſitæ. nam nõ eſt neceſſarium ut ſubiectum in vna ipſarum enunciationum ſit idem, quod in altera, ſed poteſt eſſe una pars eius in una enunciatione, & alias pars eius in altera enunciatione ſed cum non ſit in eo quod ſignificatur per ſermonem de ipſis, ut ipſæ opiniones ſint contrariæ, ideo patet q̃ non ſunt

F contrariæ: quia poſſunt eſſe ſimul uerę. & licet diuidatur uerum à falſo, & in materia neceſſaria, & impoſſibili, tamen conſtat q̃ non eſt neceſſarium propter hoc, vt opiniones, quæ eas ſignificant, ſint contrariæ: quia poſſunt eſſe in ſubiectis diuerſis. ſed in ipſis contrarijs palam eſt, ut opiniones, quæ eas ſignificant, ſint contrariæ: quia ſubiectum eſt idem in utraque enunciatione. & ideo non poſſunt eſſe ſimul uerę, neque denudatur ſubiectum etiam ab uno eorum in materia neceſſaria, & impoſſibili. & hac ratione, ut ſi enunciatio earum erit contraria alterius ut ſi una ſit uera, altera ſit falſa in materia neceſſaria, & impoſſibili: hoc eſt, ea ratione qua ſubiectum eſt unum, & opi

nio-

Gnationes, quæ eas significant, sunt contrariæ. Sed subcontrariæ & indefinitæ dicuntur ueram a falsō in materia necessaria, & impossibili, ratione materiæ, non ratione alterius contrarietatis exclusæ in ipsis: quia nō est necessarium in utraq; enunciationum, ut subiectum sit unicum: neque ut opinionum, quæ eas significant, sint contrariæ: ut ex pecudis fuit declaratum. Et sic finit liber Peri Hermenias. Laus Deo gloriosō.

Libri de Interpretatione, Cum Averroe & Lewi, finis.

Quæsita in lib. Predicabilium, Predicamentorum & Peri Hermen. require in posteriori parte lib. Log. fol. 75.

ARISTOTELIS
PRIORVM RESOLVTORIORVM
LIBER PRIMVS,

Cum Auerrois Cordubensis media Expositione.

Ioanne Francisco Burana Veronensi interprete.

SVMMA LIBRI.

Agitur de nonnullis principijs, pro sequentium cognitione. De propositionum conuersionibus. De syllogismorum simpliciũm, ac mistorum figuris ac complicationibus omnibus. De figurarum ternario numero, ac etiam Terminorum in quolibet syllogismo. De medij syllogistici inuentione, seu propositionum abundantia. De Syllogismorum male contextorum in proprias figuras resolutione.

De Syllogismi structura, Sectum Primum.

De propositione, Termino, Syllogismo, Dicto de omni, ac Dicto de nullo. Cap. 1.

A PRimum dicere circa quid, et cuius sit cõsyderatio: qm̃ circa demõnem, & *scię demonstratiuæ. Postea determinare, quid ẽ propõ, & quid terminus, & qd syllus, & qualis pfectus, & qualis imperfectus: post hęc aũ. & quid in toto esse, aut nõ eẽ hoc in hoc: & quid dicimus de omni, aut nullo prędicari. Propositio igitur ẽ oratio affirmatiua, vel negatiua alicui⁹ de aliquo: hæc autem, aut vniuersalis, aut in parte, aut indefinita. Dico autem vniuersalem quidem, oĩ B aut nulli ineẽ: in parte vero, alicui aut nõ alicui, aut nõ oĩ ineẽ: sed indefinitã ineẽ, aut nõ ineẽ sine vñi, aut ſm partẽ: vt cõtrariorũ vnã esse sciam: aut voluptatẽ non esse bonũ. Differt aũt demõstratiua propositio à Dialectica: qm̃ Demõratiua, sũptio alterius particulę cõtradictõis est. nõ.n. interrogat, sed accipit demonstrans. Dialectica vero, interrogatio cõtradictiõis est. Nihil ãt differet, q̃ vtriusq; fiat syllus. nanq; et demonstrãs, et interrogans rõcinatur, accipiens aliqd de aliquo, ineẽ aut nõ ineẽ. Quare est Syllogistica qdẽ

*Ale legit, & scia; de mi actuã: & ét vt iacet.

G propō ſimpliciter affirmatio, aut negatio alicuius de aliquo ſm dictū modū. Demonſtratiua vero, ſi vera ſit, & p ſuppoſ-
nes, q̄ à principio ſunt, accepta. Sed Dialectica, pcunctanti quidē interrogatio cōtradictionis: ratiocinanti aūt ſumptio apparentis, & probabilis: quēadmodū in Topicis dictum eſt. Quid
In 1. libro. In principio primi lib. Poſter. itaq; ppō, & quō differat ſyllogiſtica, & demōſtratiua, et dialectica, accurate in ſequentibus dicet: ad pſentē vero vſum ſufficiant, q̄ nunc à nobis determinata ſunt. Terminū autem vo-
H co, in quē diſſoluitur propō, vt
* Hactenus alij legūt reſolvitur propoſitio alij legunt oratio prędicatum, & de quo prędicatur: aut appoſito, aut diuiſo, eē, aut non eſſe. Syllſus autem eſt rātio, in qua poſitis quibuſdā, alterū quid à poſitis, neceſſe eſt contingere, eo q̄ hęc ſint. Dico autē, eo q̄ hęc ſint, pp hæc contingere: propter hæc vero, nullius extrinſecus termini adiumento indigere ad neceſſarium
I efficiendum. Perfectū itaq; voco ſyllſm, nullo alio indigentem p̄ter aſſumpta, vt neceſſariū appareat. Imperfectū vero, indigentē aut vnius, aut plurium, q̄ ſunt quidē neceſſaria per ſubiectos terminos, non tñ aſſumpta ſunt per propoſitiones. In toto autem eſſe alterum altero, et de omni prędicari alterum altero, idem ſignificat. Dicimus autē de omni prędicari, qñ nihil ſit ſubiecti accipere, de quo alterū non dicat: ac de nullo cōſimīr.

AVERROIS EXPOSITIO.

Pars Prima.

Sermo de Propoſitione, Termino, Syllogiſmo, Dicto de omni, et Dicto de nullo. Cap. 1.

L Ixit. Operepretium eſt, vt prīo inq̄piamus enarrare id, qđ hoc in libro q̄rimus, ac vtilitatē ex re, quā q̄rimus prouenientē. Deinceps poſt hęc, quę reſpectu aliorū, de quibus hoc in libro ſermonē facit, radicum & principiorum vicē obtinent: hoc eſt vt primo cognoſcamus quid propoſitio, & quid ter L
minus, & quid ſyll, & ſyllorū qualis perfectus, & qualis imperfectus, & quid prędicatū de omni, vel prędicatū de nullo, aut non de aliquo. Et dicemus, q̄ id, qđ q̄erimus hoc in libro, eſt demonſtratio: qñ ſyllogiſmū q̄erimus, quā demſtrē q̄erimus. Vtilitas vero, q̄ ex hoc Inſtitio huius libri. Vtilitas.
prouenit, eſt, vt cognitionem aſſe- M
quamur demonſtratiuam de re oī ſm maximam perfectionē, quam homo p̄t naturaliter conſequi. Et Quid ſit, p
propoſitio quidem eſt oratio affir- pō, & q ex
mativa alicuius de aliquo, aut ne- diuiſione ex parte qualitatis & quā
gativa alicuius ab aliquo. Et propo- titatis.
ſitio diuiditur ex parte qualitatis, & ex parte quantitatis: ex parte q̄dē quātitatis, q̄ alia vīs, alia particularis, alia Idefinita: ex pte vero qualitatis, qñ vnaqueq; aut affirmativa eſt, aut negativa. Et vīs affirmativa ea eſt, in qua affirmatur ſdicatū de oī ſubiecto: ceu ſi dicī, oīs hō aſal. Vīs aūt negativa ea eſt, in qua prædicatū negatur ab oī ſubiecto: veluti ſi diceretur, nullus hō lapis. Et particularis affirmativa ea eſt, i qua de parte ſubiecti affirmatur ſdicatum:

A tum: quemadmodum ſi dicam, aliquid animal hō. Particularis vero negatiua eſt, ſiue predicatum ab aliquo negetur ſubiecto, vt ſi dicā, aliquid animal non eſt hō: ſiue negetur vlt ipſum à ſubiecto, ceu ſi dicamus, non oē animal hō. qm particularis negatiua binas habet interpretationes, quarum vna eſt partis deſtructio, altera vero vniuerſalitatis, quæ in ipſa reperitur. Cæterum indefinita ea eſt, cui penitus ſepimēt nō annectitur, aut vlē, aut particulare: quemadmodū dicimus, ſcia contrariorum vna, & voluptas non eſt bonum. Et hæ diuiſiones

Particularis negatiua duplex eſt.

B ſunt propoſitionis ex parte formæ, hoc eſt diuiſiones vtiles ad cognitionem ſyllſ ſimpliciter. Diuiſiones vero ex parte materię ſunt: qm ipſius, alia eſt demōſtratiua, alia dialectica, ac reliquæ, in quas partitur ſm artium ſermocinaliū materias: quēadmodū in ſequentibus ex hac arte planum fiet. Ac propoſitio quidem demonſtratiua & dialectica, rēa ſe inuicem differunt. Ac differentiarum vna hæc eſt, ꝙ demonſtratiua ꝓpoſitio, altera eſt contradictionis pars, & ea quidē vera. Dialectica vero eſſe pōt vtralibet ex partibus contradictionis ꝙm aſſumitur conceſſa à rūdente, & reſpondēs poterit vtrālibet contradictionis partē reſpondere. nanq; interrogās interrogationem in hac arte, dat illi optionē, vt reſpondeat ꝑ vtrā magis voluerit contradictionis partē. Nec differunt inter ſe demonſtratiua ac dialectica propoſitio in deſcriptione, ſm ꝙ ſyllſm ſimplr aſtruūt, verū nulla in hoc penitus inter eas differentia eſt: nanq; vterq; & Demſator & Dialecticus rōcinabitur

Diuiſio ꝓpōnis ex parte quātitatis & qualitatis eſt ſēm formā. Diuiſio ꝓpōnis Dialecticam & demōſtratiuā ex mā Dſta inter ꝓpōnēdia lectica & demſtatiuam.

C verum ſyllſm, vbi aliquid de aliquo prædicari aut non prædicari accepe rit, dum propoſitionum aliquā ponit. Erit itaq; propō ſyllogiſtica veluti genus demonſtratiuę ac dialecticæ propoſitionis, de qua conſyderabimus hoc in libro, oratio affirmatiua alicuius de aliquo, aut negatiua alicuius ab aliquo. Demōſtratiua vero ea eſt, quę ex primis fuerit naturaliter ſcitis: ſed Dialectica ex probabilibus, ſi aſtruas ſyllm: ſin autem interrogas, ex conceſſis probabilibus. Sectionis vero, quibus à ſeinuicem diſtinguūtur propōnes iſtę perfectę, tradituę ſunt in libris & Demonſtrationis & Dialectice: vbi ſm modum iſtum conſyderāde relinquuntur, & conſtat cęterarū propoſitionum diuiſiones in proprijs perficiuntur artibus, ſicuti ſophiſticæ & rhetoricæ propoſitiones. Verumenimuero ſatis fuit hoc in loco propoſitionū diuiſiones cognoſcere ſm quantitatem prædictam.

D Propō ſyllogiſtica ē veluti genꝰ ad dialecticā & demſtatiuam.

Terminus vero hoc in libro ſignificat illud, in qđ reſoluunt̄ propōnes, ſm ꝙ pars eſt neceſſaria ad hoc, ꝙ propoſitio ſit, hoc eſt prædicatum ac ſubiectū: qm partes ſunt

E Quid ſit terminus.

F propoſitionis neceſſariæ. non autē ea, quæ propoſitioni adijciunt̄ loco copulæ, quemadmodum inuentionis verba, cūm in ea non reſoluatur ꝓpoſitio, tanq̄ partes ſibi neceſſarias. erit enim iam propoſitio in actu, licet inuentionis verbi em in ea ſit in potentia, & lateat: veluti conſuetudo eſt apud Arabas in ternarijs, ac quemadmodum rēs ſe habet in binarijs, hoc eſt ex eo ꝙ non eſt illis opus verbo inuentionis. & in hoc æquales ſunt propoſitiones affirmatiuæ & negatiuæ.

Verbū inuētionis ſi ē res neceſſaria i ꝓpōne, ſed tamē loco copulę.

Quid ſit ſyll. & declaratio pars nõ definitiõis.

G Dixit. Syllus autẽ eſt oratio, in qua cũ ponũtur res plures vna, ſequitur ex neceſſitate pp hæc poſita, per ſe non per accidens aliud quid ab illis. Oratio hæc genus eſt ſyll: & in hoc volumus orationem enunciatiuam: & reliqua quæ accipiuntur in definitione, dñæ ſunt, quibus diſtinguitur oratio vere ſyllogiſtica à non ſyllogiſtica. Vnde dũ inquit, cũ ponũtur, intelligit cũ aſſumuntur, hoc eſt concedũtur. & dũ inquit, res, intelligit propõnes. Deinde addit, plures vna. qm ipſe iſerius declarabit, q̃ non erit ſyll ex propoſitione vna. Et cũ dixit aliud q̃d, H intelligit ipſius concluſionẽ. & hoc, qm oportet concluſionẽ aliud eſſe a propõnibus, qm nil ẽ, q̃d ad ſuppoſitiõ monſtrationẽ accipiatur. Et cũ dixit, ſequit ex neceſſitate, addidit neceſſitatis conditionẽ: qm conſequentiarum alia neceſſaria, & alia nõ neceſſaria. & ſm hanc condõnẽ diſtinguit ſyllogiſmos ab orationibus, ex quibus res ſequit conſequẽtia non neceſſaria: quẽadmodũ inductio, & exemplũ, & ſyll, in quibus aliqñ negatio concludit, nonnunq̃ affirmatio. Et cũ dixit, per ſe intelligit, vt ſit ſyllogiſmus perfectus, hoc eſt, vt nihil in eo deſit, q̃d ad ſyllogiſmum faciat. Et dum inquit, non per accidens, ſignificat figuras, quæ in nonnullis concludunt materijs: quẽadmodũ infra declarabitur, concluſionẽ fieri ex binis affirmatiuis in ſecũda figura, cũ prædicata ſubiectis in ſpdicatione æqua fuerint. Et parseorũ, quæ in hac definitione aſſumũtur, ex ſe manifeſta eſt, q̃ ſyllogiſmus ſit: pars vero & ineſſe monſtrabitur. Quẽadmodum ſyllogiſmum orationum eſſe enunciatiuam, ex ſe manifeſtum eſt: qm oratio enunciatiua ea eſt, K quæ aut vera aut falſa eſt. & ſimiliter q̃d in ea dicimus, vt ex ipſa ſequatur aliud à propoſitiõibus, quodq; conſequentia neceſſaria ſit, & hoc ex ſe manifeſtum. & cõſimiliter vt ſit conſequentia per ſe, non per accidens, hoc ẽs ex ſe clarum, hoc eſt ſyllogiſmum oportere hac diſpoſitione diſponi diſpoſitione. Quod vero monſtrandũ deinde inquirunt, eſt oportere in ipſo pauciores propoſitiones plures vna. & hoc infra declarabitur: planũ nanq; fit ex ſyllogiſmo omnem ex binis compoſitum ex propõnibus, neq; pluribus, L neq; paucioribus. Syllogiſmus autẽ quidam perfectus, & quidam imperfectus. Et perfectus vniq; is eſt, cui nõ eſt opus, quo appareat ex ipſo ſeq conclusio, facere aliud præter id, quod ipſius oſtenditur concluſio. Imperfectus vero is eſt, qui indiget, quo appareat ex ipſo concluſio ſequi, vt aliud fiat aut alia ex ijs, quę ſequuntur ex propoſitionibus, quæ in ipſo fuere poſitæ. & hoc, quia oportet ſyllogiſmum eſſe cõpletũ, hoc eſt nihil ipſi deficere, vt ſyllogiſmus ſit. Et adhuc iſte diuiditur duas in partes. qm ipſius M alius eſt, cui aliquid deeſt, vt appareat eſſe ſyllogiſmus, & is eſt, qui ſibi nomen imperfecti vendicat: alius vero eſt, cui nihil deficit, vt appareat eſſe ſyllogiſmus, & is eſt perfectus.

Verumenimuero dictum de oĩ, aut dictũ de nullo, ſignificat, nihil in oĩ reperiri ſubiecto, de quo non ſpdicetur prędicatum, hoc eſt, vt ſpdicatum inſit oĩ ſubiecto, & omni ẽt illi, quod per ſubiectum diſponitur, inexiſtat: adeo, vt cũ dicimus, omne animal eſt corpus, & velimus in ipſo exercere intentionẽ dicti de omni, non tantum ſit intentio noſtra,

Nihil ad ſuppoſitã mõſtrationẽ ſumitur.

Inductio, & exẽplũ ſi ſunt cõſequentiæ neceſſariæ I

Diuiſio ſyllogiſmi in ptechũ & imperfectũ.

Quid ſit dictũ de oĩ.

A ſtra, vnumquodq; ex animalibus eſt corpus, ſed vnumqdq; ex animalibus, & oē id qđ per vnumqđq; ipſorum diſponitur, eſt corpus. Et hæc eſt differentia inter dictum de omni, quod principium efficitur in hoc libro, & inter propoſitionē vniuerſalem: & dictū de nullo conſimiliter. ſignificat. n. nihil in omni reperiri ſubiecto, à quo non negetur prædicatum, ita vt prædicatū negetur ab omni ſubiecto, & ab ijs oībus, quibus ineſt ſubiectum, hoc eſt ab ijs, quę diſponuntur à ſubiecto. Et hęc ſunt illa, quorum cognitionem præcedere oportet conſyderationem de ſpeciebus ſyllogiſmorum, quæcunque fuerint ſpecies.

Dffa ſter dictū d of & ppōné vlem.

B

De *conuerſione propoſitionum Inexiſtentium.* *Cap.* 2.

QVoniam vero oīs propoſitio eſt, aut ineē, aut neceſſario ineſſe, aut contingenter ineſſe: harū autē aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuę ſm vnamquāq; allocutionem: rurſus vero affirmatiuarum ac negatiuarum, aliæ ſunt vłr, alię in parte, aliæ indefinitæ: Vniuerſaliter quidem priuatiuam, in eo, qđ eſt ineſſe, terminis cōuertere neceſſe eſt: vt, ſi nulla voluptas bonum, neq; bonum vllum erit voluptas. Prædicatiuam aūt conuertere quidem neceſſarium, nō tñ vłr: ſed in parte: vt, ſi omnis voluptas bonū, & bonum aliquod eſſe voluptatem. Earum vero quę in parte, prędicatiuam quidem conuertere neceſſe eſt ſm partem: ſi. n. voluptas aliqua bonum, & bonum aliquod erit voluptas. Priuatiuam autem non neceſſariū: non enim, ſi homo non ineſt alicui animali, & animal non inerit alicui homini. Primum itaque ſit priuatiua vłr, A B, propoſitio. ſi enim nulli A ipſum eorum quæ ſunt B, ineſt, & B inerit nulli eorum quæ A. nā ſi alicui, vt C, non verum erit quod dī, nulli ipſum A, eorum quæ B ineſſe: C enim ex his quę B ſunt, eſt. Si vero omni A ipſum eorū quę ſunt B, & B alicui eorū quę A, inerit. nam ſi nulli, & A eorū q̄ B, nulli inerit: verū ſuppoſitum fuerat omni ineſſe. Conſimiliter autem & ſi propoſitio ſm partē ſit. ſi enim A alicui eorū quæ B, & B alicui eorū quæ A, neceſſe eſt ineſſe. nam ſi nulli, & A nulli eorum quæ B. Sin autem A alicui eorū quæ B, non inſit, non neceſſe & B alicui eorum quę A, non ineſſe. vt ſi B qđē eſt animal, A vero homo: hō quidem enim non of aſali, animal autem omni homini ineſt.

C D E F

Sermo de conuerſione propoſitionum Abſolutarum. *Cap.* 2.

ET omnis propoſitio aut eſt abſoluta, hoc eſt actu exiſtens, aut neceſſaria, aut poſſibilis. & propter hoc diuiduntur ſyllogiſmi genera ad diuiſionem modorum propoſitionum. Amplius iſtarū vnaquęq;, aut affirmatiua eſt, aut negatiua: vniuerſalis, aut particularis, aut indefinita. quamobrem faciunt ſyllogiſmorum inuentores ſi ſpecies ſm

C modus iſtum, hoc ē ex ipſis, aliunde
propoſitionibus conſtat neceſſarijs, & neceſſarium, & poſſibilibus, quē-
admodum ſuerat oſtenſum ex parte
Quotiens equalitas ꝓpoſitus. variationis propoſitionū in quo-
tiens, ac qualiter in quantitate q-
dem ſua variationem ſuſcipiebant:
in qualitate vero ſua affirmationis
ac negationis diuerſitatem. modus
igitur neceſſarius, ac poſſibilis iam
ex prioribus libro cognitus fuit.
Quæ ſint propoſitiones ſimiles. Inexiſtentem autem eſſe videre
velle, quæ actus ab neceſſario ne-
ceſſarius, hoc eſt in quibus prædicati
H ineſt omnibus ſubiecti individuis,
multo tempore & verſatum eſt, vt
in hāc ſpē veritate propōnes, de
quibus ambigit an neceſſariæ ſint,
an vero non neceſſariæ, non abſtā-
bit, quę actu intuebuntur, dum ſub-
iectum in actu ſit aut propoſitio pot-
admodum arbitrantur eſſe Alex. qui
Nō ponit ſimia, Alex. ſi ſcip. ꝓpō ſint; tūc ꝓtinet de orbe ꝓpō ſubiecta ex neceſſaria ſcd tūc ſit gne cōtra eam. & ſingulares ſunt. & ſi ex ipſis ve-
rę ſalis reperiuntur, ratio eſt ac per ac-
cidens, eſt alioqui & hoc genus pro
poſitiones ſieri in ſequentibus pro-
hibent Ariſt. Neq; ſierī eſt aliquid
cōprehendens neceſſariū ac poſſibi
le, * quēadmodū exiſtimauit Theo
phraſtus; neq; alij non nulli, niſi for
te rōne inexiſtētis eſſe vellet, igno-
rare ipſum neceſſariū eſſe aut poſſi-
bile. qm̄ qd hoc intendit, eſt diuiſio
propoſitionis ſm̄ exiſtentię diuiſiones,
aut ſm̄ diuiſiones ſcientiarum primo-
rum, quæ nobis naturaliter in pro-
pōnibus inſunt. adhuc ex ijs, q̄ in-
fra dicemus, clarū iſtud fiet. Harū
Quid ſit cōuerſio. itaq; triū propōnum, hoc eſt inexi-
ſtētis, neceſſarię, ac poſſibilis, alię q-
dē conuertunt, alię vero minime. i.
vt in conuerſione mutet ordo parti-
cularium enunciatiōs, vt ſit p̄dicatū ſub-
iectū ac ſubiectū p̄dicatū, ſeruata
veritate & qualitate ſuę affirmatio-
nis aut negationis. Aug eſt autē or-
do talis cōuerſę veritas, illā ē, q̄ hoc
R Quid ſit ſim. ſine vllatenus corruptione ſubſiſtit.

Ex præpoſitionibus, vllas negati
ue habitudines obſeruat, ſermo quæri-
mus. vtrū cuiꝑm, ſi verū eſt, nullam
voluptatem eſſe bonū, verū ēt erit,
nullū bonū voluptatē eſſe. Affirma
tiuas vero vllas conuertit quidē, non
ſi ſermo quæritur, hoc eſt vtrū ſint,
ſm̄ negatiuę diſpoſitionem. ſed ſi verū eſt, q̄d dicimus, om
nis voluptas bonum, erit inde ve-
rum, aliq̄d bonum voluptatē eſſe.
L Ex particularibus aūt abſolutis, af-
firmatiua quidē conuertitur in par
te. veluti, ſi verum eſt, q̄d dicimus,
aliqua voluptas bonum, oportet vt
verū ēt ſit, aliquod bonum voluptā
tem eſſe. Negatiua vero non ſemp
cōuertitur in oī materia & iſta ſpe-
cie, q̄d tamen exigit in conuerſio-
ne propoſitionum omnium. neq;
enim, ſi verum eſt aliq̄d animal nō
eſſe hoīem, propterea & cōuerſum
verum erit, aliquem hominem nō
eſſe animal. & * indoctio ſufficit ad
oſtendendū aliquid non conuerti,
veluti particularem negatiū: ſed
M ad monſtrandum aliquid conuerti
iam eſt opus ornatore.

Quaſ Ariſt. i demōſtrōne cōuerſionū elemēta vtatur. Sit itaq; primo exemplum vſus
negatiuæ, q̄d dicimus, A ineſt nul-
li B, ita vt A exemplū ſit ſubiecti, B
vero prædicati. Exemplū enim
elementorum accommodatius, ne
fortaſſe quiſpiam exiſtimaret, q̄d
monſtratur, ſequi gratia materiæ,
hoc eſt propter ſubiectū exemplū,
non autem propter in ſe: veluti ſi
loco A poneremus animal, loco B
lapidem. Dicamus igitur, ſi verum
fuerit, quod dicimus, nullam A B

A ꝙ oportet ex neceſſitate verum ét eſſe, nullum B A. qñ, ſi non eſt verum, qđ dicimus, nullum B A, contradictorium ſuum verũ erit, quẽadmodum expoſuimus in libro ꝓcedente, hoc eſt, aliqđ B A. ponemus igitur particulare iſtud, ſenſibile aliquod, puta C: erit ergo C, qđ eſt pars ipſius B, ſm ſenſum inuentum in A: quare aliqđ A ſm ſenſum inerit ipſi B: & nos iam poſuimus verũ eſſe, nullum A, eſſe B: ſed hoc impoſſibile & non conuenit: quare: falſum qđ diximus, aliqđ B eſſe A. ꝙ ſi hoc falſum, verũ erit, quod aſſerebamus, nullũ B eſſe A, qđ monſtrare intẽdebamus. Affirmatiua vero abſoluta vſis conuertitur, quemadmodum diximus in parte. ſi enim verum extiterit, omne B eſſe A, dico ꝙ ſequitur ex neceſſitate in omni materia, vt verũ ſit, aliquod A B. demonſtratio huius. nanq; ſi non eſt verũ, quod dicimus, aliquod A B, verum erit ſuum contradictorium, qđ eſt, nullum A eſſe B: & cũ hoc verum extiterit, verum erit & cõuerſum, veluti antea expoſuimus de vſi negatiua, hoc é, nullum B eſſe A. ſed iam poſueramus, omne B eſſe A, qđ eſt impoſſibile, & non conuenit: ergo qđ diximus, nullum A eſſe B, falſum eſt ex neceſſitate. ꝙ ſi hoc falſum, verũ erit ſuum cõtradictoriũ, aliqđ A B. De affirmatiua vero abſoluta I parte dicimus ét conſimiliter, ꝙ in parte conuertitur. qñ, ſi verũ extiterit, aliqđ B eſſe A, verum quoq; erit aliqđ A eſſe B, ex neceſſitate: quia ſi non eſt verũ, verum erit ſuum contradictoriũ, nullũ A B: & cũ fuerit hoc verũ, cõuerſum ét ſuũ verum erit, qđ eſt, nullũ B A. ſed iã poſuimus, aliqđ B eſſe A: qđ & impoſſibile & nõ cõuenit. quare ſi falſum extiterit, nullũ A eſſe B, ex neceſſitate verum erit cõtradictorium ſuum, aliqđ A B. Negatiua aũt parte nõ ſemper conuertitur. cuius exẽplũ, ſi loco B, ponamus animal, & loco A, hominem, tunc verum erit, nõ omne animal hominem eſſe: non tñ propterea ſuum conuerſum verum, non oĩs hõ animal. & hoc ſufficit in deſtructione, quemadmodum diximus. Atq; hæ quidẽ ꝓpõnes ſunt, ꝙ conuertunt, quæq; non conuertuntur in materia abſoluta.

In.1. de Interpre.

B

C

D

E

De converſione propoſitionum Neceſſariarum. Cap. 3.

EOdem autẽ modo ſe habebit & in neceſſarijs propõnibus. vſis enim negatiua vſit conuertitur: affirmatiua rum vero vtraq; ſm partem. Si .n. neceſſe eſt A, eorum quæ B, nulli ineſſe, neceſſe & B, eorum quæ A, nulli ineſſe. ſi enim alicui cõtingit, & A eorum quę B, alicui cõtingeret. Sin aũt ex neceſſitate A omni vel alicui eorũ q̃ B ineſt, & B alicui eorũ quæ A neceſſe eſt ineẽ. ſi. n. nõ neceſſe, neque A alicui eorum quę B, ineſſet vtique ex neceſſitate. Priuatiuum vero in parte, nõ conuertitur ob eandem cauſam, ob quam & prius diximus.

F

Sermo de converſione propoſitionum Neceſſariarum. Cap. 3.

CÆterum ex propoſitiõibus neceſſarijs, vſis quoque negatiua conuertitur vniuerſaliter, & vniuerſalis affirmatiua conuertitur in parte, & conſimiliter affirmatiua

G particularis, ſm diſpoſitionem abſolutarum. Huius autem oſtenſio eſt. qm̃, ſi verum extiterit, nullum B eſt A ex neceſſitate, dico ꝙ ſequit̃, vt verum etiam ſit, nullum A eſt B ex neceſſitate. demonſtratio huius, qm̃ ſi nõ fuerit verum, qđ dicimus ex neceſſitate, nullũ A eſt B, contra-

Nota ſi eē niſi duas mãs, qm̃ abſoluta ē ex nã poſſibilis.

dictorium ſuum erit verum. hoc autem eſt aut affirmatiua in parte in materia poſſibili, quæ eſt contraria materiæ neceſſariæ, aut alia neceſſaria affirmatiua particularis: qm̃ non ſunt hic niſi iſtæ duæ materiæ, propterea ꝙ abſoluta eſt ex

H natura poſſibilis, & impoſſibile, qđ accidit ex poſitiõe ipſarum eſt vnũ: qm̃ poſſibile id eſt, quod cũ ponitur in actu, non accidit ex poſitione ſua impoſſibile. Quòd ſi poſueri mus ipſam neceſſariam particularem, monſtrabitur ex hac poſitione ſequi impoſſibile ſm extenſionẽ præcedentem negatiuę abſolutæ. Si vero ponamus particularem poſſibilem: quemadmodũ ſi ponamus, poſſibile eſt aliqđ A eſſe B, & runc planum erit, ſi poſuerimus aliqđ A eſſe B in actu, nõ accidet ex hoc impoſſe. atqui ſi poſuerimus, aliqđ A

I eē B in actu, erit & aliqđ B A I actu. qm̃ particularis abſoluta iã cõuerti tur, & iam poſuimus, nullum B eſſe A ex neceſſitate, qđ eſt impoſſibile & nõ cõuenit, & qđ eſt ex nã poſſibilis & poſſibile contrarium eſt neceſſario. & cùm falſa extiterit affirmatiua pticularis neceſſaria & poſſibilis, ſequitur vt vera ſit vl̃s negatiua neceſſaria. qm̃, quod non eſt contingens neque neceſſarium, illud eſt negatũ neceſſario. Vniuerſalis vero affirmatiua neceſſaria conuertitur ipſa quoque in particulare neceſſariã. ſi. n. verũ extiterit, oē B eē A ex neceſſitate, dico ꝙ ſequit̃, vt ſit verũ, aliqđ A eſſe B ex neceſſitate. qm̃, ſi eſt aliqđ A B contingenter, & nõ ex neceſſitate, ſequitur vt ſit aliqđ B A cõtingenter. & hoc ſm monſtrationem poſitionis prędẽtis, quæ facta eſt de inexiſtente: propterea ꝙ ſi ponamus, aliqđ B, qđ ẽ cõtingẽter aliqđ ſenſibile, erit hoc quoddam A, & quoddã B. quod ſi ita eſt, erit aliqđ B A contingenter: ſed iã poſuimus, omne B eſſe A ex neceſſitate, qđ eſt impoſſibile & nõ conuenit: quare ſi hoc ita eſt, ſequi tur, vt ſimul cum hoc, qđ dicimus, L omne B A ex neceſſitate, verum ẽt ſit aliqđ A eſſe B ex neceſſitate. Affirmatiua autẽ neceſſaria in parte, & ipſa conſimiliter conuertitur in particularẽ neceſſariã. qm̃, ſi fuerit aliqđ B A ex neceſſitate op̃ vt ſit aliquod A ex neceſſitate B. quia ſi non, non erit aliqđ B, ex neceſſitate A. Et hę ſunt propõnes abſolutæ, ac neceſſarię, quę conuertuntur. & hæc expõ, quam expoſuimus, eſt expõ, quam intendit Ariſtoteles.

De conuerſione propoſitionum Contingentium. Cap. 4.

M IN contingentibus vero, qm̃ multifariam dicitur contingere: etenim neceſſarium, et non neceſſarium, & poſſibile, contingere dicimus: in affirmatiuis quidẽ cõſimiliter ſe habebit ſm conuerſionem in omnibus. ſi enim A omni vel alicui eorum, quæ B contingit, & B alicui eorum quæ A continget vtiqꝫ. ſi. n. nulli, neqꝫ A nulli eorum quę B. oſtenſum eſt. n. hoc prius. In negatiuis vero nõ ſiſſ-

ſed

A sed q; æcunq; quidē contingere dicunt, eo q; ex necessitate non insunt, aut nō ex necessitate insunt, sisr. vt, si qs hominē dicat, cōtingere nō esse equum, aut albū nulli vestimēto inesse. horū enim, illud quidē ex necessitate nō inest, hoc aūt non ex necessitate inest. Et consisr conuertitur ꝓpositio. si enim cōtingit nulli homini equum esse, & hominē cōtingit nulli equo. & si album cōtingit nulli indumēto. & indumentū cōtingit nulli albo. si
B enim alicui necesse, & album alicui erit ex necessitate: hoc enim ostēsum est prius. Consisr & in negatiua ī parte. Quęcūq; vero, eo q; vtplurimum, atq; ob id, q; nata sunt, cōtingere dicunt, sm quē modū determinamus contingens, nō sisr se habebūt in priuatiuis cōuersionibus. cæterum vīs quidē * propositio non conuertit: quæ vero in parte cōuertitur. Hoc aūt erit manifestum, qn de cōtingenti dicemus. Nūc vero nobis & hoc sit præter ea
C quæ dicta sunt, planum, q; contingere nulli, aut alicui non inesse, affirmatiuam habet figurā. Contingit nanq; ad similitudinem ipsius est, ordinatur: ipsum vero est, in quibuscunq; prædicetur, affirmationem semper & omnino facit: vt, est non bonū, aut est non albū, aut simpsr est nō hoc: monstrabitur autem & hoc per sequentia: secundum vero cōuersiones ad aliarum similitudinem se habebunt.

a. c ad-ūe priua-ua.

Sermo de conuersione propositionum Possibilium. Cap. 4. D

PRopositiones vero posses, hoc est de quibus vere dicit nomen possibile: quæq; ita se habent, vt possint esse & non esse in tempore futuro, sic disponuntur sm conuersionem, vt affirmatiuæ absolutæ & necessariæ: hoc est q; vniuersales affirmatiuę & particulares conuertant in parte. & hoc manifestū. nanq; si fuerit omne A B cōtingēter, vel aliquod A B etiā cōtingenter, dico q; aliquod quoq; B A cōtingenter erit. quin si non est cōtingenter, sed fortasse necessario, aliquod igit A erit B necessario sm E
q; prædiximus. & iam posuimus, oē A esse B contingēter: quod impossē & non conuenit. Cæterū propositionum negatiuarū conuersio in hac materia econtrario se hēt, q; in illo. & hoc, qn vīs negatiua in hac mā non conuertitur vt, & particularis conuertit: quēadmodum declarabimus in sermone de sylīs, qui cōponunt ex ꝓpōnibus possibilibus. Et causa huius est: qn negatiua in hac materia non est re vera negatiua: quēadmodū declaratū est in libro ꝑcedente. vis nāq; ipsarū est affirmatiuarū vis. Et hoc, qn modus ī ipsis F
sisis est verbo substantiuo, qđ est in enūciationib⁹ sine mō. & quēadmodum enūtiatio, in qua dictio negatiua nō componit cū verbo affirmatiuo, sed cū ꝑdicato, est affirmatiua, vt cū dicim⁹, Zaiol est nō bon⁹, vel est nō alb⁹, eodē pacto se habebūt & enūciatiōes illę: qn dictio negatiua in ipsis nō coniungit cū modo, sed cū prædicato. vt cū dicim⁹, posse est hoc nō esse in hoc, aut posse est nō esse in parte hui⁹. Verū hoc ampliori declaratione declarabit in sequētibus.

De

De tribus figuris ex propoſitionibus inexiſtentibus. *Cap. 5.*

DEterminatis vero his, dicamus iam per quæ, & quando, & quomodo fit omnis ſyllogiſmus: poſterius autẽ dicendum de demonſtratione. prius enim de ſyllogiſmo dicendum, quàm de demonſtratione, eo q̃ vniuerſalior ſyllogiſm⁹ eſt. demonſtratio nanq; ſyllogiſmus quidã eſt: ſyllogiſmus vero non omnis, demonſtratio.

Primæ Figuræ.

CVmq; itaq; termini tres ſic ſe habeant inuicem, vt vltimus in toto ſit medio: & medius in primo aut ſit, aut non ſit: neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyllogiſmum perfectum. Voco autem medium, quod & ipſum in alio, & aliud in hoc eſt: quod & poſitione fit medium. extremitates vero, quæ & ipſa in alio eſt, & in qua aliud eſt. Si enim A de omni B: & B de omni C: neceſſe eſt A H de omni C prædicari. prius enim dictum eſt, cui de omni dicim⁹,

Prima vtilis cõiugatio.



Conſimiliter vero, ſi A de nullo quidem B: B vero de omni C: quòd A nulli C inerit.

I

Secũda vtilis cõiugatio.



Sed ſi primum, omne conſequitur medium: medium vero nulli ineſt extremo: non erit ſyllogiſmus extremitatum. nihil enim neceſſarium accidit, eo quòd hæc ſint. nanq; & omni & nulli contingit vltimo primum ineſſe: quare neq; quod ſecundum partẽ, neq;

quod

quod vniuerſaliter ſit neceſſarium. cùm vero nullum ſit neceſſa- A
rium, per hæc non erit ſyllogiſmus. Termini omni ineſſe, animal, homo, equus: nulli, animal, homo, lapis.



Prima inutilis conſtigatio.

B

Neque quando neq; primum medio: neq; medium vltimo nulli inſit: neq; ſic erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe, ſcientia, linea, medicina: non ineſſe, ſcientia, linea, vnitas.



Secũda inutilis conſtigatio. Auer. accipit hos terminos: rõnales, equus, homo, asinus.

C

Vniuerſalibus igitur terminis exiſtentibus. planum in hac figura, quando erit & quando non erit ſyllogiſmus: & q; ſi fuerit ſyllogiſmus, terminos ita ſe habere neceſſe eſt, vt diximꝰ: & ſi ita ſe habuerint, planum q; erit ſyllogiſmus. Si vero hic vniuerſaliter, ille in parte ad alteram: quando quod vniuerſaliter ad maiorẽ extremitatem, aut prædicatiuum, aut priuatiuum: quod autem in parte, ad minorem prædicatiuum: neceſſe eſt ſyllogiſmũ eſſe perfectum. cùm vero ad minorem, aut aliter quodammodo termini ſe habuerint, impoſſibile. Dico autem maiorem extremitatem, in qua mediũ eſt: minorẽ vero, quæ ſub medio. Inſit enim A omni B: B vero alicui C: ſi itaq; eſt, de omni prædicari, quod in principio diximus, neceſſe eſt A alicui eorum quæ C ineſſe.

Animal

D



Tertia vtilis coniugatio.

Et ſi A nulli eorum quæ B ineſt: B vero alicui C: neceſſe eſt A alicui C non ineſſe. determinatum enim eſt & de nullo quomodo dicimus. quare erit ſyllogiſmus perfectus. Conſimiliter & ſi indefinitum ſit B C, prædicatiuum exiſtens. idem enim erit ſyllogiſm⁹, & ſi indefinitum, & ſi in parte accipiatur.

E



Quarta vtilis coniugatio.

Sin autem ad minorem extremitatem vltr ponatur, aut prædicatiuum, aut priuatiuum, non erit ſyllſ, neq; affirmatiuo, neq; negatiuo, neq; indefinito, neq; ſecundum partem exiſtente. vt ſi A

F alicui B inſit, aut non inſit: B vero omni C inſit. Termini, cp inſit, bonũ, habitus, prudentia: cp non inſit, bonũ, habitus, ignorãtia.

* ἐμαθία inſipẽtia.



Auer. pro prudentia accipit ſcientia.

Tertia inutilis coniugatio.

Ruſſus,

Rurſus, ſi B nulli inſit C: A vero alicui B inſit, aut nõ inſit, aut nõ A
omni inſit, neq; ſic erit ſyllꝫ. Termini, q̃ omni inſit, album, equus,
cygnus: q̃ nulli, albũ, equus, coruus. ẽdem & ſi A B indefinitũ ſit.



Quarta in
nullis cõue
gatio.

Neq; qñ quod ad maiorem extremitatem vlr fiat aut prædica B
tiuum aut priuatiuum: quod aũt ad minorẽ priuatiuum ſm par-
tem, non erit ſyllꝫ, ſiue indefinitũ, ſiue in parte accipiatur. vt ſi A
omni ineſt B: B vero alicui C nõ ineſt, aut non omni ineſt: cuicũq;
enim alicui nõ inſit medium, hoc & oẽ, & nullum ipſum ſequetur
primum. Subꝫciantur enim termini, animal, homo, albũ: poſtea
& de quibus nõ prædicaſ albis homo, ſumanſ cygnus, & nix: igit
aſal de illo quidẽ prædicaſ of: de hoc aũt nullo: quare nõ erit ſyllꝫ.



C
Quinta in
nullis cõue
gatio.

Rurſus A quidem nulli inſit B: B vero alicui C nõ inſit. Termini
ſint, inanimatum, homo, albũ: poſtea accipiantur de quibus albis
non prædicatur homo, cygnus, & nix. inanimatum nanq; de hoc
quidem omni: de illo autem nullo prædicatur. Amplius, qm̃ inde
terminatũ eſt, B alicui C non ineſſe: verificatur aũt & ſi nulli ineſt,
& ſi non omni, q̃ alicui non ineſt. ſi vero tales aſſumanſ termini,

vt

D vt nulli insit, nō sit sylli: hoc enim dictum est prius. Planū itaq; ꝙ eo ꝙ termini sic se habeant, non erit sylli: esset enim & in hiis. Consimiliter autem monstrabitur, & si vtr ponatur priuatiuum.



Sema inutilis consequtio.

E

Neque autem si vtraq; interualla secūdum partem extiterint, aut prædicatiue, aut priuatiue, aut hoc prædicatiue illud priuatiue, aut indefinitum illud definitum, aut vtraque indefinita, non erit syllogismus nullo pacto. Termini communes omnium, animal, album, equus: animal, album, lapis.



F

Sexdecim fuulti, ꝛl particulari, ꝛl indefinitarū cōiugatio nū exēplū

Planum igitur ex dictis, quemadmodum si fuerit hac in figura secūdum partem syllogismus, ꝙ necesse est terminos sic se habere, vt diximus: aliter vero se habentibus, nullo modo fit. Manifestū autē &, ꝙ syllogismi omnes in eadem perfecti sunt (omnes enim perficiuntur per ea, quæ à principio sunt accepta) quodq; problemata omnia monstrātur per hanc figurā: nanq; & omni, & nulli, & alicui, & nō alicui inesse, Voco autem figuram talem Primam.

Sermo

A *Sermo in tribus figuris, ex propositionibus Absolutis. Cap. 5.*

SEd posteaq̃ fuere hęc declarata, dicamus ex quo componatur syllogismus, qui antea definitus fuit, & in quo cõponatur, & quo pacto cõpositio sua, & qñ componatur compositione, fm quam ex ipso sequat aliud ab ipso ex necessitate. Amplꝰ, post hoc oportebit de demonstratione loqui: qñ oportet sermonem de syllogismo precedere sermonem de demonstratione. syllꝰ nanq; vniuersalior est demõstratione. omnis enim demonstratio syllꝰ, & non est

B omnis syllogismus demõstratio: puta, si extiterit figura cõcludens, & nõ fuerint propositiones suæ veræ.

Dicamus igitur ꝙ syllogismꝰ, de quo quærimus hoc in libro, est syllogismus qui componitur sup quęsito determinato, veluti cũ dicimus: omne c a, aut nullum c a. ac manifestũ, cùm acceperimus aliquid pro portionatũ ipsi c, & ipsi a, quę sunt extremitates quæsiti, puta exempli gratia b, ꝙ binæ propositiones componuntur ex tribus terminis, ex quibus duo sunt separati inter se, cõmunicantes vero in termino vno. & si

C accipiamus aliquid cõicans duabus extremitatibus quæsiti fm hanc dispositionem, fieri potest, vt fm hanc ostendat quæsitũ, hoc est, ꝙ c sit a, vel ꝙ nõ sit a, vel non sit in ipso a. Explũ huius dicti, c est b: & b est a: & sequit ex hoc, vt sit c in a, & a in c: aut dicamus c est b: & b nõ est a: igit sequitur ꝙ c non sit in a. Et subiectũ quæsiti, quod est c, in vna ꝓpõne vocatur extremitas minor: & prædicatũ quæsiti, quod est a, in altera ꝓpõne dicit extremitas maior: & terminus ipsis cõis, terminus medius: & propositio in qua est minor extremitas, nuncupat minor: & in qua est maior extremitas, appellatur maior. Ordo aũt medij termini inter ambas extremitates dicitur figura. Et qñ quatuor sunt positiones tet mini cõis duabus extremitatibus, vna vt prædicet de vtrisq; extremitatibus, altera vt eisdẽ subiciat, tertia vt sit subiectũ in maiore, & prædicatũ in minore, quarta ecõuerso: consyderabimus fm quẽ ordinem ex ijs verificet, vt sint figuræ naturales fm potentiam cogitatiuam, hoc est, vt sup ipsas cadant homines nãt, non autem fm potentiã artificialem, qñ syllꝰ, quem hæc ars conat tradere, hoc est de quo solicita est, vt genera ipsius cõprehẽdat, & separet ipsẽs concludentes in vnoquoq; genere à non concludentib⁹, fm perscrutationẽ istam ostendet tibi, ꝙ figuræ prædicatiuæ sunt tres, & ꝙ quarta figura, quam posuit Galenus nõ est figura naturalis, in qua medius terminus de maiori prædicatur extremo, & minori subijcit.

Tractatus de Prima figura.

DIcamus igitur, si fuerit ordinatus medius terminus ĩter duas extremitates, ita vt prædicet de minore, & subijciatur maiori, quemadmodum si dicamus, omne c b: & omne b a: planum ꝙ ordo iste syllogisticus ẽ, quodq; nobis inest fm naturam. Aristo. vero appellat ordinem istum figuram primam. Qñ igit omnes duæ propositiones, aut sic se habent, ꝙ ambæ sunt vniuersales, aut particulares, aut indefinitæ, aut vna ipsarum vniuersalis, & altera in parte: aut vna ipsarum vniuersalis, & altera indefinita: aut vna ipsarũ indefinita, & altera in parte: et

D Ordo medij termini ĩter extremitates vocatur figura.

E Quarta figura quã posuit Gal. nõ ẽ nãlis. Vide infra I digressione ꝓpria, cap. 8.

F Ex diuisione ꝓpõũ colligunt. 36. cõiugationes ĩ prima figura

Syllꝰ, de quo ĩit Prior. g cõpone sup qd determinati.

Quid mi nor extremitas, & qd medi⁹ terminus.

G & vnaquæq; harũ trium ſpecierum bifariã variat, vel vt ſit vlis maior & particularis minor, vel ecõuerſo: & conſiſt vlis non indefinita ac particularis cũ indefinita: & vnaquæq; harum nouẽ ſpecierum ita ſe habet ſm cõpoſitionẽ, aut vt ambæ ſimul affirmatiuæ ſint, aut negatiuæ ſimul, aut vna ipſarũ affirmatiua & altera negatiua, & hoc duobus modis, vno ꝙ ſit minor negatiua & maior affirmatiua, ſecundo in contrariũ huius. ex quo planũ ſi multiplicatæ fuerint illæ quatuor in has nouem, efficientur hac in figura ſex ac H triginta coniugationes. Et Ariſt. exponit, quæ cõcludat, quæue non cõcludat. veluti cùm dicit, qñ fuerint duæ ꝓpones vles affirmatiuæ: concludetur ex neceſſitate vlis affirmatiua. cuius exemplũ ex elementis, vt ſi ponamus oẽ c b: & omne b a: dico ꝙ ex hoc concludit, omne c a. & hoc ſemp ex neceſſitate. Exemplũ vero huius in materijs, quẽ admodũ ſi ponamus, omnis homo aĩal: & oẽ animal ſenſibile: ſequitur ex hoc, ꝙ oĩs homo ſenſibile. Quodq; hoc ſequat, planum ex intentione dicti de omni, quod deſcripſimus in princi- I pio huius libri. & hoc, qñ intentio huius quod dicimus, oẽ b a, & oẽ animal ſenſibile, quę eſt maior ꝓpõ in hac coniugatione, nimirũ eſt, ꝙ oẽ id quod eſt b, aut diſponit̃ per b affirmatiue, ipſum eſt a: & poſteaq̃ coniunxerimus in hunc locũ, ꝙ c diſponit̃ per b affirmatiue, ſequitur ex neceſſitate, vt diſponat̃ c per a. Conſiſt cùm dicim⁹, oẽ animal ſenſibile, nempe volumus, vt oẽ quod diſponitur per aĩal ſit ſenſibile: & poſteaq̃ cõiunxerimus hunc, ꝙ homo diſponit̃ vt ſit animal, planũ eſt ex hoc ſequi, vt ipſe diſponatur p ſenſibile & iſte eſt vnus ex modis cõcludentibus in hac figura. Eodem pacto cùm extiterint duæ ꝓpones vniuerſales, & fuerit maior negatiua, & minor affirmatiua, manifeſtũ ſiſt ex intẽtione dicti de nullo, ꝙ vlem negatiuã colligit. Exemplũ huius, vt cùm dicimus, oẽ c b: nullũ b a: ſequit̃ ex hoc, ꝙ nullum c ſit a: qm̃ intentio eius quod dicimus, nullum b a, ſignificat ꝙ nihil, qđ affirmatiue diſponit̃ per b, eſt a: & c diſponit̃ affirmatiue per b: ſequitur itaq; vt non diſponat̃ per a. Si vero fuerint ambæ ꝓpones vles negatiuæ ſimul, aut maior affirmatiua & minor negatiua, non erit ex hoc ſyll̃s concludens, neq; vlem, neq; particularem. & hoc, qm̃ manifeſtum, ꝙ in materijs concludit aliqñ affirmatiuam verã, & aliqñ negatiuam verã.

Et iterum, qm̃ non eſt in ipſo intẽtio dicti de omni. qm̃ conditio eĩ⁹, quod de omni dr̃, eſt, vt ſit a negatum ab omni eo, quod diſponit̃ per b, diſpõe affirmatiua: & qm̃ c diſponit̃ per b, diſpõe negatiua, non ſequit̃ ex hoc, vt diſponatur per a, diſpoſitione negatiua, ſiue maior affirmatiua extiterit, ſiue negatiua. & M ad hæc, qm̃ duo iſti modi cõcludũt in materijs aliqñ affirmatiuam veram, & aliqñ negatiuam verã. Hoc aũt planum, ſi poſuerim⁹ terminos duarum propoſitionũ vniuerſaliũ, quarũ maior affirmatiua & minor negatiua, animal, homo equus: vbi aĩal ſit maior terminus, homo medius, & equus minor: & aliqñ, animal, homo, lapis. qm̃ igitur dicim⁹, nullus equus homo: omnis hõ animal, concludimus vlem affirmatiuam, hoc eſt, oẽm equum eſſe aĩal.

cùm

K Secũ la d iugatio vl liis.

L Coniugationes vles inutiles.

Prima cõiugatio vlis.

Cõditio di cti de oĩ. Vide claris ſupra cap. 1. circa finem.

A cùm vero dicimus, nullus lapis hō: omnis homo alal: concluditur vſis negatiua, hoc é, nullus lapis animal. qm igitur hæc compoſitio aliquan do concludit negatiuā, & nonnunquā concludit affirmatiuā, non ſequet ex ipſa aliud ex neceſſitate ac ſemper ſm id, quod acceptum fuit in definitione ſyllogiſmi. cùm itaq; resita ſe habeat, non eſt ſyllogiſm⁹.

Eodem pacto ponentur termini, qui cōcludūt affirmatiuā in vtriſq; propoſitionibus vſt negatiuis, ratio nale, equus, & homo: qui vero vſtem negatiuā colligūt, rationale, equus, B & aſinus. & hoc, qm̄, nullus homo equus: nullus equus rationale: & cō cluditur, omnis homo rationale. & rurſus, nullus aſinus equus: nullus equus rōnale: & concluditur, nullus equus rationale. cùm igitur hęc con iugatio aliq̄ concludat affirmatiuam, & aliq̄ negatiuam, non erit vtiq; coniugatio ſyllogiſtica. Atq; hæc eſt ſyllogiſmorū intentio, qui ex duabus vniuerſalibus ꝓpōnibus hac in figura componuntur, hoc eſt ꝙ duo ex ipſis cōcludunt, & duo nō cōcludunt. Scitu tñ dignum, ꝙ is, qui ex binis negatiuis conſtruit in hac figura, nihil penitus concludit, ſeu ſyllō artificiali, ſiue etiam naturali, qui eſt cùm dicit⁹ cogitatio ſine conſyderatione. Si vero minor in ipſo exiterit negatiua, iam exiſtimatur ꝙ concludat negatiuā in parte, poſteaquam propoſitiones conuerſæ fuerint. atqui hæc ſpecies conclu ſionis non eſt ex ſyllogiſmo, ſup quem cogitatio naturaliter cadit. mirum concluderet, ſi in quarta figura ſyllogiſm⁹ naturaliter cōſtruetur: atqui quod intenditur, quem admodū diximus, eſt expoſitio ſyllogiſmorum, ſuper quos naturaliter cadit humana cogitatio. D

*Quòd ſi in hac figura vſis propoſitionum vſis extiterit & altera in parte, & maior vſis fuerit, aut affirmatiua aut negatiua, & minor particularis & affirmatiua, erit ex hoc ſyllogiſmus cōcludens perfectus. Exēplum huius, qm̄ ſi ponam⁹, aliquod c b: & omne b a: ſequitur vt ſit aliquod c a. Hoc aūt manifeſtum ex intentione dicti de omni. qm̄ diſpoſitio eius quod eſt, omne b a, quēadmodū plerūq; diximus, eſt, ꝙ oē quod diſponitur per b diſpōne affirmatiua, ipſum eſt a: ſed ponitur ali quod c diſponi p b: ſequitur itaq; vt particulare hoc ſit diſpoſitū p a. E

Et conſiſt ſi poſuerimus aliquod c b: & nullū b eſt a: ſequit ex hoc, aliquod c non eſſe a. & hoc ēt manifeſtū ex intentione dicti de omni negatiui. Sicſt ſequetur diſpoſitio, ſi in duobus modis iſtis loco particularis indefinitā poſuerimus: qm̄ indefinita ex neceſſitate eſt particularis. neq; enim fieri poteſt, vt indefinita particularem nō valeat: & hoc eſt, quod ex neceſſitate ipſi ſemper ineſt. Quòd ſi diſpoſitionē vniuerſalem ſignificat, non tamen oportet hoc ei ineſſe: & propterea poſuerūt ipſius vim, vim particularis. F

Si vero vſis propoſitio fuerit minor, ſeu affirmatiua, ſiue negatiua, & maior non vſis, ſed indefinita vel particularis, negatiua aut affirmatiua, non erit ex hoc ſyllſs. Et hoc manifeſtum, qm̄ in ipſis non reperitur intentio dicti de omni. & ad hęc planum etiam ex materijs, hoc eſt, qm̄ in materijs concludit aliq̄ affirmatiuam, & aliq̄ negatiuam. Exemplū huius, ſi ponamus ꝙ omne c b:

Log. cū cō. Auer. B et

Nota ſyllſ ex duabus vtrib⁹ negatiuis nihil penit⁹ concluderē: ſi ex minori negatiua tm̄, cōcluderē: concludēdé aruſticiali, quā indire cta vocāt.

C Hoc idem aſſerit Ariſto. in fine figurarū de ꝓpōnibus inenſtentibus. Intēto huius libri é rōnatio ſyllorū, ſuper quos cadit cogitatio hominis per naturam.

*De cōiugationib⁹ particularib⁹ vnibꝰ

Nota de ꝓpōne n definita.

Cōiugationes particularis in uules.

G & aliquod B eſt A, vel non eſt A: nõ ſequit ex hoc, vt ſit C negatũ ab aliquo A, aut inſit in aliquo A. & hoc, qm̃ deficit hic aliqua ex conditionibus dicti de omni vſis, qui in ipſa re periatur. quia intẽto dicto de omni fuerat, vt A prædicaretur negatiue aut affirmatiue de oĩ eo, quod tm̃ diſponit affirmatiue p B: ſed A dicitur de aliquo B, nõ aũt de omni eo. Exemplum vero terminorũ, qui cõcludunt affirmatiuam veram, vbi minor fuerit vſis affirmatiua, & maior affirmatiua in parte, bonum, habitus, & ſcia. & hoc, qm̃ omnis ſcientia
H eſt habitus: & aliquis habitus eſt bonus: & concluſio, ꝙ omnis ſcia bonum, & hoc eſt verum. qui vero negatiuam concludunt, ſunt, bonum, habitus, & ignorãtia, quæ eſt ſecundum viam habitus, hoc eſt innata. & hoc, qm̃ omnis ignorãtia habit⁹: & aliquis habitus bonum, tm̃ nulla ignorantia bonum. ſ: hoc etiã non concludit ſm viam naturalem. Cõſimiliter ſi poſuerimus ꝙ nullum C eſt B: & aliquod B A, vel aliquod B non eſt A: non concludemus cõcluſionem ſeruantẽ quãtitatem. & hoc quoq; manifeſtũ ex intẽtione dicti
I de omni, & ex materijs. Exemplum igitur terminorũ propoſitionum, quæ cõcludunt affirmatiuam, cùm maior extiterit affirmatiua particularis, & minor negatiua vniuerſalis, album, equus, & cygnus. & hoc, qm̃ nullus cygnus eſt equus: & aliquis equus album: & concluditur, omnis cygnus albũ. Termini vero, qui negatiuam veram concludant, ſunt, album, equus, & coruus. & hoc, quoniam nullus coruus eſt equus: & aliquis equus album: & concluditur, nullus coruus album, quæ eſt negatiua vera. cùm igitur declaratũ ſit, K
ꝙ in huiuſcemodi ſyllogiſmis aliqñ cõcluditur vniuerſalis affirmatiua, nonnunquam vniuerſalis negatiua, planum ꝙ non concludunt negatiuam in parte, neq; affirmatiuam in parte. Et hoc, qm̃ ex parte, qua concludit vniuerſalem affirmatiuã, nõ poteſt cõcludere vſem negatiuam, neq; particularem negatiuam ſemper: ex parte vero, qua cõcludit vniuerſalem negatiuam, non poteſt cõcludere vſem affirmatiuam ſemp, neq; particularem etiam affirmatiuam. atq; hi quidem non ſunt ſyllogiſmi in comparatione eius, quod ſm naturalem viã concludit. Eodẽ
L aũt pacto, ſi loco particularis accipiatur indefinita, qm̃ ipſarũ vis eſt vna. Conſiſt etiã ſi maior propoſitio exiterit vſis, ſeu affirmatiua, ſeu negatiua, & minor particularis negatiua, non erit item ſyllſs, qui ſecundum viam naturalem quæſitũ colligat: qm̃, cũ minori extremitati non inſit medius terminus, hoc eſt non prædicetur de ipſo affirmatiue ſm conditionẽ poſitam in dicto de omni, fieri poteſt vt maior extremitas illi inſit, & nulli etiam inſit. Exemplũ cuius, ſi poſuerimus, ꝙ aliquod
M C nõ inuenitur in aliquo E B: & oẽ B A: poteſt concludere ꝙ A aliquando ineſt alicui C, & aliqñ non ineſt. Exemplum vero huius ex materijs, animal, homo, album. & hoc, quoniam aliquod album nõ eſt homo: & omnis homo animal, & tũc fieri non poteſt, quin particularis aut ſecundum poſitionem ſit, aut ſecundum naturam, hoc eſt particularis poſitione: ſi cùm dicimus, aliquod album non eſt homo, quæ eſt negatiua in parte, verum fuerit ſimul cũ

Cauſa inutilitatis.

Nota, ꝙ ppõ ẽ particularis duob⁹ modis, vel ſecundũ naturam, vel poſitione.

vſis

A vniuersali negatiua, puta, nullum albus est homo, tunc syllogismus cõplicabitur ex duabus propõnib⁹ vniuersalibus, quarum minor est vñs negatiua, & maior vñs affirmatiua. sed iam exposuimus per terminos, ꝙ iste non concludit, propterea ꝙ contraria colligit Quòd si cum hoc quod dicimus, aliquod albũ non est homo, simul vera non extiterit vñs negatiua, & sit aliquod albũ ex necessitate homo, & aliquod etiã non sit homo: si inquam ita fuerit nõ reperientur in hac positione termini, qui concludant contraria, hoc est af-
B firmatiuã & negatiuã: qm̃ oportet vt sit aliquod c A. nanq; si cũ hoc, quod dicimus, aliquod albũ non est hõ, simul verũ extiterit, aliquod album esse hominẽ, tunc oportet vt hæc coniugatio sit coniugatio concludẽs, hoc est, vt sit ex minore affirmatiua in parte & maiore vñ: sed iã declaratũ fuit, ꝙ est concludẽs proculdubio affirmatiuam in parte: & propterea non est verũ, vt in consimili materia inueniri possit vñs negatiua: qm̃ ipsa contradicit particulari affirmatiuæ. Atqui declaratum est in cõsimili materia, cùm fuerit
C propositio particularis negatiua vera simul cũ affirmatiua particulari, hoc est, vt dicimus, particularis p̃ naturam, ꝙ cõplicatio ista non cõcludit: qm̃ fieri potest, vt inueniatur in illo particulari aliquod, à quo neget homo, de quo vere prædicetur asal: & item aliquod, de quo dicat falso. puta, si posuerimus aliquod album, quod non est homo, exempli gratia niuem, verum erit, cum dixerimus, nullam niuem esse animal. ꝙ si posuerimus, exempli gratia cygnũ, vere proferre poterimus, omnem cygnũ esse animal. Hoc igitur modo D manifestũ nobis factum fuit, ꝙ hæc cõplicatio nonnunq̃ vltam affirmatiuã veram concludit, & aliqñ vniuersalem negatiuã veram, quæ sunt contraria. Nil præterea vetat, vt dicamus complicationẽ istam nõ concludere, sm ꝙ hoc in loco quærim⁹ coniugationes semper concludẽtes, non aũt sm materiam aliquam. cęterum si admiserimus complicationẽ istã concludere affirmatiuã in parte, hoc vtiq; fiet, cũ negatiua particularis, sm naturã particularis erit, hoc est in materia, in qua simul etiã verificat affirmatiua in parte, nõ autem vbi simul vera extiterit vñs negatiua, quã vocamus particulare positione. Sed quòd quærimus in materijs est, quod p se concludit, hoc est in omni mã. & propterea nõ recensebit coniugatio ista inter materias concludentes: quẽadmodum neque illa, quæ ex binis affirmatiuis cõcludit in figura secũda, licet forsasse cõcludat in aliqua materia, qm̃ materiæ, in quib⁹ cõcludit, sunt apud nos ignotæ. Consimiliter ẽt declarabit ꝙ coniugatio illa nõ concludet per se, in qua maior ꝓpositio negatiua fuerit vñs, & minor negatiua particularis, quẽadmodum de hac quoq; declarauimus. Termini vero huius ex materijs, inanimatum, homo, album: qm̃ aliquod album non est homo: & nullus homo est inanimatum. ꝙ si sub hoc aliquo acceperimus, niuẽ & cygnum, concludetur nobis, ꝙ nix non est animatum: & cygnus, quia volatile, est animatũ. & ita inuenietur coniugatio ista concludens duo contraria simul.

Liber octauus ex vñ affirmatiua & negatiua, & peculiari negatiua vñ nõ cõcludat: põt tñ in aliqua determinata E mẽ cõcludere. sed hmõi coniugationes nõ cõsyderantur in hoc libro.

Quòd si duæ propositiones acceptæ hac figura extiterint ambę par-

F

G ticalares, aut ambæ indefinitæ, aut vna indefinita & altera particularis, non erit ex his ſyllogiſmus, ſiue ambæ fuerint affirmatiuæ, aut ambæ negatiuæ, aut altera affirmatiua & altera negatiua. Et hoc manifeſtũ ex eo, ꝙ non inuenit in ipſis inſtio ducti de omni: qm̃ ipſum determinat binis conditionibus: vna, ꝙ maior ſit vniuerſalis, quomodocunq; ſe habeat ſm̃ qualitatem, hoc eſt affirmatiua vel negatiua: altera, ꝙ minor ſit affirmatiua, quomodocũq; ſe habuerit ſm̃ quantitatem, hoc eſt vniuerſalis aut particularis. Iam aũt declaratum eſt ex terminis, ꝙ nõ concludit: qm̃ contraria concluduntur in omnibus iſtis cõplicationibus. Termini vero cões ad vniuerſalẽ affirmatiuam concludendam, animal, albũ, homo: hoc eſt, vt ſit animal maior extremitas, albũ medius, homo minor. & hoc, qm̃ inuenies terminoſiſtos ad oẽs coniugationes illas, vt concludant affirmatiuam. nanq; aliquis homo albus, & aliquod album animal: & aliquis homo non eſt album, & aliquod album nõ eſt animal: & ex omnibus iſtis ſequit, ꝙ omnis homo aial. Termini vero I cões ijs, quæ concludunt vniuerſalẽ negatiuam, animal, album, lapis: animal maior, album medius, lapis minor. Iam itaq; expoſuimus, quæ cõcludant in hac figura, quæue non: quodq; ex ipſis quatuor tm̃ concludunt, & quæ ex duabus conſtruitur vniuerſalib' affirmatiuis, & quæ ex vñ affirmatiua maiore & particulari affirmatiua minore, & quæ ex vniuerſali negatiua maiore & particulari affirmatiua minore, & quæ ex vniuerſali negatiua maiore & vñ affirmatiua minore: quodq; concludit omnes enunciationum ſpecies, hoc eſt vlem affirmatiuam, particularem affirmatiuam, vlem negatiuam, & particularem negatiuam: quodq; ſyllogiſmi concludentes in hac figura ſunt perfecti, & ob hoc vocata fuit figura prima. Quod vero priores excogitarunt, ꝙ tres modi figuræ iſtius bonas concluſiones colligũt, hoc eſt modus cõcludens vlem negatiuam, concludit & conuertentem, & concludens particularẽ affirmatiuam conſtr, & concludens item vlem affirmatiuam, ꝙ videlicet iſti etiã conuertentes ſuos concludunt, hoc eſt affirmatiuã in parte: hoc (in quã illi aſſerunt, quia intentionem ignorãt Ariſtotelicam. Ariſtoteles nanq; hoc in loco intendit cõnumera re concluſionũ ſpecies, quæ p ſe & primo in ſyllogiſmis inueniũtur naturalibus: non aũt qui ſunt ſecundũ intentionem ſecũdam, & non ſecundum curſum ſyllogiſmi. K

Duæ dictiones ad diſcrim de oi requirunt.

H

L

Secunda Figura ex propoſitionibus Inexiſtentibus. Cap. 6.

QVando vero idem huic quidem omni, illi autẽ nulli inſit: aut vtriq; M omni, aut nulli, figurã quidem talem voco Secundam. Mediũ vero in ipſa dr, quod de vtriſq; prædicatur: extrema aũt, de quibus dicitur hoc. maius vero extremũ, quod ad mediũ iacet: minus aũt, quod longius à medio. ponitur aũt mediũ quidẽ extra extrema, ſed poſitione primum. Perfectus quidem in hac figura nullo pacto eſt ſyllogiſmus: poteſt aũt eſſe, & vñr, & non vniuerſaliter terminis exiſtẽtibus.

Quare appellat' prima figura Nota d'tri b'cõiugationibus alijs in prima figura, q cõcludũt cõuertẽtes, quare nõ meminit Ariſto.

Vñ

Vniuerſaliter quidem exiſtẽtibus terminis erit ſyllogiſmus.quando medium huic quidem omni,illi vero nulli inſit:& ſi ad vtrum uis fuerit priuatiuum:aliter vero minime. Prædicetur M de N quidem nullo:de X autem omni:quoniam itaq; conuertitur priuatiuum,nulli M inerit N: M vero omni X ſuppoſitũ eſt: quare N nulli X,hoc enim monſtratum eſt prius. A



B Prima vtilis cõiugatio, minoris conuerſione indigens,vt ad primã reducaſ figuram.

Rurſus ſi M N quidem omni: X vero nulli: & X N nulli inerit. Si enim M nulli X,& X nulli M:M autẽ omni N inerat: X vero nulli inerat N:facta nanq; rurſus eſt prima figura.quoniam vero cõuertitur priuatiuum,& N nulli inerit X:quare idem erit ſyllogiſmus.



C Secũda vtilis cõiugatio, minoris & concluſiõis cõuerſiõe indagãs,& p̃miſſarum tranſpoſitione.

Eſt autem ipſa monſtrare & ad impoſſibile deducentes.

D

Deductio ad impoſſ in vtriſq; cõiugationibus.



E Quõd itaq; ſit ſyllĩs ita ſe habẽtib⁹ terminis, planũ. verũ nõ ꝓſe ꝯ⁹: nõ.n. ſolũ ex his, q̃ ex principio, ſed & ex alĩs efficit neceſſariũ. Si aũt M de oſ N, atq; X p̃dicet, nõ erit ſyllĩs. Termini ꝯ inſit, ſubſtantia, aſal, hõ: ꝯ non inſit, ſubſtãtia, aſal, numerus: mediũ, ſubꝺa.

Subſtantia.
M.

Prima inutilis coniugatio. Loco nũeri Auer. vitur lapis.



F Numerus.

Et quando neq; de X, neq; de N aliquo prædicetur M. Termini ꝯ inſit, linea, animal, homo: ꝯ non inſit, linea, animal, lapis.

Linea.
M.

Secũda inutilis coniugatio.



Mani-

Manifeſtum itaq; ſi ſit ſyllogiſmus, vniuerſaliter terminis exiſtentibus, neceſſe terminos ita ſe habere, vt diximus in principio: aliter enim ſe habentibus, non efficitur neceſſarium. A

Quando autem medium ad alterum vniuerſaliter ſit, quando quidem ad maius ſit vniuerſale, aut prædicatiue aut priuatiue, ad minus vero & ſecundum partem & oppoſite (dico autem oppoſite, ſi vniuerſale priuatiuum, quod in parte affirmatiuum: ſi vero vniuerſale prædicatiuum, quod in parte priuatiuum) neceſſariũ eſt, ſyllogiſmum fieri priuatiuum ſecundum partem. Si nanq; M ineſt N quidem nulli: X vero alicui: neceſſe eſt N ipſi X non ineſſe. Quoniam enim conuertitur priuatiuum, nulli M inerit N: M vero ſuppoſitum eſt X alicui non ineſſe: quare N alicui X non inerit. efficitur nanq; ſyllogiſmus per primam figuram. B



Homo. Al.non. Animal.

Tertia vtilis coniugatio, maioris conuerſiõe iuuãs. C

Rurſus ſi M N quidem omni: X vero alicui M non inſit: neceſſe eſt N X alicui non ineſſe. Si enim omni ineſt: prædicetur autem & M de omni N: neceſſarium eſt M omni X ineſſe: ſuppoſitum vero fuerat alicui non ineſſe. Et ſi M N quidem omni ineſt: X vero non omni: erit ſyllogiſmus quòd non omni X N. demonſtratio autem eadem.

D

Quarta vtilis cõiugatio, q̃ p impoſe tũ dedu cunt.



E Si vero de x quidem omni: de N vero non omni prædicetur M: non erit ſyllogiſmus. Termini, * animal, ſubſtantia, coruus: † animal, album, coruus,

* Al. c. ad. q̃ inſit.
† q̃ non inſit,

Tertia inutilis coniugatio.



I Neq; quando de x quidem nullo: de N vero aliquo. Termini q̃ inſit, animal, ſubſtantia, vnitas: q̃ non inſit, aſal, ſubſtãtia, ſciẽtia.

Quarta inutilis cõiugano.

Alexan. & Auer. pro vnitate accipiunt lapis.



Oõ

Quando itaq; oppoſitum ſit vniuerſali quod eſt ſm partem, dictum eſt, quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus. Quando vero propoſitiones eiuſdem ſint figuræ, quemadmodũ vtraq; priuatiuę aut affirmatiuæ, nullo pacto erit ſyllſus. Sint enim primum priuatiuæ, & vſe adiaceat maiori extremo, vt M N quidem nulli: x vero alicui non inſit: contingit vtiq; N & oſ, & nulli eorum quæ ſunt x, ineſſe. Termini q̃ nulli inſit, aïal, nix, nigrum. A

B
Quæſtio ſed lis oſtenſa.

Nix.N. N. X.Nigrum.

Quòd vero omni inſit, nõ eſt capere: ſi M x alicui quidẽ ineſt: alicui autem non. Si.n. N omni x: M vero nulli N: M nulli x inerit: ſed ſuppoſitum fuerat alicui ineſſe. ſic ita q̃ non contingit terminos capere. Ex indefinito autem monſtrandum. qm̃ enim verificatur q̃ M alicui x nõ inſit, & ſi nulli inſit: cùm vero nulli inerit, non erat ſyllogiſmus: manifeſtum, q̃ neque nunc.



C
Obſcio p̃ poſſe, q̃ nõ cõcludat de oſ, niſi ex indefinito, t. particulari ex põne, ſi natura.

Rurſus

D Rursus sint prædicatiuæ, & vlt ponatur cõmuniter, vt M N quidem omni: X vero alicui insit: cõtingit vtique N, & omni & nulli inesse X. Terminiq; nulli insit, album, cygnus, lapis.

Album.

M.

O. Al.

Cygnus. N. N. X. Lapis.

Serra inutilis commu.

Quòd vero omni, non est capere ob eandem causam, quam H prius: sed ex indefinito monstrandum.

Substantia.

M.

O. Al. al. ñ.
Al. O.

N X

Hũ. O. Corruptibile. Animal.

O

Obiso p. positq; nõ cõcludat de oi, nisi ex idefinito, vt in 1ª per. on.

I Si vero vlt ad minus est extremum: & M X quidem nulli: N vero alicui non inest: contingit N, & omni & nulli inesse X. Termini q; insit, album, animal, coruus: q; nõ insit, albũ, lapis, corus.

Album.

M.

Al. non. N.

Animal. N. O. N. X. Corvus. Lapis.

Serra inutilis commugans.

Si

Si autem prędicatiuæ ſint propoſitiones, termini ꝙ non inſit, album, animal, nix: ꝙ vero inſit, album, animal, cygnus. A

Album.

M.

Al. O.

Animal. N. N. O. X. Nix. Cygnus.

Septima inutilis eō ſuguno.

B

Manifeſtum itaq; qñ eiuſdem figurę ſint propoſitiones, & hec quidē vłr, illa vero in parte, ꝙ nullo modo efficitur ſyllogiſmus. Verum neq; ſi alicui vtriq; inſit, aut non inſit: aut huic quidē, illi vero non: aut neutri omni: aut, indefinite. Termini omniū communes album, animal, homo: album, animal, inanimatum.

Album.

M.

Al. Al.nō. Al Al.non.

N. X.

Animal. O. N. Hō. Inanimatum.

Serdecim inutilē cōfugationū exemplū.

C

Manifeſtum itaque ex dictis, ꝙ & ſi ita ſe habeant termini ad ſeinuicem, quemadmodum dictum eſt, ex neceſſitate fit ſyllogiſmus: & ſi ſyllogiſmus ſit, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Planum autem, ꝙ & omnes, qui in hac figura, ſyllogiſmi imperfecti ſunt (omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam, quæ vel inſunt terminis ex neceſſitate, aut ponuntur, vt ſuppoſitiones, vt quando per impoſſibile monſtremus) & quòd non ſit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figuram, ſed omnes priuatiui, & qui vniuerſaliter & qui ſecundum partem.

Tractatus

G *Tractatus de Secunda figura, ex propositionibus Absolutis.* Cap. 6.

CVm vero terminus medius ꝓdicatur de duabus extremitatibus, hoc est de subiecto quæsiti ac ꝓdicato eiusdem: & hoc, siue de ipsis affirmatiue prædicetur, vel negatiue: aut de vno affirmatiue, & de alio negatiue: siue subiectū in ambabus vlr sit, siue in parte: vel in vna ipsarum vlr, in altera in parte, aut indefinite. planū ꝙ talis complicatio est complicatio sylſi: qđq, cogitatio humana super ipsam naturaliter cadit: non aūt ſm viā artificialem. Exemplum huius: qm̄ diceret fortasse aliquis, hic abortiuus non est aīal: & si aliquis interrogaret, quare? rn̄deret, qm̄ aīalis vox ē vehemens: & manifestū, ꝙ ex hoc sermone excerpi pōt ꝓpositio minor, q̄ iam est euidēs, huius videlicet nati vocē non esse vehementem. vox igitur vehemens medius est terminus, qui de binis ꝓdicatur extremitatibus. Talis aūt cōplicatio vocatur figura Secunda. Terminus vero, q̄ de ipſis prędicat, medius nuncupatur, & ſubiectum quæſiti minor, & eiusdē prędicatū maior. Ac propoſitio, cuius ſubiectum, est ſubiectum quæſiti, ꝓpositio minor: cuius autē ſubiectū est ꝓdicatū quæſiti, propoſitio maior. Ponemus itaq; primū in ſermone minorem extremitatē: poſtea ſequet medius: deinde ſequetur maior, vt diſtinguat maior à minori: qm̄ non diſtinguunt in hac figura, niſi vt ad q̄ſitū referunt. In hac igit figura nō inuenit ſyllſus perfectus: inueniunt autem ſyllſi cōcludentes, cū fuerint propōnes vłes, & nō vłes. Si itaq; ſint vłes, ſyllſus erit, cū medius ꝓdicat de vna extremitatū oſ affirmatiue, vtra ex rum fuerit: & de altera ꝓdicet negatiue. ꝙ ſi de ipſis ꝓdicetur affirmatiue, non erit ſyllogiſmus cōcludens.

Figura ſecunda eſt nālis.

H

I

Nota ſi diſtinguntur extremitates maior. & minorē, nō penes q̄ſitū i figura ſeda.

K

Ponamus ergo primū duas propōnes vłes, vnam negatiuā & alteram affirmatiuam: ſitq; maior negatiua & minor affirmatiua: dico igit ꝙ concludit negatiuam vłem. Exemplū huius: oē c B: & nullū A B: dico ꝙ ſequitur ex hoc: nullū C A. ſi.n. conuertamus negatiuā vłem dicentē, nullum A B: & dicamus, nullū B A: cū iam ſupra poſuerimus, omne C B: concludemus in ſecundo mō primę figurę ſm ꝙ declaraūimus, ꝙ nullū C eſt A. Conſimiliter ſi poſuerimus ē minorem negatiuā, & maiorē affirmatiuā, dico ꝙ complicatio iſta quoq; cōcludit vłem negatiuā. Exēplū huius: ſi dicamus nullum C B: & oē A B: concludet nullū C A. qđ monſtratur, ſi conuertamus propōnē negatiuā, & fiat, nullū B C: cū iam poſitū fuerit oē A eſſe B: ergo nobis cōcludit in mō ſcđo figurę primæ ꝙ nullū A eſt C. ꝙ ſi iterū cōuertam cōcluſionē iſtā, erit nobis, nullum C A. ſed hāc cōcluſionē ꝑ ſe cōcludebat ſyllogiſmus primę figurę iſtius.

Primus modus vłs nalis.

L

Scđus modus vłs nalis.

M

Cùm vero extiterunt binæ propoſitiones vłes affirmatiuę aut negatiuę ſimul, non facient ſyllm cōcludentē. puta, ſi poſuerimus oē C B: & oē A B: dico ꝙ non ſequitur ex hoc, vt ſit oē C A, neq; aliqđ C A. Hoc aūt planū ex materijs, q̄ contraria colligunt. Exēplū terminorū cōcludentiū affirmatiuā ex materijs, hō ſubſtātia, & animal: vt accipiam ſubſtātiā terminū mediū. & hoc, qm̄ oīs hō ſubſtantia: & oē aīal ſubſtantia: & cōcluditur in materia,

Modi vłs inutiles.

A tèria, ꝙ omnis hõ animal. Exemplum vero ex materijs terminorũ concludentiũ negatiuã, lapis substantia: & asal. & hoc, qm̃ oĩs lapis substantia: & oẽ asal substantia: & cõcluditur in materia, nullus lapis animal. Et similiter cũ posuerim⁹, nullum c B, & nullũ A B: nanq; & complicatio ẽt ista in materijs contra simul concludit. Exemplũ terminorũ concludentiũ affirmatiuã, homo, linea, & asal. & hoc, qm̃ nullus hõ est linea: & nullum animal est linea: & cõcluditur, oĩs hõ animal. Exemplũ vero terminorũ cõ-
B cludẽtium vẽm negatiuam, lapis, linea, animal. nullus. n. lapis linea: & nullũ animal linea: & concludit nullus lapis animal. Inueniunt ergo duæ complicationes istę aliquãdo concludentes affirmatiuam, & aliqñ negatiuam: nõ igitur est syllogismus. Iam itaq; declaratum est ex hoc tractatu, cum fuerint duę ꝓpositiones vẽs, quando erit, & qn̄ non erit syllus in hac figura, ꝙq; syllꝰ concludentes in hac figura nõ sunt perfecti: qm̃ iã expoſuimus ꝙ
C paliud concludunt, non aũt per se.

Sylꝰ particulares.

Si vero vna duarum propositionum in hac figura vẽs extiterit, & altera particularis: si maior vniuersalis fuerit, & minor particularis, & vna ab altera diuersa extiterit I qualitate: hoc est, si vna fuerit negatiua, & altera affirmatiua: erunt ex hoc syllꝰ concludentes. Sit itaq; pri-

Pria cõiugatio particularis vtilis.

mũ maior vẽs negatiua, & minor affirmatiua in parte, puta, aliquod c B: nullum A B: dico ꝙ ex necessitate aliquod c non est A. qm̃ conuertitur, nullum B A: & iam fuit positum, aliquod c esse B: & nullum B est A: reuertitur itaq; ad figuram primam: sed iam declaraD uimus ꝙ in hac figura sequitur, aliquod c non esse A. Similiter ẽt si fuerit maior propositio vẽs affirmatiua, & minor particularis negatiua: puta, aliud c non est B: & omne A B: dico ꝙ sequitur ex hoc negatiua in parte, aliquod videlicet c non esse A. Quod monstratur. si. n. non fuerit verum, quod dicimus. aliquod c non est A, erit suum contradictorium verum, ꝙ omne c est A: cum quo coniungemus propositionem secundam, quam posuimus, omne A B: & sequitur ex hoc in figura prima, omne c esse B: sed
E iam posuimus aliquod c non esse B: quod fieri non potest & non cohæret. sed quod ex falso sequitur est falsum: & falsum est, quod sequitur ex eo, qđ diximus, omne c esse A: falsum igitur etiam erit, omne c esse A: ergo contradictorium sui verum, quod est aliquod c nõ esse A. & hoc ẽ, qđ volebam⁹ declarare.

Sylꝰ ñ cõcludentes particulares in quibus minor extenditur secũdũ qualitatem.

* Et quod etiam dubitarũt. qm̃ exiſtimauerunt, modũ concluſionis ſequi debiliorem duorum modorum propoſitionis: quemadmodum res ſe habet in affirmatione ac negatione, i. quoniam ſi fuerit vna propoſitionum affirmatiua & altera negatiua, concluſio ſequetur negatiuam, quæ eſt vilior: hoc eſt ſyllogiſmus imaginatius. & hoc, qm̃ concluſio non ſequitur propoſitionem negatiuam & non affirmatiuam, ex parte qua negatiua vilior ſit affirmatiua, ſed ex parte qua eſt negatiua: abſoluta vero ſi eſt vilior, eſt affirmatiua, non aũt negatiua: cõfuſio igit̃ iſtius ſermonis eſt per ſe manifeſta.

* a. l. hoc autẽ fecit eos errare Soſo priæ rationis. F

Soluit tertiã rõnẽ.

Quod etiã contendunt, eſt, qm̃ in

Cõtra opinionẽ Themiſtii, & aliorũ ſequentiũ, q̃ rõ pus & tocis ſo lũ inuenit in ꝓpõne minore.

G aliqua materia concludit absoluta, & tñ minor ē absoluta, & maior necessaria. vt in exēplo: omnis hō ambulat, hoc est in actu: & oē ambulās mouetur ex necessitate: igit omnis homo mouet, non tñ ex necessitate. Et deceptio in hoc est, qm̄ ambulās nō mouetur ex necessitate, ex parte qua est homo, sed ex parte qua est ambulans. ꝙ si conditionē istā, quā in maiore accepimus, ponamus etiā in conclusione, erit necessaria: puta, ex necessitate, oīs homo mouet, ex

H parte qua est ambulans. Non oportet aūt, vt aliquis ad hoc respōdeat, dicens, ꝙ in hac complicatione conclusio ē absoluta, cùm minor est absoluta & maior necessaria: qm̄ in hac ꝓpōne necessaria non inuenit dictū de omni, quod fecit vīr Arist. in hoc libro. & hoc, vt A prædicetur ex necessitate de oī eo quod disponitur p B affirmatiue, siue disponat per B in actu, siue ex necessitate, siue possibiliter. qm̄ nō est vtilitas in hac cōditione, ni vera extiterit in oī materia: sed certe oportet vt hęc conditio vera sit in oī materia. Quòd si in duxerimus ēt per materias, planum

I nobis fiet, ꝙ hoc, quod dicimus, oē qđ est B est A ex necessitate, aut ē A absolute, in aliqua mā significat, oē quod est B in actu', est A ex necessitate, veluti cùm dicimus, oē ambulans mouet: & in aliqua mā significat, oē quod est B in potentia aut in actu, est A ex necessitate, vt cùm dicimus, oē motum est corpus. Confirmatur ēt disponitur enunciatio absoluta.

Excludit rātionem quorūdā: ostendens ꝙ maior necessaria cū minori de inesse concludit necessariā p dictum de omni.

Quòd cùm ita sit', dictū igitur de omni verum in omni mā in propositione necessaria & absoluta, est, vt A insit ex necessitate aut absolute oī illi qđ est in actu, qm̄ in aliqua mā verificabitur de omni eo quod ē in potētia, aut in actu B, & in aliqua de oī eo quod est in actu tantum. qm̄, si A verificatur de oī eo quod est B, in potentia, verificabitur ēt de omni eo quod est in actu: & nō conuertit, hoc est si A verificatur de omni eo quod est B in actu, vt ēt verificet de omni eo quod B in potentia. Et pp hoc oportet conditionē dicti de oī in necessarijs atq; absolutis esse, vt maior extremitas prædicet de omni eo, quod est mediū in actu, hoc est de omni eo, de quo prędicat terminus medius in actu non possibiliter. & propterea cum minor propositio

K Cōditio dicti de oī in mā necessaria, & absoluta.

L extiterit possibilis, & maior necessaria aut absoluta, non erit sylls cōcludens sm dictū de omni, in omni materia, quēadmodum exponit Arist. in sequentibus: qm̄ hoc vtiq; cōcludet per dictū de omni in aliqua materia, hoc est in qua verificatur A absolute de omni eo quod ē B in actu aut in potentia. sed non intenditur hoc in loco, quod est propter mās.

Et hoc est, in quo direxit Abumazar mentem suam contra Aristo. Nanq; in propositione possibili maiore reperitur conditio in omni materia, quam existimauit Abumazar in omnibus specieb⁹ propositionū. & hoc, qm̄ cùm dicim⁹, omne quod est B, est A possibiliter, verificat de omni eo quod est in potētia, aut in actu. & propterea cùm fuerit maior possibilis, erit conclusio possibilis in quacunq; mistione: quemadmodū declarabitur in sequentibus. Quare nō est cōditio dicti de omni in omnibus tribus propositionibus, hoc ē absoluta, necessaria, & possibili, vna, veluti existimauit Abumazar, cùm fuerit A prædicatum in actu, aut

Nota qđ Abumazar contra Aristo. de dicto ō oī.

M

Nota, non oē cōdōnē dicti de oī in oīb⁹ ꝓpōnibus vnā & eandē de hoc vide infra ca. 14. clārius.

ex neceſſitate, aut in potentia de oſ eo qđ eſt B in quacunque ex tribus ſpeciebus: hoc eſt, aut poſſibiliter, aut ex neceſſitate, aut in actu. Neq; eſt ēt cōditio dicti de omni in hoc libro ea, de qua meminit Alexander, vt A prædicetur ex neceſſitate, aut poſſibiliter, aut in actu de oſ in eo qđ eſt B in actu. q̄m, ſi res ita eēt, nō concluderet quæ conſtat ex ambabus poſſibilibus ſm dictum de omni. & hoc manifeſtum conſyderanti. Et inductio atteſtatur ſententię Ariſtotelis. quoniam nō eſt vtilitas in conditione, quæ non poteſt ſuper materias, ſecundum q̄ exiſtimauit Abumazar: neque in conditione, quæ continet omnes ſpecies propoſitionum, ſm qđ exiſtimauit Alexander. Et ex hoc fit manifeſta dubitatio, q̄ accidit hominibus ex opinione Ariſtotelis in miſtione poſſibilis cum neceſſaria & inexiſtente, ſecundum quòd plánum erit ex dicto noſtro, cùm Deo volente ad hunc locum deuenerimus. Sed iam declaratum eſt, q̄ iudicium in miſtione neceſſariæ & abſolutæ eſt ad propoſitionem maiorem.

A

B

Cōtra Alexan. & putauit dictū de oſ tenere in abſoluris.

Miſtio neceſſarij & inēſſe in Secunda figura. Cap. 11.

SEd in ſecunda figura, ſi priuatiua propō eſt neceſſaria, & cōcluſio erit neceſſaria: ſi vero prædicatiua, non neceſſaria. Sit enim primū priuatiua neceſſaria, et A nulli cōtingat B: ipſi vero C ſolum inſit: q̄m itaq; conuertit priuatiuū, & B A nulli cōtingit: A vero omni ineſt C: quare nulli C contingit B: nāq; C ſub A ē.



Pria cōiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineē q̄ ma ioris conuerſione oſtenditur.

C

Conſimiliter autem et ſi ad C ponat priuatiuū Si. n. A nulli C cōtingit: et C nulli A cōtinget: A vero oſ ineſt B: quare nulli B cōtinget C. fit. n. prima rurſus, * igitur neq; B ipſi C: conuertitur. n. ſiſt.

* a. l. nō igitur neque die negatiues apud Græcos negāt.

Sin

D

Secunda cõiugatio q ex minoris & conſonis cõuerſis, & pmiſſarũ tranſpõne oſtituit.



E

Sin autem prædicatiua propoſitio eſt neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. Inſit enim A omni B ex neceſsitate: C vero nulli inſit ſolum: conuerſõ itaque priuatiuo, prima efficitur figura. monſtratum eſt autem in prima, quòd non neceſſaria exiſtente priuatiua quæ ad maius neque concluſio eſt neceſſaria: quare neque in his erit ex neceſsitate.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe, q minoris cõuerſione oſtituit.

F



Præterea, ſi concluſio eſt neceſſaria, contingit C alicui A non ineſſe ex neceſsitate. Si enim B nulli C ineſt ex neceſsitate: & C nulli B inerit ex neceſsitate: ipſum vero B alicui A neceſſe eſt ineſſe: ſiquidem & A omni B ex neceſsitate inerat: quare & C neceſſe eſt alicui A non ineſſe. verum nihil vetat, A tale acceptum fuiſſe, cui omni, C ipſum contingit ineſſe.

Præterea



A Dedūctio eiuſdē per impoſſ.

Prꝫterea & terminos exponentem monſtrare liceret, ꝙ conclu ſio non eſt ſimpliciter neceſſaria, ſed his exiſtentibus neceſſarijs. Vt ſit A animal, B homo, C vero album: & propoſitiones ſimiliter ſint acceptæ. contingit enim animal nulli albo ineſſe: et homo vti que nulli inerit albo, verum non ex neceſſitate. contingit. n. ho minem fieri album, non tamen quouſque animal nulli inſit albo. quare his quidem exiſtentibus, neceſſaria erit concluſio: ſimpliciter autem non neceſſaria. Cōſiſtit ſe habebit & in ſyllſis in parte. cū. n. priuatiua propoſitio & vniuerſaliter ſit & neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: cum vero prædicatiua & vniuerſaliter ſit neceſſaria, priuatiua autem ſm partē, non erit concluſio neceſſaria. Sit primum priuatiua, & vniuerſaliter & neceſſaria, & A nulli B contingat ineſſe: alicui vero C inſit: quoniam itaq; conuertitur priuatiuum, & B nulli A poſſet contingere ineſſe: A vero alicui C ineſt: quare ex neceſſitate B alicui C non inerit.

B Expōnens terminorū vide in figura. Alij alios accipiunt terminos.

C

Cōiugatio ex maiori de nectio, minori de ineſ affirmatiua ꝙ maioris eccuerſiõe oſtenditur.

Rurſus

D Rursus sit prędicatiua vñs & necessaria, & ponatur ad B prędicatiuum. Si itaq; A omni B ex necessitate ineſt: C vero alicui non ineſt: q; itaq; nõ inerit B alicui C manifestũ, sed nõ ex necessitate. Idem nanq; termini erunt ad demõnẽ, qui & in vñbus ſyllis.

Alia negatiua puticularis eodẽ pacto diſpoſita quo ad modos ſed diuerſi mode quo ad propõnes. Alij accipiũt loco terminorũ, moꝛ, ambulãs hõ. & ita ét in ſequéti cõiugatione.



B

Sed neq; ſi priuatiuũ neceſſariũ acceptũ ſit in parte, eſt concłio neceſſaria: p eoſdẽ nãq; terminos demõro, & * vno ſolo transũpto.

*Ait Alex. Quæda ex emplaria hũthçeverba, qđ Alb. dixit, ſed aliter ordinãdi ſunt termini.



F

Alia negatiua particularis inutilis, ppõ nubus, quo ad modos

De miſtione Neceſſariæ & Abſolutæ in Secunda figura. Cap. 11.

SEd in Secunda figura, cũ fuerit propõ negatiua neceſſaria, concluſio erit neceſſaria. ſi ỹo affirmatiua neceſſaria extiterit, nõ erit cõcłio neceſſaria. Sit ergo primum vñs negatiua maior neceſſaria, & affirmatiua vñs minor abſoluta. puta Ĩ exẽplo ſi dicamus, oẽ C eſt B in actu: & nullũ A B ex neceſſitate: q; igitur negatiua conuertitur, redibit hæc ad ſpeciem primæ figuræ, in qua maior eſt negatiua neceſſaria & minor abſoluta. quare cõcluſio, ꝓculdubio neceſſaria erit, ſm q; declaratũ fuit. Conſimiliter ét hoc idem accidet, ſi ponatur minor negatiua vñs neceſſaria & maior abſoluta. q; cõuertitur nullum C B: & fit nullum B C ex neceſſitate: & omne

In ſcđa figura, ſi negatiua fuerit neciã erit cõcłio neceſſaria ſi affirmatiua, ſi erit cõcłio neceſſaria: q; nõ reuertit ad primã ex maiori neceſſaria.

A ne A B absolute: quare concluditur in prima figura, nullum A C ex necessitate, quemadmodum supra exposuimus. & cùm conuersa fuerit conclusio, redibit quæsitum. Quòd si fuerit propositio affirmatiua necessaria, & negatiua absoluta, concludetur absoluta: quoniam negatiua absoluta, cum conuertitur, efficitur maior in prima figura. sed iam in hac declarauimus, si fuerit maior in prima figura non necessaria, quòd conclusio erit nõ necessaria, sed absoluta. iam enim declaratum fuit per viam ad
B impossibile, quòd cõclusio non est necessaria, sed absoluta, cum fuerit affirmatiua necessaria. & hoc, si posuerimus, ꝙ cõclusio huius syllogismi sit, nullũ C est A ex necessitate. sed iam in propõnibus huius syllogismi fuerat, ꝙ omne C est B ex necessitate. ꝙ si conuerterimus affirmatiuam vsem, fiet aliqđ C B: & nullũ C est A ex necessitate: concluditur, fm ꝙ declarauimus in prima figura, ꝙ aliquod B non est A ex necessitate. sed iã posueramus, ꝙ A nõ est B absolute: quare, si conuertamus, verum etiam erit, quòd B non est A
C absolute. quòd si B non sit A absolute, iam erit possibile, vt omne B sit A absolute, quoniam absoluta est de natura possibilis. sed iam fuerat conclusio, quòd aliquod B non est A ex necessitate, quod fieri non potest & non cohæret. Et hac eadem declaratione palam fit, si necessaria affirmatiua maior extiterit, & negatiua absoluta minor. & hoc, quoniam concludit duo contraria. Consimiliter monstratur etiam per terminos, quòd conclusio in his duabus speciebus non est necessaria. puta, sit loco A album: D loco B animal: loco C homo: & componatur syllogismus ita. omnis homo ex necessitate animal: nullum album in actu est animal: & concluditur, nullus hõ est albus. sed hoc non est necessarium: quoniam hõ põt & esse & non esse album. Et fm hoc ét modus conclusionis in duobus syllogismis particularibus huius figuræ sequitur modum propositionis negatiuæ. Huius autem monstratio est hæc eadẽ, hoc est per conuersionem & impossibile in loco, in quo fit impossibile duobus syllogismis vniuersalibus E huius figuræ, & per eosdem etiam terminos.

Absoluta ꝓpõ est de nã posita.

Mistio Necessarij & inesse in Tertia figura. Cap. 12.

SEd in Tertia figura, cum termini sint vlt ad mediũ, & ambę propõnes predicatiuæ, si vterlibet necessarius existat, et conclusio erit necessaria. sint autem hoc prædicatiuũ, illud vero priuatiuum sit, cũ priuatiuum sit necessariũ, & con- F clusio erit necessaria: qñ autem prædicatiuum, non erit necessaria. Sint. n. primum ambæ prædicatiuę propositiones: & A & B omni C insint: necessariũ vero sit A C: qm igitur B omni C: & C alicui B inerit, eò ꝙ vlt fm partem conuertitur: quare, si omni C ineſt A ex necessitate: & C alicui B: necessarium est A alicui B inesse. nam B sub C est. fit igitur rursus prima figura.

Animal.

Cōſingatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe, vtrobꝫ affirmatiuis.



H

Conſimiliter monſtrabitur & ſi B C eſt neceſſarium. conuertitur enim C cum aliquo A: quare, ſi omni C, B, ex neceſſitate ineſt: & A alicui B inerit ex neceſſitate.

Cōſingatio ſupſion oppoſita quo ad modꝫ.



I

Rurſum ſit A C priuatiuum: B C vero affirmatiuum: priuatiuum autem neceſſarium. quoniam igitur conuertitur C cum aliquo: B, A vero nulli C ex neceſſitate: nec B alicui inerit A ex neceſſitate, nam B ſub C eſt.

Equus. Album. A



Cõiugatio ex maiori de neceſſario minori de inęvſibus, alter. negatiua, altera affirmatiua

B

Si vero prædicatiuum neceſſariũ, nõ erit concłõ neceſſaria. Sit .n. B C prædicatiuum & neceſſarium: A C vero priuatiuũ & non neceſſariũ: qm̃ igit̃ cõuertit̃ affirmatiuũ, inerit & C alicui B ex necesſitate. quare ſi A nulli C: C vero alicui B: A alicui B nõ inerit: ſed nõ ex neceſſitate. monſtratũ eſt. n. in prima figura, q̃ priuatiua, p̃ poſitione non neceſſaria exiſtente, neq; concluſio erit neceſſaria.

Vigilare. Bonum. Animal.



Cõugatio ſuprioꝝ op C poſita quo ad modos.

Amplius per terminos planum fieri poſſit. ſit enim A bonum B animal: C vero equus. contingit igit̃ bonum nulli equo ineſſe: animal autem neceſſe omni ineſſe: ſed non neceſſe animal quippiam non eſſe bonum, ſiquidem contingit omne bonum eſſe.

Termini legas in figura

Sin

D Sin autem non hoc poſſibile. ſed vigilare, aut dormire, terminũ ponendum. omne nanq; animal horum eſſe ſuſceptiuum. Si igitur termini vſq; ad medium ſint, dictum eſt, qñ erit concluſio neceſſaria. Si vero hic quidẽ vſq;, ille aũt in parte, vtriſq; prędicatiuis exiſtentibus, ſi vſq; ſit neceſſarium, et concluſio erit neceſſaria: demonſtratio vero eadem, quæ & prius. conuertitur enim & prędicatiuum in parte. Si itaque neceſſe eſt B omni C ineſſe: A vero ſub C eſt: neceſſe eſt B alicui A ineſſe. ſed, ſi B alicui A, & A alicui B ineſſe neceſſarium. conuertitur enim.

E Cõiugatio ex maiori de ineẽ minori neẽtia particularia affirmatiua.



Similiter & ſi A C ſit neceſſarium, vſq; exiſtens. nam B ſub C eſt.

F Cõiugatio ex ſupioci oppoſita, quo ad ꝓpõũ quãtates.



Si vero quod in parte neceſſarium eſt, non erit concluſio ne- A
ceſſaria. Sit enim B C in parte & neceſſarium: A vero omni C in-
ſit, non tamen ex neceſſitate: conuerſo igitur B C, prima efficitur
figura: & vniuerſalis quidem propoſitio non neceſſaria, quę au-
tem in parte neceſſaria. ſed cum ita ſe habeant propoſitiones, nō
erat concluſio neceſſaria: quare neque in his. Amplius & ex ter-
minis manifeſtum. ſit A vigilatio, B bipes, in quo autem C ani-
mal. B igitur alicui C neceſſe eſt ineſſe: A vero ipſi C contingit: &
A ipſi B non neceſſarium. non enim neceſſe bipes aliquod non
dormire, aut vigilare.



B
Cōiugatio
altera ex
maior ide
ineſſe,mino
re neceſſa,
affirmati-
ua pticula
ris.

Conſimiliter & per eoſdem terminos monſtrabitur, & ſi A C
ſit in parte, & neceſſarium.



C
Cōiugatio
ſuppoſi op
poſita mo
ad ꝓpōſi
quantitate

D Si vero hic quidem prædicatiuus, ille autem priuatiuus termi norum, quando vniuersale priuatiuum sit & necessarium, & con clusio erit necessaria. Si enim A C nulli contingit: B vero alicui C inest: A alicui B necesse non inesse.



Coniugatio ex minori negatiua vñi de necessario minori affirmatiua particulari de inesse.

E

Quando autem affirmatiuum necessarium positum sit vniuer saliter existens, aut in parte, aut priuatiuum ſm partem, non erit conclusio necessaria: nam alia quidem eadem, quæ & in prioribus, dicemus. Termini vero, quando sit vniuersale prædicatiuum necessarium, vigilatio, animal homo: medius, homo.



F

Cõiugatio ex maiore de negatiua pocula ri de inesse minori affirmatiua vñi de necessario.

Quando autem in parte prædicatiuum sit necessarium, vigilatio, animal, album. necesse est nanq; animal alicui albo inesse: vigilatio autem contingat nulli: et non necesse alicui animali non inesse vigilationem.

Sed



Cõiugatio ex maiori negatiua vñ de ineſ minori affirmatiua ꝑticularis de neceſſario.

B

Sed quando priuatiuum in parte exiſtens neceſſarium ſit, bipes, motum, animal: animal, medium.



Cõiugatio ex maiori negatiua ꝑticulari de neceſſario affirmatiua vñ de ineſſe.

Planum itaq; ꝙ inexiſtendi ſyllſs non eſt, niſi vtrꝙ; ſint propoſitiones inexiſtentes: ſed neceſſarꝝ eſt, et cũ altera ſolum ſit neceſſaria. In vtriſq; vero, & cũ prædicatiui & cum priuatiui ſyllogiſmi ſint, neceſſe alteram propoſitionem cõſimilem eſſe concluſionem. dico autem, ſi inexiſtens, inexiſtentem: ſi neceſſaria, neceſſariam. Quare & hoc manifeſtum, ꝙ non poterit concluſio aut neceſſaria, aut inexiſtens eſſe, niſi accipiatur neceſſaria, aut inexiſtens propoſitio. De neceſſario itaq; quõ ſit, & quã habet ad inexiſtens differẽtiã, dictũ eſt quaſi ſufficiẽter.

C

Complicatio abſolute & neceſſarie in Tertia figura. Cap. 12.

In tertia figura, concſo ſeqtur modũ ꝓpõnis, q̃ ſi cõuertit: qm prima ſit maior q̃ pria figura.

IN Tertia vero figura modus cõ cluſionis ſemper ſequitur propoſitionem, quæ non cõuertetur: qm propõ hęc in potẽtia eſt propoſitio

G maior in figura prima. ſed iã declaratum fuit, ꝙ modus concluſionis in prima figura ſequit̃ propoſitionẽ maiorem. & hoc eſt contrarium diſpoſitioni, quæ eſt in ſecunda figura: qm̃ in ipſa modus cõcl̃nis ſequitur modũ propõnis, q̃ cõuertit̃. ga propõ, q̃ cõuertit̃ hac in figura, eſt in potentia maior in figura pr̃ia. & hoc, qm̃ minor ſ̃cda figura eſt eadem, quæ & in prima, & maior in ipſa conuertitur. maior aũ in figura tertia eſt eadem, quæ & in prima figura, & minor conuertitur. & ordo iſte diſponitur ſm ꝙ monſtrat

H concluſio ſua per conuerſionem, & id, quo monſtratur per poſitionẽ: & qm̃ potẽtia ſpecierum, quę mon ſtrantur per poſitionem, eſt etiam potentia ſpecierum, quę monſtrantur per conuerſionem. Quòd cùm penitus certũ extiterit, ſi ponantur duę propoſitiões ſm dictum Ariſt. vniuerſales affirmatiuæ, vtra ipſarum fuerit neceſſaria, iam cõcluſio erit neceſſaria. & hoc, cũ conuerterimus abſolutam vſem ſm partem, & fiet in figura prima, ea q̃ habet maiorem vſem neceſſariam, & minorem abſolutam in parte, & con-

I cludet concluſionem neceſſariam in parte, ſm ꝙ expoſitum fuit. Sin aũt ea, quam conuertimus, fuerit minor in hac figura, hoc eſt, cũ maior ſit neceſſaria, diſpoſitio in hoc eſt manifeſta, hoc eſt, qm̃ concludit ſine cõuerſiõe concluſionis. Quòd ſi conuertamus maiorem, quæ ſit abſoluta, & ſit minor hac in figura vſis neceſſaria, monſtrabitur hoc p duas conuerſiones, per conuerſionẽ propoſitionis, & conuerſionem concluſionis: ſm ꝙ expoſitum fuit. Quòd ſi vna vniuerſalium affirmatiua fuerit & altera negatiua, modus concluſionis neceſſario ſequetur modum negatiuę: qm̃ affirmatiua cõuerteretur, & erit negatiua maior in pr̃ia figura: quæ ſi fuerit neceſſaria, concluſio etiam erit neceſſaria ſm id, qd expoſitum fuit: ſi vero fuerit abſoluta, & concluſio erit abſoluta. Quòd ſi fuerit vna duarũ propoſitionũ in hac figura, hoc eſt in cõcludente vſis, & altera particularis, & fuerit affirmatiuę, ſequetur concluſio vſem ex ipſis: qm̃ ea eſt, quæ non conuertitur in hac figura. ſi enim conuerteretur, eſſet ſyllus ex duabus particularibus. ſed iã declaratum fuit, ꝙ non concludat. poſtea igitur q̃ non conuertitur, erit maior in prima figura. Sin aũt extiterit vna ipſarum affirmatiua, & altera negatiua, modus concluſionis ſequetur modum negatiuæ. quoniam negatiua, ſi fuerit hac in figura vniuerſalis, erit maior in prima figura: propterea ꝙ fieri nequit, vt minor in prima figura ſit negatiua. ſi vero fuerit particularis potẽtia ſua ſm declarationem poſitiõis, eſt potentia vſis negatiuæ ſm id, qd declaratum fuit in poſitione.

K In negatiuis vſib⁹, ſi negatiua fuerit neceſſaria; erit cõcluſio neceſſaria: ſi affirmatiua, ſi erit.

L

M

De Contingenti, & propoſitionum ſecundum Contingens conuerſionibus. Cap. 13.

DE contingenti vero poſt hæc dicamus, quando, & quomodo, & per quę erit ſyllus. Dico autem contingere & contingens, quod cùm non ſit neceſſarium, ſi ponatur ineſſe, nihil erit propter hoc im poſſibile: nanq; neceſſarium, æquiuoce contingere dicimus.

quòd

Vide Sedo de Interpretatõe cap. j.

A Quõd autẽ hoc eſt contingens, manifeſtum et ex negationibus & affirmationibus oppoſitis. nam non contingit ineſſe, et impoſsibile ineſſe, & neceſſe non ineſſe, aut eadem ſunt, aut conſequentia ſeinuicem: quare & oppoſita, contingit ineſſe, & nõ impoſſibile ineſſe, & non neceſſe non ineſſe, aut eadẽ ſunt, aut conſequentia ſeinuicem: de omni enim affirmatio, aut negatio erit. igitur contingens non neceſſarium, & non neceſſarium

B contingens. Accidit autem, omnes, quæ ſm contingens ſunt propoſitiones, cõuerti inter ſe: dico autem nõ affirmatiuas cũ negatiuis, ſed quęcũq; affirmatiuam habent figuram, ſm oppoſitionem: vt, contingere ineſſe, cum eo quod eſt, contingere non ineſſe: & omni contingere, cum eo qđ eſt, nulli contingere, vel non omni: & alicui, cum eo quod eſt, alicui non. eodem autem mõ & in alijs. Quoniam enim contingens non eſt

C neceſſarium: non neceſſarium vero contingit non ineſſe: planum, q; ſi contingit A ineſſe B, contingit & non ineſſe: & ſi omni contingit ineſſe, & omni cõtingit non ineſſe. Conſimiliter autem & in affirmationibus in parte: nanq; eadem demonſtratio. verum tales propoſitiones affirmatiuæ ſunt, & non priuatiuæ. Contingit enim ad ſimilitudinem ipſius eſſe ordinatur, quẽadmodũ dictum eſt prius.

Quo pacto cõuertantur ꝓpones de cõtingẽti.

Determinatis vero his, rurſum D dicimus, q; cõtingere ſm binos dicitur modos. Vnum, eo qđ vt plurimum fit, & deficit neceſſarium, vt canescere hominẽ, vel augeri aut minui, aut penitus, qđ aptum natum eſt eſſe: hoc enim non continuum quidem habet neceſſariũ, propterea q; non ſemper eſt homo: atqui dũ homo fit, aut ex neceſsitate, aut vtplurimum eſt. Aliũ, ipſum infinitum, quod & fit & non fit poſsibile: vt ambulare animal, aut ambulante terræmotum fie E ri, aut omnino qđ à fortuna fit. nil enim magis fic aptum eſt natum, q; in contrarium. Cõuertitur itaq; ſm oppoſitas propoſitiones vtrunq; contingentiũ, non eodem tamen modo: ſed quod aptum natum eſt eſſe cum eo, quod eſt, non eſt neceſsitate ineſſe: ſic enim contingit non canescere hoſem: ipſum vero infinitũ, cũ eo qđ eſt nihil magis ſic, q; illo mõ ſe habere, aut habitum ire. Verum ſcientia ſyllo F demonſtratiuus de ipſis quidẽ infinitis non eſt, eò q; inordinatum eſt mediũ: de apte vero natis eſt. & ferme rationes & conſyderationes fiunt de ſic cõtingentibus: de illis autem accidit quidem fieri ſyllõm, non tamen conſueuerunt quæri. Hæc igitur magis determinabuntur in ſequentibus. Sed nũc dicamus, quando, & quomodo, & quis erit ſyllogiſmus ex contingentibus propoſitionibus.

Tractatus de ſyllogiſmis, qui componuntur ex propoſitionibus Poſſibilibus. De natura ipſius poſſibilis.

Cap. 13.

Definitio poſſ.

DIxit. Oportet aũt nunc, vt dicaſ, qñ erit ſyllogiſmus ex propoñibus poſſibilibus, & qũo erit, & in quo erit. Poſſibile igitur vſt eſt, qđ non eſt neceſſarium: quodq; cũ ponitur eſſe, nõ accidit ex hoc impoſſibile. & vult per poſſibile hoc in loco illud, qđ comprehendit rem exiſtentem in actu, & priuatam: & per neceſſarium, omnes ſpecies, de quibus dicitur neceſſarium, hoc eſt neceſſarium abſolutum, & neceſſariũ relatum ad tempus aliqđ, ſiue præteritum, ſiue præſens, ſiue futurum: & ad futurum non id, de quo dicit neceſſarium p æquiuocationem: hoc n. eſt poſſibile, cuius intendimus hic definitionẽ tradere. Qđq; hæc ſit definitio poſſibilis, apparet ex eo, ꝙ non poſſunt duo contradictoria ſimul eſſe vera. qm̃ hoc, qđ dicimus, nõ poſſibile eſt eſſe, & impoſſibile eſt eſſe, & neceſſe eſt non eſſe contradicit huic qđ dicimus, poſſibile eſt eſſe, nõ impoſſibile eſt eſſe, non neceſſe eſt non eſſe. & iſta ſequunt ſe inuicem: hoc eſt ex hoc qđ dicimus, nõ poſſibile eſt eſſe, ſequitur qđ dicimus, impoſſibile eſt eſſe, & qđ dicimus, neceſſe eſt non eſſe: quemadmodũ ex hoc, qđ dicimus, poſſibile eſt eſſe, ſequitur nõ impoſſibile eſt eſſe, & non neceſſe eſt nõ eſſe. Quod cũ ita ſit: & oporteat, vt de omni dicaſ aut negatio, aut affirmatio: de hoc igitur, qđ dicimus, poſſibile eſt eſſe, oportet vt verificetur non neceſſe eſt eſſe, poſteaquam falſo de ipſo dicit neceſſe eſt eſſe. & propterea conuertitur hoc, vt dicamus, omne poſſibile non eſt neceſſarium, & qđ non eſt neceſſarium eſt poſſibile. Et pp hoc videtur, ꝙ genus huius definitionis ſit illud, quod ſignificat dictio, quod: & hoc eſt res comprehẽdens inexiſtens & priuatum, quemadmodum diximus. & differẽtia ſua eſt, quod dicimus, nõ eſt neceſſarium. Et qđ in ea additur, ꝙ cùm ponitur eſſe, ex eo non ſequitur impoſſibile, eſt propriũ ex proprijs poſſibilis, non differentia ex differentijs ipſius. Et iſta eſt ex ſuis Abumazaris in hac definitione. ipſe. n. exiſtimat, ꝙ hoc dictum ſit differentia vltima in definitione: ita ꝙ intelligaſ qđ dicimus, non eſt neceſſarium, ꝙ inuentio ſua non eſt neceſſaria in futuro, quemadmodum eclipſis Lunæ. Et qm̃ nõ eſſe verificatur de impoſſibili, propterea additur, cũ ponitur eſſe, non accidit ex hoc impoſſibile. & pp hoc erit genus poſſibilis, priuatum: dſia vero ipſi propria eſt hæc, ſi ponitur eſſe, non accidet ex ipſo impoſſibile. & hæc eſt opinio plurimorũ expoſitorum ex Peripateticis. * Proprium aũt propoſitionum poſſibilium eſt, vt affirmatiuę ſequãtur negatiuas, & negatiuę affirmatiuas, hoc eſt negatiuas poſſibiles, non negatiuas poſſibiles: & ſunt illæ, quæ affirmant poſſibilitatem, & negant inuentionẽ, non autem quæ negant poſſibil tatẽ: qm̃ hæ contradicunt poſſibilibus, fm ꝙ expoſitũ fuit in enarratione *primi Ieremiæ*. & hoc, qm̃ ex eo, qđ dicim⁹, poſſibile eſt eſſe, ſequitur quod dicimus, poſſibile eſt nõ eſſe. hęc nanque eſt natura poſſibilis, hoc eſt vt ſit aptum natum eſſe & non eſſe. & hæc conſequentia inuenitur in omnibus

H ſimilis Philotheus poſſe, vt cõprehẽdit id, qđ ẽ in actu, &

H

qđ in poſſe tia

Declaratio definitionis poſſ.

I

K

Nõ neceſſ cõuertuntur cum poſſ.

Nota qđ ſit ꝓpoſ.

Alia expoſ definitionis poſſ, ſecũ

L

dũ expõnẽ Abumazaris & aliorum.

*Propriũ ẽ ꝓpõnum

M

poſſibiliũ, vt affirmatiuę ſequãtur negatiuas, & negatiuę affirmatiuas.

A nibus ſpecibus oppoſitorum, quæ ſunt in hac materia. & hoc, qm̃ ex eo qđ dicimus, poſſibile eſt ineſſe omni, ſequitur poſſibile eſt ineſſe nulli: & ex hoc, qđ dicimus, poſſibile eſt ineſſe alicui, poſſibile eſt non ineſſe alicui: & in contrariũ horũ duorum. At demonſtratio ſup hoc eſt: qm̃ poſſibile non eſt neceſſarię inuẽtionis: & qđ poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe, cùm nõ ſit neceſſarium non eſſe. Propoſitiones autem, quas hic poſuimus negatiuas, re vera ſunt affirmatiuæ indefinitę, ſm q̃ declaratum fuit in libro περὶ ἑρμηνείας: qm̃ dictio non, non cõiungitur in ipſis cum modo, ſed cum dictionẽ inuentionis. & hoc, quemadmodum quod coniungitur cum prædicato in enunciationibus non modalibus. Poſſibile autem trifariam dicitur. Vno modo poſſibile vt in plus: vt caneſcere hominem in ſenectute, & pubeſcere in tempore adoleſcentiæ. Secundo poſſibile in minus, & hoc eſt oppoſitum poſſibili vt in plus: vt q̃ non caneſcat homo in ſenectute, & non pubeſcat in tempore adoleſcentiæ.

Demſo, q̃ ꝓpõib⁹ poſſibili – bus affirmatiuas ſe quant̃ negatiuæ, & econtra.

Diuiſio poſſ.

B

C Tertio poſſibile ſm æqualitatem, qđ ęque poſſibile eſt eſſe & nõ eſſe: veluti dilaniare hunc pannum, aut non dilaniare. Poſſibile vero ęqualiter ita ſe habet, vt affirmatiua ſequatur negatiuã, & negatiua affirmatiuam æqualiter. Quod autẽ eſt in plus, ita ſe habet, vt affirmatiua ipſius ſequatur negatiuã in minus, & negatiua ipſius affirmatiuam in minus. Quod vero eſt in minus, ſic ſe habet, vt affirmatiua ipſi⁹ ſequatur negatiuam, & negatiua affirmatiuã ſm plus. qm̃. n. poſſib. le eſt, vt hõ caneſcat ſm plus ī ſenectute, poſſibile ẽt erit, vt non caneſcat in ipſa ſm minus. De poſſibili igit̃ ſm minus & poſſibili æqualiter non agit ars Demõſtratiua, ſed de ipſis agũt artes multę, quẽadmodũ Oratoria agit de poſſ. ęqualiter: & ars Augurãdi, & ars Excantãdi pertractant de poſſ. ſm minus. * Sed intẽtio in ꝓtę ſentia ẽ dicere, q̃o ſcire poſſimus, qñ eſt, & qñ non eſt ſyllus ex propoſitionibus poſſibilibus abſolutę, hoc eſt ſm q̃ ſunt poſſibiles, aut in plus, aut æqualiter, aut in minus: qm̃ hoc in libro conſyderamus de forma, non autem de materia ſyllĩ.

D De poſſ. ędđ minꝰ & ęqualiter ſm agit ars demõſtratiua, ſ alię q̃dam * Intentio huiꝰ libri ẽ loq de ꝓpõnibꝰ poſſib⁹. ſed m q̃ poſſes abſolute, de vero poſſ, nõ de ſcędẽdo tñ ad ſẽs ei⁹ q̃o ſiant ex eis ſyll.

De ſyllogiſmis ex ambobus de Contingenti in prima figura. Cap. 14.

SEd qm̃ cõtingere hoc huic ineſſe, bifariã erit accipere: aut. n. cui ineſt hoc, aut cui contingit ipſum ineſſe: A nanq̃ contingere, de quo B, horũ alterum ſignificat, aut de quo dr̃ B, aut de quo contingit dici: A vero de quo B, vel A cõtingit dr̃ B, nihil differt: manifeſtũ igit̃ q̃ bifariã dici poſſet, A cõtingere oſ B ineſſe. Primũ igit̃ dicamus, ſi de qđ B cõtingit ipſi C, et de quo A ipſi B, qs erit et qualis ſyllus: ſic. n. & propõnes vtræq; accipiunt̃ ſm cõtingere. cũ vero de quo B ineſt, A contingat: illa q̃dẽ inexiſtens, illa aũt cõtingẽs. quare ab ĩſs, quæ cõſimilis ſunt figuræ, incipiendũ, quemadmodum & in alĩs. Quando itaq; A omni contingat B: & B omni C: erit ſyllus perfectus, q̃ A omni C cõtingit ineſſe. hoc aũt manifeſtũ ex definitione: contingere nanq; oſ ineſſe ſic dicebamus.

E

Quale ſit dictũ đ oſ ī ꝓpõnib⁹ cõuĩgẽtib⁹

G Prima cõiugatio vtilis.



Conſimiliter & ſi A contingit nulli eorum quæ ſunt B: B vero contingit omni C: ꝙ A contingit nulli C. de quo. n. B contingit, A non contingere, hoc erat nullũ omittere cõtingẽtium, quę ſub B.

H Secũda cõiugatio vtilis.



Cùm vero A omni B contingat: B vero nulli contingat C: ꝙ ſum ptas quidẽ propõnes nullus fit ſyllſ. conuerſa autem B C ſm contingere, idẽ erit, qui prius. nam, qm̃ contingit B nulli C ineſſe, cõtingit et omni ineſſe. hoc autẽ dictum eſt prius. quare quoniam B omni C: A vero omni B: rurſus idem efficietur ſyllogiſmus.

I Tertia cõiugatio vtilis, non ex ſe, ſed ob minoris cõuerſionem.



Conſimiliter & ſi ad vtraſq; propoſitiones negatio ponatur eum eo quod eſt contingere. dico autem, veluti ſi A nulli contingit B: & B nulli C. per ſumptas enim propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus: conuerſis vero, rurſus idem erit qui prius.

Motum.



A

Quarta cõ
sequentia vti
lis, p varias ppõ-
sitas cognos
scendum.

Planum itaq; cp negatione posita ad minus extremum, vel ad vtrasq; propositiones, aut non fit syllogismus, aut fit quidem, sed non perfectus: ex conuersione nanq; concluditur necessarium.

Sin autem hæc quidem propositionum vniuersaliter accepta sit, illa vero in parte, vniuersali posita ad maius extremum, syllogismus erit perfectus. Si enim A omni contingit B: B autem alicui eorum quæ C contingit: A alicui C contingit. hoc autem manifestum ex definitione eius quod est, de omni contingere.

B



Quinta cõ
sequentia vti
lis.

C

Rursus si A contingit nulli B: sed B alicui C contingit inesse: necesse A contingere alicui C non inesse. demonstratio autẽ eadem.



Sexta con-
sequentia vti
lis.

D Si vero propoſitio in parte priuatiua acceptã fuerit, vniuerſalis aũt affirmatiua, poſitione vero cõſimiliter ſe habeant: puta, A omni B cõtingit: ſed B alicui C cõtingit non ineſſe: per aſsumptas quidem propoſitiones nõ fit manifeſtus ſyllogiſmus: verum ſi eã quæ in parte eſt, cõuerterimus, & ponam⁹ B alicui C cõtingere ineſſe, eadẽ erit cõcluſio, q̃ & prius. quẽadmodũ in ñs, q̃ à prícipio.

Septẽa conſugatio vtilis, p̃ conuerſionẽ minoris.



E Quõd ſi quæ ad maius extremum in parte ſit accepta, quæ vero ad minus vlr, ſiue vtræq; affirmatiue poſitæ fuerint, ſiue priuatiue, ſiue non conſimilis figuræ, ſiue vtræq; indefinite, aut ſecundum partem, nullo modo erit ſyllogiſmus. Nil enim prohibet B tranſcendere A, & non prædicari in quis. quo autẽ tranſcendit A, accipiatur C: huic enim neq; omni, neq; nulli, neq; alicui, neq; alicui non contingit A ineſſe: ſiquidem conuertuntur propoſitiones, quæ ſecundum contingere, & B pluribus contingit, q̃s A ineſſe. Amplius & ex terminis planum: ita nanq; ſe habentibus propoſitionibus, primũ vltimo & nulli contingit, & omni ineſſe neceſſarium. Termini vero cões omniũ, q̃ ex neceſſitate inſit, animal, album, homo: q̃ non contingat, animal, album, indumentum.

F Quium particulariũ aut indefinitarũ inutiliũ conſugationũ cõe exemplum.



Alexãder aſſumit hos terminos, tanq; veriores, albũ, ambulãs, cygn⁹, coruus.

Planũ

A Planum itaq; ꝙ hoc ſe habẽtibus modo, nullus ſit ſyllogiſmus. Aut enim exiſtendi, aut ex neceſſitate, aut contingendi oīs eſt ſyllogiſmus. ꝙ quidem inexiſtendi ac neceſſariꝝ nõ ſit, planũ: affirmatiuus enī priuatiuo tolli tur: priuatiuus aũt affirmatiuo. ſupereſt igit̃, vt contingendi ſit. hoc autẽ fieri nequit: monſtratum enim ẽ, ꝙ ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primũ, & nulli cõtingere ineſſe. quare eſſe nõ poſſet cõ

B tingẽdi ſyllogiſmus: neceſſariũ nanq; non erat contingens. Manifeſtum itaq;, & ꝙ ſi vniuerſaliter termini extiterint in cõtingentibus propoſitionibus, ſẽper fit ſyllogiſm⁹ in prima figura: & ſi p̃dicatiui & ſi priuatiui fuerint. præterq; ꝙ ſi præ dicatiui quidem ſint, perfectus: ſi vero priuatiui, imperfect⁹. Accipere autem opus eſt cõtingere, nõ quod in neceſſariꝝ, ſed ſm dictam determinationẽ. plerunq;

C autem latet quod tale eſt.

Complicatio Poſſibilis in Prima figura. Cap. 14.

POſtea igitur q̃ hoc iam eſt ſtab¹ litũ, loquamur de ſyllogiſmis⁹ qui componuntur ex propoſitionibus poſſibilibus in Prima figura. Et incipiamus primo ab vniformibus, poſtea à miſtis & dicamus ꝙ numerus ſyllogiſmorum perfectorum cõcludẽtium in hac materia, eſt idem cum numero ſyllogiſmorum concludentiũ in materia abſoluta & neceſſaria. Et hoc, qm̃, ſi ponamus, oẽ quod eſt c eſt B poſſibiliter: & omne quod eſt B eſt A poſſibiliter: ſequet̃ ꝙ omne quod eſt c eſt A poſſibiliter. Et hoc planum cõſimiliter ex diſpoſitione dicti de omni, aut negationis ab omni. & hoc, qm̃ diſpoſitio eius, quod dicimus, 'omne B eſt A poſſibiliter', ſignificat ꝙ oẽ illud, quod diſponit̃ per B poſſibiliter, aut in actu: hoc eſt, oẽ illud, quod eſt B in potentia aut in actu, eſt A poſſibiliter, i. ꝙ A de ipſo 'poſſibiliter dicit'. cùm itaq; poſuerimus, ꝙ c diſponit̃ per B poſſibiliter, ſequit̃ vt A ſit in c poſſibiliter. Et conſiſt ſi maior fuerit vñs negatiua, & minor affirmatiua vñs. vt ſi dicamus, oẽ c eſt B poſſibiliter: & nullum B eſt A poſſibiliter: ſequitur itidẽ ex eo, ꝙ A eſt pars poſſibiliter ipſius B, vt A neget̃ poſſibiliter ab omni c. Quòd ſi ex duabus propõnibus maior vniuerſalis fuerit affirmatiua & minor negatiua, non erit ſyll⁹: qm̃ non erit in ipſis conditio dicti de oī, hoc eſt, vt ſit minor extremitas diſpoſita p medium, i. diſpoſita p mediũ diſpõne affirmationis, ſm id quod dictũ eſt: ſed iã erit ſyll⁹, eo ꝙ ꝓpõ affirmatiua hac in mã ſequitur ex negatiua. ſed nõ erit perfectus: qm̃ mõſtratio ſua eſt p rem additã diſpoſitioni dicti de omni. & hoc ẽ, quod vocauit Ariſt. hac in mã cõuerſionẽ. & hoc, qm̃ ſi ponam⁹ loco ꝓpoſitionis negatiuæ eam quæ ex ipſa ſequit̃, i. affirmatiuã, tunc ſequit̃ vt ex hac efficiatur ſpẽs prima huius figuræ, quæ conſtat ex ambab⁹ vniuerſalibus affirmatiuis. Maxima vero vtilitas, ꝙ inuenitur in huiuſcemodi ſyllogiſmis, eſt, cùm fuerit vñs negatiua ſm minus, qm̃ conuertitur in eam, quæ eſt ſecundum plus, quæq; plus facit.

D Nota qua le ſit dictũ de oī ſi pro põnib⁹ de poſſ.

E Ex maiore affirmatiua cõtingẽte & minore negatiua non fit ſyll⁹ ſi pria, niſi ad affirmatiuã reducat̃.

F Syll⁹ huius inuentionis valde vtiles in Dialectica.

Et

G Et consimiliter, cùm fuerint propo
tiones vlis in hac figura negatiuæ,
non erit sylls perfectus: qm̃ non in-
uenit in ipsis disposito dicti de o. I.
sed iam erit sylls perfectus, cùm am-
bas negatiuas conuerterimus ad af-
firmatiuas sequentes ex ipsis, aut cõ
uerterimus negatiuã minorem ad
affirmatiuam sequẽtem ex ipsa. Ma
xima aũt vtilitas, quæ inuenitur in
hac conuersione est, cùm fuerint ne
gatiuę, fm minus: qm̃ huiuscemodi
Cautela di alectica. sylls conferunt Dialecticę: & est cau
tela bona in ea arte. & hoc, qm̃ inter
H rogans, intendit, vt admittãtur pro-
positiones fm plus, vt ex ipsis cõclu-
dat affirmatiuã fm plus: & timet si
inter interrogãdum monstrauerit
aliquid super ꝓpõnibus concluden
tibus istam conclusionem, ne admit
tat rẽdens. & ideo interrogat negati
uas fm minus: non enim sentiet qđ
Sylls parti sequitur ex hoc, & admittet eas.
culares ex ambabus de contin genti. Quòd si vna duarum propositio
num extiterit vlis & secunda parti-
cularis, & vlis sit maior & particula-
ris minor, si minor fuerit affirmati-
ua, erit sylls perfectus, siue maior ex-
titerit vlis negatiua, siue affirmati-
I ua. & hoc planũ est ex dispõne dicti
de omni. Quòd si minor fuerit ne-
gatiua, non erit sylls perfectus: sed
erit imperfectus, cùm minorem cõ-
Sylli ex cõ tingentib⁹ inuules. uerterimus ad affirmatiuã, quæ ex
ipsa sequitur. Quòd si maior pro-
positio extiterit particularis, & mi-
nor vlis, non erit sylls omnino, neq;
perfectus, neq; imperfectus: siue fue
rint simul affirmatiuæ, aut simul ne
gatiuæ: aut vna ipsarũ affirmatiua
& altera negatiua Et hoc, qm̃ in ip-
sis non inuenitur dispositio dicti de
omni, neq; per cõuersionẽ, neq; ex
substantia propositionũ. & hoc, qm̃
si dicamus, oẽ c b: & aliquod b a: K
nihil prohibet, vt b in tret sub aliqđ,
quo a transcendit b, hoc est, quo ne
gat ab a negatione necessaria. quæ-
re non sequitur ꝓ hoc, vt sit oẽ c a
possibiliter, & ẽt vt non sit in aliquo
ipsius possibiliter. qm̃, si non fuerit,
oẽ c a possibiliter, non erit verũ, ꝙ
nullũ c sit a possibiliter. consist ni
verum ẽt fuerit, ꝙ aliquod c est a
possibiliter, non erit ẽt verum, ꝙ ali
quod c non est a possibiliter. Iam
igit̃ monstratum est ꝙ oẽs istæ spẽs
nõ concludunt, siue fuerint particu-
lares simul, siue maior particularis
& minor vlis, ex terminis. qm̃ hi cõ L
cludunt aliqñ affirmatiuã & aliqñ
negatiuã, hoc est negatiuã necessa-
riã, & affirmatiuã necessariam. Ter
mini aũt concludentes affirmatiuã,
homo, albũ, animal. & hoc, qm̃ ali-
quis homo est album possibiliter: &
aliquod albũ animal possibiliter: &
cõclusio, ꝙ aliquis homo est alal ex
necessitate. Cõcludentes vero nega-
tiuam, pannus, albũ, animal. & hoc,
qm̃ aliquis pannus est albũ possibi-
liter: & aliquod albũ animal possibi
liter: & conclusio, ꝙ nullus pannus
est animal. Et consiſt accidit, cùm
accipimus minorem vlem. quem- M
admodum si dicamus, omnis homo
potest esse album: & aliquod album
potest esse animal: & omnis homo
animal. & oĩs pannus potest esse al-
bum: & aliquod album potest esse
animal: & nullus pãnus est animal, Oĩs dit ꝙ ro cõclu den tes ex ter minis affir matiuã necessariã & negati uã necessa riam, sunt prorsus in utiles.
quæ est conclusio. Cùm igitur ter-
mini accepti in hac cõpositione ali-
quando significent affirmatiuã ne-
cessariam, & aliqñ negatiuam necef
sariam, monstratur ꝙ hæc compli-
catio non est sylls omnino ad con-
clusionẽ ex cõclusionib⁹ cuiuscũq;
materiæ,

A materiæ, hoc est, siue ponatur absoluta, siue necessaria, siue possibilis. et hoc, qñ dum cõcludit aliqñ negatiuam necessariam, & aliqñ affirmatiuam necessariã, significat ꝙ nõ concludit conclusionẽ aliquã necessariam. & qñ concludit necessariam, significat ꝙ non concludit conclusionẽ absolutã, neq; possibilem: qñ absoluta & possibilis non sunt necessariæ. Sunt igit syllogorũ concludentium hac in figura, & in hac mã species octo, cũ non numerat indefinita ꝑter particularem: quatuor perfectæ & hæ sunt, q in alijs ẽt materijs concludunt: & quatuor imperfectę, & hę sũt appropriatę huic materiei.

Quod aũt dixit Themistius: ꝙ in hi: qu:uo ir ipfectis nõ est vtilita: pe: it⁹. an ;; ii negatiuæ extiterint, & ; osuerin ius ipsas à principio fm plu;, conuerten ad eas, quæ sunt fm minus, sed hæ ad artẽ nihil oino faciunt: sin aũt ꝓpones istæ fuerint fm minus, non fiet de ipsis quæstio in arte aliqua ex artibus, quæ ponũt ꝓpones in quæstionẽ, neq; ponunt ẽt principium in artibus facientibus quæstionẽ: dictum inquam hoc est impose. qñ iam exposuim⁹ modũ, fm quem fiunt, ac fm quẽ conferũt arti Dialecticæ. hoc dicimus, si admiserimus, ꝙ ars nõ faciat ꝓpones fm minus: qm verisimile est, vt quì de hac nã inquirit, ipsas etiam faciat. & hęc est actio scientiæ Diuinæ. D

ylli cõclu lentes in ria figura ex vniormibus de conuen genti sunt octo: quatuor perfecti & quatuor imperfecti. ũ The mistij. B

C ẽra The mistium. E

Mistio Contingentis & Inexistentis in Prima figura. Cap. 15.

SIn autem hæc inesse, illa propositionum accipiatur contingere, cùm quæ ad maius est extremum contingere significet, & perfecti oẽs erunt syllogismi, & contingentis fm determinatam determinationẽ: cum vero quæ ad minus, & imperfecti omnes, & priuatiui syllogismi contingentis, non fm determinationẽ sed eius, quod est nulli, aut non oi ex necessitate. si enim nõ oi aut nulli ex necessitate contingere dicimus, & nulli & nõ omni inesse.

Contingat nanq; A omni B: B vero omni C ponatur inesse: quoniam igitur C est sub B: omni autem B contingit A: planum ꝙ & C omni contingit. fit itaq; perfectus syllogismus. F

Prima cõfugatio ex cõtingenti et de esse, cõcludens de contingenti.

Consist

G Conſimiliter & ſi A B propoſitio extiterit priuatiua: B C vero affirmatiua: & A C quidem contingere: B C autem ineſſe accipiat: perfectus erit ſyllogiſmus, ꝙ A contingit nulli C ineſſe.



Scđa idē cõcludēs. ſ. contingere.

H Quòd igitur, ſi inexiſtens ad minorem ponatur extremitatē, perfecti fiant ſyllogiſmi, manifeſtum. Sed ꝙ dū ecõtrario ſe habeat, erunt ſyllᵃ, per impoſſibile monſtrandum. ſimul autem clarum erit, & ꝙ imperfecti: monſtratio namq; nõ eſt ex acceptis propoſitionibᵍ. Cæterū primo dicēdum eſt ꝙ, ſi dum A fuerit, neceſſe eſt B eſſe: & dū poſſibile A extiterit, poſſibile erit & B ex neceſſitate. Sit enim ita ſe habentibᵍ, in quo quidē A poſit: in quo aūt B impoſſ: ſi igit poſſ, qñ poſſibile eſt eſſe, vtiq; fieret, impoſſibile vero, qñ impoſſ, fieri nequeat: ſimul aūt ſi A poſſ, & B impoſſ: cõtingeret vtiq; A factū eē ſine B. ſi vero factū eſſe & eē: factū namq; qñ factū fuit, eſt. Verū oportet accipe poſſibile atq; impoſſe, nõ ſolū in generatione, ſed & in eo quod eſt verificari, & ineſſe, & quotcunq; modis aliter dicitur poſſibile: in omnibᵍ enim conſimiliter ſe habebit.

I Amplius exiſtente A, B eſſe, non oportet exiſtimare, tāquā ſi vnū eſſet A, B fore. nihil namq; eſt ex neceſſitate, vno quopiā exiſtente, ſed duobᵍ minimis: ſicuti cū propoſitiones ita ſe habeant, veluti dictum eſt ſecūdum ſyllᵐ. nam, ſi c de D: D autem de F: & c de F ex neceſſitate: & ſi vtriūq; poſſibile, & cõcluſio erit poſſibilis. ac ſi quiſpiā poneret A propoſitiones, B vero concluſionem, euenire poſſet nõ ſolū A neceſſario exiſtēte. ſimul & B eſſe neceſſariū, ſed & poſſibili poſſibile. Hoc autem monſtrato, planum, ꝙ falſo ſuppoſito, & nõ impoſſibili, & concluſio propter ſuppoſitionē falſa erit, & non impoſſibile. veluti ſi A falſum quidem eſt, nõ tamen impoſſibile: cùm vero A ſit, B eſt: & B erit falſum quidē, non tamen impoſſibile. quoniā monſtratum eſt, ꝙ A exiſtente, B eſt: & poſſibili exiſtēte A, erit B poſſibile: ſuppoſitum autē eſt, A poſſibile eē, & B erit poſſibile,

ſi enim

si enim impossibile, simul possibile erit. & impossibile idem. Determinatis vero his, insit A oi B: B autem omni C contingat: necesse itaq; A omni C cõtingere in esse. Non enim cõtingat: B vero omni C ponat tanquã inexistẽs: hoc falsum quidem, non tamen impoſſ. si itaq; A non contingit ipsi C: B vero omni inest C: A nõ omni B contingit: fit enim sylla per tertiam figurã. verum suppositũ fuerat omni cõtingere in esse: necesse igit A omni C contingere. falso enim supposito & nõ impoſſ, quod accidit ẽ impoſſ. A



B
Tertia cõiugatio cõcludés de cõtingẽti. & p ipoſſ demõſtratur in Tertia figura.

Verum & per primam figurã licet facere impoſſibile, ponentes B ineſſe ipsi C. Si enim B oi C ineſt: A vero omni B cõtingit: & C oi contingeret vti q; A. sed fuerat suppositũ non omni contingere, C



Eiusdem oſtentio p Primã figuram.

Sumere vero oportet omni ineſſe, non secũdum tempus determinantes, puta nũc, aut in hoc tempore, sed simpliciter: nanq; per

has

Dhas propositiones, & syllogismos facimus. Quoniam, si propositio secundum nunc accipiatur, non erit syllogismus. nihil enim fortasse prohibet, aliquando omni motu hominem inesse, veluti si nil aliud moueretur: motum vero contingit omni equo: sed hominem nulli equo inesse contingit.



Scilicet primum, alterum, & tertium quando de esse simpliciter, & E

Præterea sit primum animal, medium motum, vltimum vero homo. propositiones itaq; consimiliter se habebunt, conclusio vero necessaria non contingens: ex necessitate enim homo animal.



F Secundum hanc propositionem.

Manifestum itaq;, quòd vniuersale accipere oportet simpliciter, & non tempore determinantes.

Rursus sit priuatiua vniuersaliter propositio A B: & sumptum sit A inesse nulli B: B vero omni contingat C inesse: his itaq; positis, necesse est A contingere nulli C inesse. Non enim contingat: & B ponatur inesse C, quemadmodum prius: necesse itaq; A alicui eorum, quæ B inesse: fit enim syllogismus per tertiam figuram. hoc autem impossibile. quare contingeret vtiq; A nulli C inesse. falso enim posito, impossibile quod accidit.

A. Al.



A

Quarta cõiugatio cõcludés cõtingit nulli, i. nulli ex neceſſitate.

Hic igitur ſyllogiſmus non eſt contingentis ſecũdum determinationem, ſed eius quod eſt, nulli ex neceſſitate. hæc enim eſt contradictio factæ ſuppoſitionis: ſuppoſitũ enim eſt, A alicui C ineſſe. ſyllogiſm⁹ vero ad impoſſibile oppoſitæ eſt dictionis. Amplius & ex terminis manifeſtum, ꝙ non erit concluſio contingens. Sit enim in quo A coruus: in quo B diſcurrens: in quo C homo. nulli itaq; B A ineſt: nullum enim diſcurrens coruus: B vero omni contingit C, omni enim homini diſcurrere: ſed A ex neceſſitate nulli C. non igitur concluſio contingens. B



C

Syllus primus ꝓbãs ex ſuprãdicta cõiugatione non cõcludit verũ contingens.

Sed neque neceſſaria ſemper. Sit enim A motum, B ſcientia, in quo autem C homo. A igitur nulli inerit B: B vero omni C contingit: & non eſt concluſio neceſſaria. non enim neceſſe nullum moueri hominem, ſed non neceſſe aliquem. planum itaq; quòd concluſio eſt eius, quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe. Accipiendi vero melius ſunt termini.

Priorum Reſolutoriorum

D

Hi ſũt meliores termini.



H Sed ſi priuatiuum ad minorem ponatur extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis quidem acceptis propoſitionibus nullus erit ſyllogiſmus: conuerſa autem ſecundum contingere propoſitione, erit quemadmodum in prioribus. Inſit enim A omni B: B vero contingat nulli: ſic igitur ſe habentibus terminis, nihil erit neceſſarium. ſi autem conuertatur B C, & accipiatur B omni C contingere, fit ſyllogiſmus, quemadmodum prius. nam conſimiliter termini poſitione ſe habebunt.



Sed eodẽ modo & cũm priuatiua extiterint vtraq; interualla, ſi A B quidem non inſit: B vero contingere C nulli accidit: per ipſa quidem accepta fit non neceſſarium, ſed propoſitione conuerſa, quæ eſt ſecundum contingere, erit ſyllogiſmus. Accipiatur enim A quidem nulli eorum quæ ſunt B ineſſe: B vero contingat nulli C: per hæc igitur nihil neceſſarium. quòd ſi accipiatur B contingere omni C, quod eſt verum: A B autem propoſitio ſimiliter ſe habeat: rurſus idem erit ſyllogiſmus.

Diſpu-



A

Sexta cõiugatio concludẽs de cõtingẽti p minoris conuerſionem.

Si vero non ineſſe ponatur B ipſi C, & non cõtingere non ineſſe, non erit ſyllogiſmus nullo modo: neq; cùm priuatiua, neque cùm affirmatiua fuerit A B propoſitio. Termini communes, quòd ex B neceſſitate inſit, album, animal, nix: quòd non contingat, album, animal, pix.



Cõiugationes binæ inutiles.

Sumantur melius termini, albũ ambulãs, cygnus, coruus. Vel vt Alex. moueri, albũ, ambulãs, ſtans.

C

Planũ itaq; q̃ ſi termini vniuerſales extiterint, & hæc inexiſtẽs, illa propoſitionum contingens accipiatur: quãdo propoſitio quæ ad minorem extremitatem, cõtingere accipiatur, ſemper fit ſyllo: præterquam q̃ aliquando quidem ex ipſis, nonnunquã vero ex conuerſa propoſitione. qñ aũt horũ vterq;, & ob cauſam, dixim⁹.

Quòd ſi hoc vniuerſaliter, illud vero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius eſt extremum, vniuerſaliter ponatur & contingens, ſeu negatiuum ſiue affirmatiuum, quod vero in parte, affirmatiuum & inexiſtẽs, erit ſyllogiſmus perfectus, quemadmodum & vniuerſaliter terminis exiſtentibus. demonſtratio autem eadem, quæ & prius.

D



Cõiugatio nes bina particulares, cõcludentes de cõtingẽti, p dictum de omni.

E Cęterum, quando vniuerſale quidem ſit ad maius extremum, ſed inexiſtens non contingens, alterum vero in parte & contingens, ſeu negatiuæ, ſiue affirmatiuæ ponantur vtræq;, ſiue hæc negatiua, illa affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus. præterquàm quòd hi quidem per impoſſibile monſtrabuntur, illi vero per conuerſionem eius quod eſt contingere, quemadmodum in præcedentibus.

F



Cõiugatio ali a particularis cõcludẽs de cõtingẽti, q̃ p impoſſe oſtendit.

Disputans.

A



Cõtingatio cõcludens cõtingẽ, q̃ p. impoſe eſtendũ.

B

Erit autẽ ſyllogiſmus per conuerſionem, & quando vniuerſalis ad maius poſita extremũ ſignificet ineſſe, aut non ineſſe: quæ vero in parte priuatiua exiſtens, cõtingere accipiat. Quemadmodum ſi A omni quidem ineſt B: B autem alicui C contingit non ineſſe, conuerſa enim B C ſecundum contingere, fit ſyllogiſmus.

adit .pq. exponit Philop.



C

G necessitate est A, & nonnunquã, aliquod B ex necessitate non est A. ꝙ si quæ sequit', fuerit particularis negatiua necessaria, non deducet sermo ad impossi, qm̃ particularis negatiua necessaria non conuertit', sed aliqñ erit, ꝙ possibile sit nullum A esse B, & aliquod B ex necessitate nõ sit A. veluti si dicam⁹, possibile est nullum hominẽ esse album, & aliquod album non est homo ex necessitate, puta nix, & cygnus. Iam igit' declaratum fuit negatiuã possibilem nõ conuerti. Ponamus itaq; binas propositiones vtres possibiles, quarum vna sit affirmatiua & altera negatiua in secunda figura. puta dicamus, possibile est omne c esse B: & possibile est nullum A esse B: dico ꝙ hæc complicatio nihil concludit, qm̃ negatiua possibilis conuerti non põt: quẽadmodum poterat in materia absoluta & necessaria. Neq; etiam consimiliter per syll'm ad impossibile monstratur, ꝙ sit syll'a. si enim acceperimus contradictorium conclusionis affirmatiuam possibilem, non accidet ex hoc impossẽ: qm̃ hæ seinuicem sequunt', hoc est affirmatiua possibilis, & negatiua possibilis. I & consist' si acceperimus contradictorium, affirmatiuã necessariã particularẽ aut negatiuã. Oĩno igitur si erit ex ista cõplicatione syll'a, ipse ꝑ se concludet cõclusionẽ possibilẽ, cùm fuerint ambæ ꝓpões possibiles: non aũt cõclusionẽ absolutam, aut necessariam, qm̃ non est in hoc syll'o propositio fm̃ istam dispositionem. Si autem concludet conclusionem possibilem, aut erit negatiua possibilis, aut affirmatiua possibilis. Sed ex terminis monstratur, ꝙ aliquando concludunt negatiuam necessariam', & aliqñ affirmatiuam necessariam. ex vtraq; autem istarũ conclusionum sequitur, ꝙ sit impossibile concludi, aut negatiuam possibilem, aut affirmatiuam possibilem. & hoc qm̃ negatiua necessaria destruit affirmatiuã ac negatiuã possibiles: & consist' affirmatiua necessaria destruit vtraq;. Termini concludentes negatiuam in hac materia, homo, album, equus: album, terminus medius, & homo minor. & componitur sic, posse est oẽm hoẽm esse albũ: & possibile est, nullum equum esse albũ: & conclusio, nullus hõ est equus, q̃ est necessaria. Cùm igit' A negatũ fuerit A c ex necessitate, nõ verificabit', vt oẽ A possit esse in c, & iterũ vt oẽ A possit non esse in c: qm̃ ipsa conuertit' ad affirmatiuã. Ex hoc igit' planũ, ꝙ hæc complicatio nõ concludit conclusionẽ possibilem, neq; negatiuã, neq; affirmatiuam. Iamq; monstratũ est & hoc, ꝙ sist' concludit in aliqua mã affirmatiuam necessariã: puta, si accipiamus loco equi aal. & hoc, qm̃ cõcludit oĩs hõ aal, quæ est affirmatiua necessaria, cũ qua neq; verificari potest affirmatiua possis, neq; negatiua possis. & hoc, qm̃ ꝙ cõtradicat negatiuæ possibili, planũ est ꝑ se: ꝙ autẽ cõtradicat affirmatiuæ possibili, planum & ex eò, ꝙ ipsa sequit' ex negatiua possibili. Et consist' monstratũ est & ꝙ nõ erit syll'a in hac figura, si & varies locũ negatiuæ, hoc est si posueris minorem, posteaq̃ fuerit maior, aut ecõuerso. Et cõsist' declaratũ est & ꝙ non erit syll'a si accipiantur ambæ ꝓpões affirmatiuæ aut negatiuę. demũ aũt huius est per hos eosdem terminos, neq; erit difficile hoc exercitato in eis.

Ex ambabus de cõtingẽti nihil sequit in Secũda figura, qm̃ negatiua nõ cõuertitur.

Nota, si esset syll's in secũda ex ambabus cõtingẽtibus, oĩno sequeret' cõclo contingẽs nõ absoluta neq; necessaria.

K Nota, ꝙ Arist. in libro non ponit cõclud. affirmatiuã necessariã sed solum negatiuã.

L Alex. quoque conat' adducere tot minores q̃b⁹ cõclud. tur affirmatiua necessaria: gramniati cũ, albũ, hõẽ. Philoponꝰ inuam. hoc mi ñime fieri posse: quia ops sumere ꝓpões eodẽ tpe veras: hoc aũt in dictis termi

M nis fieri ne qt. & hoc ẽt rõne patet. qm̃ ops sumere minorẽ sub maiore: ergo qd affirmat de vna, nõ põt de altera negare: ergo nõ põt regi terminꝰ ñ omni.

Mistio

SI autem hæc inexistere, illa vero contingere significet, si prædicatiua ponatur inexistere, priuatiua aũt contingere, nullus erit syllogismus: neq; dum vtr, neq; dũ in parte termini accipiuntur, demonstratio vero eadem, & per eosdem terminos.



Binæ conjugationes vltr inutiles.

B

Sed qñ affirmatiua contingere, priuatiua autem inexistere, erit syllogismus. Sumatur enim A, B nulli inesse: C vero omni contingere: conuerso itaq; priuatiuo, B, A nulli inerit: sed A omni C cõtingit: fit igitur syllo, q contingit B nulli C per primam figuram.



C

Cõtingatio prima cõcludes cõtingẽs, qũ æquualet ipsi inesse.

Consimiliter autem & si ad c ponatur priuatiuum,

N.con-

D

Scilla oſtẽ
ſatio idẽ
cõcludẽs,
& idẽ vo-
lens.



E

Cùm vero vtræq; ſunt priuatiuæ, ſignificet autem hæc non in-
eſſe, illa contingere non ineſſe, per ipſa quidem aſſumpta nihil ac
cidit neceſſarium: ſed conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum
contingere, ſyllogiſmus efficitur, ꝙ nulli c contingit ineſſe, quem
admodum in prioribus. erit enim rurſus prima figura.

F

Tertia oſ-
tẽſatio
idẽ cõclu-
dẽs, I quæ
ſit ex con-
uerſione oſ-
tẽſionis.



Si vero vtræq; ponantur prædicatiuæ, non erit ſyllogiſmus.
Termini quòd inſit, ſanitas, animal, homo: quòd non inſit, ſani-
tas, equus, homo.

Sanitas.

A



Binæ cõiugationes inutiles.

Eodem pacto se habebit & in syllogismis in parte. Cùm enim affirmatiuum sit inexistẽs, aut vniuersaliter, aut in parte acceptũ, nullus erit syllogismus. hoc autẽ consist & per eosdem monstrat terminos, quibus priora.

B



Binæ cõiugationes particulares inutiles. Alex. accipit terminos prioris cõiugationis significat ideal equũ, homo.

Cùm vero priuatiuum, erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus.

C



Cõiugatio vtilis, ꝺ per conuersionem maioris reducitur ad primã figurã

Rursus

D Rursus si ambo qdē intervalla priuatiua fuerint accepta, vtr ãt, ꝙ nō inexistere, ex ipsis quidē ꝓpōnibus nō erit necessariū: sed cō uerso eo, quod est cōtingere, quēadmodū in prioribus, erit syllo.

Cōiugatio vtilis p cō uersionē cōtingētis ꝙ reducit ad primā, vt fugior.



E

Motus. Equus.

Si vero priuatiuum quidē inexistēs sit, sed in parte acceptum, nō erit syllo: siue affirmatiua, siue priuatiua altera fuerit ꝓpositio.

Sanitas.
A.

Cōiugatio non inuta



F

Animal. O.N.necessario. Homo.
Equus.

Neq; qñ vtræq; indefinitæ sint acceptæ, aut negatiuæ, aut affirmatiuæ, vel sm partē. demō vero eadem, & ꝙ eosdem terminos.

Sanitas.
A.

Cōiugationes inutiles, ex particularibus, vel indefinitis.



Animal. O.N.necessario. Homo.
Equus.

Compli-

A

Complicatio Absolutæ & Possibilis in Secunda figura. Cap. 18.

In 2e cũda figura si negatiua fuerit possibilis, nõ fiet syls in vllo modo.

QVòd si vna duarum propositionum in hac figura fuerit absoluta & altera possibilis, & negatiua fuerit possibilis, non erit ex hoc syllogismꝰ omnino: siue ambæ propositiones simul vniuersales extiterint, seu particulares. monstratio autem super hoc eadem est, quã fecimus, cùm ambæ simul erant possibiles & in eisdem terminis: hoc est, quoniam inuenientur concludentes aliquando negatiuam necessariam, & aliquãdo affirmatiuam necessariam. Quòd si fuerit propositio negatiua absoluta & affirmatiua possibilis, & fuerint ambę vniuersales, erit syllogismus in hoc, quoniam negatiua absoluta cõuertitur, & fiet maior in prima figura, secundum quòd prædiximus, siue negatiua fuerit maior, siue minor. si minor, monstrabitur hoc per duas conuersiones, per conuersionem maioris, & conuersionem conclusionis, secundum ꝙ prædictum fuit. Quòd si fuerint ambæ negatiuę, hoc est negatiuæ vniuersales, & fuerit vna ipsarum possibilis, & altera absoluta, erit syllogismus imperfectus, vbi cõuersa fuerit negatiua possibilis ad affirmatiuam: quoniam erit ex binis propositionibus, negatiua absoluta & affirmatiua possibili. Si vero extiterint ambæ propositiones affirmatiuæ, non erit syllogismus. hoc autem planum ex eo, quòd aliquando concludunt affirmatiuã, & aliquando negatiuam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, sanitas, animal. & hoc, quoniam possibile est omnem hominem esse sanum: & omne animal est sanum: & omnis homo est animal ex necessitate, quæ est cõclusio. Concludentes verò negatiuã, homo, sanitas, equus. & hoc, quoniam possibile est omnẽ hominem esse sanum: & omnis equus est sanus: & conclusio, nullus homo est equus, quæ est negatiua necessaria.

B

Si ppõ negatiua fuerit absoluta, fiet syllogismꝰ p conuersionẽ illi⁹ ad secũdũ in demõstrabilẽ in pria ex maiori absoluta negatiua.

C

D

Sin autem extiterit vna duarum propositionum vniuersalis, & altera erit in hoc, quẽadmodum in eo, in quo accidit, vt ambæ sint vniuersales, ideſt conditio concludens in ijs est conditio concludens in istis, & non concludens in illis est non cõcludens in his. Et hoc, quoniam si fuerit affirmatiua absoluta vniuersalis, aut particularis, non erit in hoc syllogismus. & hoc monstratur, quẽ admodum & illud, cùm fuerint vniuersales; & per eosdem terminos.

Syllogismi particulares.

E

Quòd si vniuersalis fuerit absoluta & negatiua, erit syllogismus per conuersionem ad primam figurã. Si vero ambæ fuerint negatiuæ & vna ipsarum vniuersalis absoluta, erit consimiliter syllogismus imperfectus, cum fuerit conuersa negatiua possibilis ad affirmatiuam possibilem, secundum quòd declaratum fuit. Quòd si fuerit negatiua absoluta particularis, non erit syllogismꝰ: siue altera propositio extiterit affirmatiua, seu negatiua. Et consimiliter non erit syllogismus, cùm fuerint ambæ propositiones indefinitæ, aut particulares, aut vna ipsarum indefinita & altera particularis, seu sint affirmatiuę simul, aut negatiuę.

F

demonstratio autem super hoc est eadem cum demonstratione præcedente, & in eisdem terminis.

Missio

VErum si hæc ex necessitate, illa propositionum contingere significet, priuatiua existente necessaria, erit syllogismus, non solum ꝙ contingit non inesse, sed & quoniã non inest: affirmatiua autem non erit. Ponatur enim A B nulli ex necessitate inesse: C vero omni contingere: conuersa igitur priuatiua, & B A nulli inerit. sed A C omni contingit: fit igitur rursus per primam figuram syllogismus, ꝙ B nulli C contingit inesse.

H Cõiugatio prima concludés cõtingés, qđ ipsi inesse æquales.



Simul autem manifestum, ꝙ & B nulli C inest ponatur enim inesse: igitur si A B nulli contingit: B vero inest alicui eorũ quæ C: A alicui eorũ, quæ C non contingit: sed of supponebat contingere.

I Demõstratio eiusdẽ per impossi. ꝙ concludat de inesse.



Eodem

Eodem pacto monſtrabitur, & ſi ad c ponatur priuatiuum. A



Oſtenſio ſecunda, cõ cludens vt prima. B



Demſtratio ciuſdē per impoſſ. C

Rurſus ſit prædicatiuum neceſſarium, alterū vero contingens: & A contingat nulli B: C vero omni inſit ex neceſſitate: ſic itaq; ſe habentibus terminis, nullus fit ſyllogiſmus. accidit enim ipſi C ex neceſſitate non ineſſe. Sit nanq; A album, in quo B homo, in quo C cygnus. album igitur cygno ex neceſſitate ineſt: homini vero contingit nulli: & homo nulli cygno ex neceſſitate. Quòd igitur eius quod eſt contingere non eſt ſyllogiſmus, planum: quod enim ex neceſſitate, non erat contingens.

Log. cū cõ. Auer. M Album

D

Album.
A.

Cõiugatio inutilis ad cõcludendum cõtingens.



Veruntñ neq; neceſſarñ. neceſſariũ nanq; aut ex utriſq; neceſſarijs, aut ex priuatiua accidit. Amplius autẽ & licet his poſitis, B ipſi C ineſſe. nil enim phibet C ſub B eſſe: A vero B of contingere:
E C aũt ex neceſſitate ineſſe. Veluti ſi C eſſet vigilatio, B aũal, in quo A motus. nã vigilanti ex neceſſitate motus ineſt: animali vero omni contingit: & omne vigilans animal.

Motus.
A.

Syllõ alius uiens oſtẽdens.



F Manifeſtũ itaq;, q; neq; nõ inexiſtẽdi: ſiquidẽ ita ſe habẽtib⁹, neceſſe eſſe. neq; vtiq; oppoſitarũ affirmationũ. q̃re null⁹ erit ſyllõ. Conſimiliter monſtrabitur & ſi econuerſo ponat affirmatiua

Album.
A.

Cõiugatio alia inutilis ad concludendũ cõtingẽs.



Quod

Quod si eiusdē figuræ sint propositiones, cum priuatiuæ sunt, A semper fit syllogismus, conuersa propositione, quæ est secundum contingere, quemadmodum in prioribus. Accipiatur enim A ipsi B ex necessitate nō inesse: cōuersis igitur propositionibus, B nulli A inerit: A vero omni C contingit: fit ira⁹ prima figura.



Cōingano cōcludens cōtingens vt supra ex ambar ꝓpōnū. cō uersione.

B

Et si ad C penetretur priuatiuum, consimiliter.



C

Cōsequatio alia tribus indigēs cō uersionib⁹. & p̄missarū trāspositione, idē cōcludēs.

Sin autem prædicatiuæ positæ fuerint, non erit syllogismus. Nanq; non inexistendi, aut ex necessitate non inexistendi, planum q̄ non erit: propterea q̄ nō fuit accepta priuatiua, ꝓpō, neq; in eo quod est inesse, neq; in eo quod est ex necessitate inesse. Verum tñ neq; ei⁹ quod est: cōtingere nō inesse, ex necessitate. n. sic se haben

D tib⁹ a ipſi c nō inerit. quēadmodū ſi a poneret albū, in q̄ a cygn⁹, c vero homo.

Album.
A.

Syllſ affirmantes inutiles cōiugationes.

O. neceſſario. O. contingit.
O. contingit. O. neceſſario.

B. C.
Cygnus. N. neceſſario. Homo.
Homo. Cygnus.

* a.l. affirmanond.

Neq; vtiq; oppoſitarum n*egationum: q̄m monſtratū eſt a ipſi c ex neceſſitate non inexiſtens. non igitur ſit ſyllogiſmus omnino.

E Conſimiliter aūt ſe habebit & in ſyllſis in parte. Cum enim ſit priuatiuū & vlt & neceſſariū, ſemp erit ſyllſ, & eius quod eſt cōtingere, & ei⁹ quod eſt nō ineſſe. demō aūt eadem p cōuerſionē.

Cōiugatio particulariſis concludēs cōtingens vt ſupra.

Al. nō cōtingit.
Album.
A.
N. neceſſario. Al. cōtingit.

F

B. Al. nō cōting. C.
Coruus. Volatus.

Cūm vero affirmatiuum, nunquam eodem nanq; pacto monſtrabitur, quo & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

Album.
A.

Cōiugationes inutiles ad contingens.

N. contingit. Al. neceſſario.

B. C.
Homo. N. neceſſario. Cygnus.

Albū,



A

Neq; quando vtræq; fuerint acceptæ affirmatiuæ, huius enim eadem demonſtratio, quæ & prius.

B

Cõtingit non inutilis.

Cùm vero vtræq; priuatiuæ, vniuerſalis autem neceſſaria, quæ non ineſſe ſignificat, per aſſumptos terminos non erit neceſſaria: ſed conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum contingere, erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus.

C



Cõtingit vnius p cõuerſionẽ conuerti poſſit.

D Quòd ſi ambæ indefinitæ aut in parte poſitæ fuerint, non erit ſyllogiſmus. demõſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos.



E Planum itaq; ex dictis, ꝙ dum priuatiua vlr ponitur & neceſſaria, ſemper fit ſyllogiſmus, non ſolum eius quod eſt contingere non ineſſe, ſed & eius quod eſt non ineſſe: dum vero affirmatiua, nunquam. & ꝙ eodem modo ſe habentibus, in neceſſarijs & inexiſtentibus fit, & non fit ſyllogiſmus. Sed & manifeſtum, ꝙ omnes imperfecti ſyllogiſmi, & ꝙ perficiuntur per prædictas figuras.

Complicatio Poſſibilis & Neceſſariæ in Secunda figura. Cap. 19.

In Secũda figura ex neceſſaria negatiua & affirmatiua poſſibili erit ſyl

F logiſm⁹ cõcludés cõclusionẽ abſolutã & poſsem: ſi aũt affirmatiua fuerit neceſſaria non erit ſyll⁹ in modis vniuerſalib⁹.

CVm vero extiterit vna propoſitionũ hac in figura poſſibilis, & altera neceſſaria, & fuerint ambæ vniuerſales, ac negatiua extiterit neceſſaria, erit ſyllogiſmus per conuerſionem negatiuæ ad primam figuram, in qua maior negatiua neceſſaria, & minor affirmatiua poſſibilis. ſed iam monſtratum fuit, ꝙ hęc cõcludit abſolutam & poſſibilem, ſiue neceſſaria fuerit maior, ſiue minor. Sin autem affirmatiua fuerit neceſſaria, non erit ſyllogiſmus. Hoc autem planum ex terminis, ſi poſuerimus extremitatem minorem homi nem, & medium album, & maiorẽ cygnum. & hoc, qm̃ poſſibile eſt nullum hominem eſſe album: & omnis cygnus eſt album ex neceſſitate: & concludit, nullus homo eſt cygnus, quæ eſt negatiua neceſſaria. concludens autem negatiuam neceſſariã non poteſt concludere poſſibilẽ penitus, neq; affirmatiuam, neq; negatiuam. Et planum etiam ꝙ non concludit concluſionem negatiuam neceſſariam: quoniam neceſſaria erit ex ambabus neceſſarijs, aut ex ſyllogiſmo in quo extiterit neceſſaria negatiua, ſed affirmatiua abſoluta nõ eſt poſſibilis, ſm ꝙ monſtratũ fuit. conſimiliter planum eſt etiã, ꝙ non concluditur abſoluta, qm̃ abſoluta H eſt ex natura poſſibilis. Amplius, manifeſtum eſt etiam ex terminis, ꝙ non concludit negatiuam neceſſariam, quoniam concludit aliquando negatiuam neceſſariã, & aliquando affirmatiuam neceſſariam. termini igitur concludentes negatiuã neceſſariam ſunt qui præceſſere. Concludentes autem affirmatiuam

G

neceſ-

A necessaria, vigilans, mortũ, animal. & hoc, qm omne vigilans est mortũ ex necessitate: & possibile est nullũ animal esse mortũ: & omne vigilans est animal ex necessitate. non igitur erit in hac complicatione sylls concludens penitus, siue affirmatiua ne cessaria maior extiterit, siue minor.

Quod si fuerint binæ ꝓpones similes in qualitate, si negatiuæ quidem extiterint, erit sylls, cùm negatiua possibilis conuersa fuerit ad affirmatiuam possibilem, quæ ex ipsa sequitur, qm fiet cõplicatio ex binis propositionib⁹, affirmatiua possibili, &
B negatiua necessaria. sed iam monstratũ fuit ꝙ hæc concludit, siue minor negatiua fuerit, siue maior.

Si autẽ extiterint binæ propositiones vlis affirmatiuæ, non erit syllogismus. Planum etenim est, ꝙ cõclusio non potest esse negatiua, neq; absoluta, neq; necessaria: quoniã nõ inuenitur in syllogismo propositio negatiua, neq; necessaria, neq; absoluta. neq; etiam negatiua possibilis, neq; affirmatiua necessaria, quoniã planum ex terminis, ꝙ concludunt negatiuam necessariam: quod autẽ concludit negatiuam necessariã nõ
C potest omnino concludere aut affirmatiuam necessariam, aut possibilem, aut absolutam. Et consimiliter non potest cõcludere penitus negatiuam possibilem. Termini concludentes negatiuam necessariam, homo, album, cygnus. qm possibile est omnem hominẽ esse album: & omnis cygnus albus ex necessitate: & conclusio, nullus homo cygnus. Iste ergo sunt viæ concludentes hac in figura sm hanc viam miss ionis, & non concludentes, cum fuerint ambæ propositiones vniuersales.

Si vero vna ipsarũ vlis extiterit, D
& altera in parte, si maior quidem propositio fuerit vlis necessaria, erit sylls concludens, aut negatiuã possibilem, aut negatiuã absolutã: quoniam, si negatiua necessaria conuersa fuerit, redibit ad primã figuram, quæ cõponitur ex affirmatiua possibili, & maiore negatiua necessaria. Quæ cõclusiones mo dis particularibus cõcludũt.

Sin autem affirmatiua extiterit ne cessaria, non erit consimiliter syllogismus omnino. monstratio autem huius eadẽ est, quæ & in vniuersalibus, & per eosdem terminos, qui præcessere. Consimiliter non erit syllogismus, cùm fuerint ambæ affirma- E
tiuæ. ostensio aũt huius est ostensio quæ fuit in vniuersalibus. Quòd si fuerint ambæ propositiones, hoc est vlis & particularis negatiuæ, & vna ipsarũ extiterit vlis necessaria, erit in hoc sylls imperfectus. & hoc, si cõuertatur possibilis negatiua ad affirmatiuã, erit sylls, quemadmodum fuit, cùm erant vniuersales, vt prædictum est. Et si fuerit negatiua necessaria particularis non erit sylls, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua possibilis. Consimiliter nõ erit syllogismus, cùm fuerint binæ propositiones indefinitę aut particulares. mon F
stratio aũt huius est eadem mõstratio cũ præcedente, & in eisdem terminis. Iã itaq; declaratũ fuit, si propositio necessaria ponatur negatiua vniuersalis, ꝙ erit sylls concludens, aut negatiuã absolutã, aut negatiuã possibilẽ: cùm vero ponatur necessaria affirmatiua nõ erit syllogism⁹. Manifestum igitur ex hoc, ꝙ vno ordine terminorũ in syllogismis absolutis, & necessarijs erit, & non erit syllogismus. Amplius manifestũ, ꝙ omnes sylls isti sunt imperfecti.

C *Figura Tertia ex ambobus Contingentibus.* Cap. 10.

Sed in vltima figura, & vtrisq; cõtingẽtib⁹, & altera, erit syllo. Cùm itaq; cõtingere significent, ponẽs, & cõclusio erit contingens: & qñ hæc cõtingere, illa ineſſe. cùm vero altera necessaria ponita fit: ſi affirmatiua quidẽ, non erit cõcluſio, neq; neceſſaria, neq; inexiſtẽs: ſin aũt priuatiua, inexiſtendi erit syllo, quemadmodũ in prioribus⁹ Accipiendũ vero, & in his conſiſt cõtingẽs, qđ in cõclusionibus. Sint itaq; primũ cõtingẽtes: & A & B of C cõtingãt ineſſe. qm̃ igit conuertit affirmatiuũ in parte: B vero of C cõtingit: & C alicui eorũ q̃ B cõtingere poſſet. q̃re ſi A of cõtingit C: C aũt alicui eorũ q̃ B: neceſſe & A alicui B contingere. fit enim prima figura.

Motus. Vigilatio.

A. Al. cõtingit. B.

H

Prima vlis cõiugatio, cõcludens de contingente p cõuerſionẽ.

O. cõtingit. O. cõtingit.

C.

Homo.

Al. contingit.

Et ſi A cõtingit nulli C ineſſe: B vero of C cõtingeret: neceſſe & A alicui eorum quæ B cõtingere nõ ineſſe. erit enim rurſus prima figura per conuerſionem.

Motus. Vigilatio.

I

A. Al. nõ cõting. B.

Secũda, & ipſa cõcludens de cõtingẽti per conuerſionẽ minoris.

N. contingit. O. contingit.

C.

Homo.

Al. nõ cõtingit.

Quòd

Quòd si vtreque priuatiuæ positæ fuerint, ex ipsis quidem assumptis non erit necessarium, sed conuersis propositionibus, erit syllogismus, quemadmodum in prioribus. Nanque si A & B contingit non inesse, si transumptum fuerit contingere non inesse, rursus erit prima figura per conuersionem. A

Motus. Vigilatio.

A. Al.nõ cõtl. B.



Tertia essugatio idẽ cõcludens p cõuersionẽ ambarũ propõnum.

B

Si vero hic terminorum est vltr, ille in parte, eodem pacto se habentibus terminis, quo in eo qđ est inesse, erit, & non erit syllis. Contingat enim A omni C inesse: B autem alicui C: erit itaq; prima figura, propositione conuersa, quę est in parte. nam si A oI C: C vero alicui eorum quę B: A igitur alicui eorũ quæ B contingit.

Motus. Vigilatio.

A. Al.cõtl. B.



C

Cõtingatio alia, cõclusdés conclusa.

Et si ad B C positum fuerit vniuersale consimiliter.

Itidem

B

Cõiugatio alia, idẽ cõ cludens.



Q Itidẽ ex ſi A C ſit ꝓuatiuũ: BC vero affirmatiuũ. erit, n. rurſ⁹, j. figura Q cõuerſionẽ.

Cõiugatio alia cõclu dẽs cõtingens negatiuum.

P

Sin ãt vtrꝙ; poſitꝙ fuerit priuatiuꝙ, hęc vtr, illa in pte. ꝓ ipſa qdẽ aſſumpta nõ erit ſyllꝫ: ſed cõuerſis erit, quẽadmodũ in priorib⁹.

Cõiugatio alia cõclu dẽs ex minoris conuerſione.

Cõm

A Cùm vero vtrique indefinite, aut in parte acceptę ſint, non erit ſyllo: neceſſe etenim A omni, & nulli B ineſſe. Termini inexiſtendi, animal, homo, album: non inexiſtendi, equus, homo, album.



Cõtingatio nũ pecu-lariũ erũde finitarũ in unũſ exẽplum.

B *Complicatio Poſſibilis in Tertia figura. Cap. 20.*

CVm vero extiterint hæc in figura binæ propoſitiones poſſibiles vltes erit ſyllogiſmus, & erit concluſio particularis poſſibilis eo modo, quo fuit in abſoluta ſolum & neceſſaria, hoc eſt per eaſdem illas cõditiones. & monſtratio ſuper hoc eſt monſtratio ſuper illis. Quod autem proprium eſt iſtius materię, eſt, quòd cùm fuerint negatiuæ, erit ex ipſis ſyllogiſmus imperfectus per cõuerſionem vnius negatiuæ ad affirmatiuam, & affirmatiua ex ipſa erit ex binis propoſitionibus, quarum vna affirmatiua, & altera negatiua.

Proprius ẽ materiæ poſis, vt ex ambabus negatiuis p̃ conuerſionẽ ad affirmatiuã.

Quòd ſi fuerit vna ex ipſis vniuerſalis, & altera particularis, ſyllogiſmi concludentes & non concludentes erunt, quemadmodum fuere in materia abſoluta, & neceſſaria, & per eaſdem illas cõditiones. Hoc autem eſt proprium: quoniã cùm fuerint ambæ negatiuæ, erit ſyllogiſmus per conuerſionem, hoc eſt per conuerſionem negatiuæ ad affirmatiuam, quæ ſequitur ex ipſa, quoniam non ſit ſyllogiſmus ex binis negatiuis ſecundum aliquam materiam, neque ſimplicem, neque compoſitam. Sin autem accipiantur duæ propoſitiones indefinitæ, aut particulares, non erit conſimiliter ſyllogiſmus: quoniam aliquando cõcludit affirmatiuam neceſſariam, & nonnunquam negatiuam neceſſariam. Termini concludentes affirmatiuam, homo, album, animal. & hoc, quoniam aliquod album poteſt eſſe homo: & album poteſt eſſe animal: & homo ex neceſſitate eſt animal. Concludentes vero negatiuam, homo, album, equus & hoc, quoniam album poteſt eſſe homo: & album poteſt eſſe equus: & concluſio nullus homo eſt equus. & per hos eoſdem terminos monſtratur hoc, cum fuerint negatiuæ, aut vna ipſarum affirmatiua, & altera negatiua: nam complicatio poteſt ex ipſis componi.

C Quas ſint ſyllogiſmus.

Nõ fit ſyllogiſmus in aliqua mã nec ſimplici, nec mixta

E ex ambabus negatiuis.

F

Miſtio

D *Missio inexistentis & contingentis in Tertia figura.* Cap. 21.

CAEterum si hæc inexistere, illa propositionum significet contingere, conclusio erit, ꝙ contingit, & non ꝙ inest: syllogismus autem erit, eodem modo se habentibus terminis, quo et in prioribus. Sint. n. primum prædicatiuæ, & A of insit C: B vero omni contingat inesse: conuersio igitur B C, prima erit figura, & conclusio ꝙ contingit A alicui B inesse. nam qñ in prima figura propositionum altera significet contingere, conclusio erat contingens, Consimiliter aũt, & si B C inesse, A C vero cõtingere.



B

Cõiugationes binæ vltes cõcludẽtes cõtingens.

Et si A C priuatiuum: B C autem prædicatiuum, sit aũt vtrumuis: vtroꝙ modo erit conclusio contingens: fit enim rursus prima figura. monstratum vero est, ꝙ dum altera propositio in ipsa contingere significat, & conclusio erit contingens.

F



Cõiugationes secundæ idẽ cõcludẽtes.

Sed

Sed ſi contingens priuatiuum ad minus extremum poſitum fuerit, per ipſa quidem poſita non erit ſyllogiſmus: conuerſis autem erit, quemadmodum in prioribus.



Cõtingẽs alteri nõ cõtingẽs ſ duplicem cõuerſionẽ cõtingentis.

Quod ſi hæc propoſitio ſit vtriſq; prædicatuis exiſtentibus: aut ea priuatiua quæ vtr, affirmatiua vero quæ in parte, idem erit ſyllogiſmorum modus: omnes.n. per primam concluduntur figuram. quare manifeſtum, ꝙ eius quod eſt contingere, & non eius quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus.



Quemor cõtingẽs ad vtrũq; ſimiliter affirmatiuũq; cõcludentes cõtingẽs: ambos primos ꝓbant ſ conuerſionẽ nominis, alios ſ bimas cõuerſiones.

Quod

D



Binæ cõiugationes particulares primæ figuræ cõcludentes cõtingens.

B

Quòd ſi affirmatiua vniuerſaliter, priuatiua vero in parte, per impoſsibile erit demonſtratio. Inſit enim B omni C: A vero contingat alicui C non ineſſe: neceſſe eſt ergo A alicui B contingere nõ ineſſe. Nanq; ſi inerit ex neceſsitate omni B: B vero omni C ponitur ineſſe: A omni C ex neceſsitate inerit. hoc autem monſtratum eſt prius, verum ſupponebatur alicui contingere non ineſſe.

F

Conuerſio negatiuæ, & p impoſsibile oſtendit.



Sed cùm indefinitæ aut in parte vtreque fuerint acceptæ, non erit ſyllogiſmus. demonſtratio autem eadem, & quæ & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

Equus



Indefinita rũ, & pticularũ in tliũ cõe exẽplum.

Complicatio Poſſibilis et abſoluta in Tertia figura. Cap. 21.

3 In Tertia figura ex abſoluta & poſi am. bab⁹ affirmatiuis & vlib⁹ ſeq⁹ ſp concſo poſis.

CVm vero vna duarum propoſitionum hac in figura fuerit abſoluta, & altera poſſibilis, & ambæ affirmatiuæ vlẽs, erit concluſio poſſibilis in parte. Et hoc monſtratur per conuerſionem minoris. qm̃ ſi ipſa fuerit poſſibilis, redit ex figura prima ad id, in quo minor poſſibilis & maior abſoluta. ſed iam in præcedentibus declaratum fuit, ꝙ eſt concluſio poſſibilis. ſi vero minor extiterit abſoluta redit ad id, in quo minor eſt abſoluta in figura prima & maior poſſibilis. ſed iã conſimiliter expoſitum fuit, ꝙ hęc concludit poſſibilem. Quòd ſi vna

⁴ Si altera fuerit negatiua, ſi fuerit negatiua poſis, concſo erit poſis vera, & ſyllſ, ꝓpo.

ipſarum extiterit affirmatiua & altera negatiua, & fuerit vtrauis ipſarum abſoluta, hoc eſt, aut maior, aut minor, & maior extiterit negatiua poſſibilis, erit concluſio poſſibilis vera. Sin autem negatiua fuerit abſoluta, erit cõcluſio negatiua poſſibilis per participationem nominis, hoc eſt, quæ concludit binas cõcluſiones, negatiuam neceſſariã, & negatiuam poſſibilem. Quòd ſi minor extiterit negatiua & poſſibilis, ſeu fuerint ambæ negatiuę, non erit ſyllſ, niſi conuertatur negatiua poſſibilis ad affirmatiuam, quæ ſequitur ex ipſa, quoniã reuertetur ad eã, quæ eſt ex binis affirmatiuis, aut ad eam, in qua maior negatiua & minor affirmatiua.

⁵ C ſtus: ſi abſoluta fuerit negatiua, erit cõcluſo poſis ꝺ poſi cõi.

Si vero extiterit vna duarũ propoſitionum vlis & altera particularis, & fuerint ambę affirmatiuę, aut maior affirmatiua & particularis negatiua, erit ſyllſus per reductionem ad primam figuram per cõuerſionem particularis affirmatiuæ, ſecundum ꝙ declaratum fuit, & concluſio ſua erit ſm modum, quo fuit, qm̃ binæ propoſitiones erant vniuerſales. Quòd ſi affirmatiua fuerit vlis & negatiua particularis, & mior abſoluta affirmatiua & maior negatiua particularis poſſibilis, erit ſyllſus. declaratio aũt huius erit per ſyllſm ad impoſſibile. Sit ergo omne B c abſolute: & aliqd B non eſt A poſſibiliter: dico ꝙ poſſibile eſt aliqd C non eſſe A. Si enim hoc non eſt verum, verum erit ſuum contradictorium, hoc eſt, omne C eſt A ex neceſſitate: nanq; hoc eſt cõtradictorium ſm modum & quantitatem & qualitatem: ſed iam poſitum fuerat, ꝙ omne B eſt C abſolute: ergo concluditur in prima figura, quòd omne B eſt A ex neceſſitate: ſed iã poſueramus aliquod B non eſſe A poſſibi-

Syllſi particulares.

G possibiliter: quod fieri non potest, & non cohęret. Sin autem extiterit maior priicularis absoluta & minor possibilis, erit syllogismus, qui monstratur positione. Quod si minor fuerit negatiua & absoluta, nō erit sylsus: quoniam proprium est tertiæ figuræ, ꝙ non habeat minorem negatiuam. Si vero fuerit minor negatiua possibilis, erit syllogismus per conuersionem ad affirmatiuam sm ꝙ prędictum fuit. Sin autem extiterint ambæ propositiones indefinitę, aut particulares, non H erit syllogismus. monstratio vero huius ea est, quę facta fuit in speciebus vniuersalibus in hoc capitulo, hoc est in possibili tantum, & in his eisdem terminis.

Mistio Necessarij & Contingentis in Tertia figura. Cap. 22.

VErum, si est hęc quidem propositionum necessaria, illa vero contingens, dum termini sunt prædicatiui, semper eius quod est contingere erit syllogismus. Cum vero sit hoc quidem prædicatiuum, illud autem priuatiuum, si affirmatiuum sit necessariū, eius quod est contingere non inesse: si vero priuatiuum, & eius qđ est contingere, & eius quod est non inesse. sed eius quod est ex necessitate non inesse, non erit syllogismus: quemadmodum neque in alteris figuris. K

Sint itaque prædicatiui primum termini, & A omni C insit ex necessitate: B vero contingat inesse omni C: quoniam itaque A omni C ex necessitate: C vero alicui B contingit: & A alicui B contingens erit, & non inexistens. sic igitur accidebat & in prima figura. Consimiliter autem monstrabitur & si B C necessarium positum fuerit: A C vero contingens. L

I



M

Cõiugatio nes binæ cõcludentes cõtingens.

Iterum

Iterum ſit hoc p̃dicatiuũ, illud priuatiuũ, ſed p̃dicatiuum neceſſariũ, & A cõtingat nulli eorũ q̃ cineẽ: B vero oſ inſit c ex neceſſitate: erit itaq; rurſus prĩa figura. etenim priuatiua, ppõ cõtingere ſignificat. Planum igitur q̃ concluſio erit contingens. nanq; cũ ſic ſe haberent in prima figura propõnes, & cõclõ erat cõtingẽs. A

Ambulatio. Animal.

A. Al. non conting. B.



Cõtingatio alia cõcludẽs cõtingens.

B

Sed ſi priuatiua ppõ neceſſaria, et cõclõ erit, q̃ cõtingit alicui ñ ineẽ, et q̃ nõ ineſt. Ponaẽ. n. A nulli ex neceſſitate: B vero oſ cõtingere: cõuerſo itaq; B C affirmatiuo, prĩa erit figura, & neceſſaria priuatiua, ppõ. verũ qñ ita ſe haberẽt propõnes, accidebat A ipſi C et cõtingere alicui ñ ineẽ, et ñ ineẽ: q̃re et A ipſi B neceſſe alicui ñ ineẽ.

Lapis. Motus.

A. Al. nõ ineſ. B.



C

Cõtingatio cõcludens de ineſſe.

Cũ vero priuatiuũ ad minus extremũ poſitũ fuerit, ſi cõtingẽs, erit ſyllus, tranſumpta propõne quemadmodum in prioribus.

Cõiugatio cõcludens, cõtingés p duplicem cõuersionẽ cõiugatus.

E Si vero necĩũ ñ erit, etenſ of neceſſe, et nulli cõtigit ſeẽ. Termini q of iſſit, ſomn⁹, equ⁹ dormiẽs, hõ: q nulli, somn⁹, equus, vigilãs, hõ.

Cõiugationes inutiles.



F Consimiliter ſe habebit, & ſi hic terminorum vniuerſaliter, ille in parte ad medium. Nam cùm prædicatiui fuerint vtriq; , eius quod eſt contingere, & non eius quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus.

Quatuor cõiugationes peculares affirmatiuę cõcludentes cõtingẽs, q̃ ri cõuerſiõe monſtrat, ut præmiſſarum diſpoſitione.



Et quando hoc priuatiuum acceptum fuerit, illud vero affirmatiuum, ſed neceſſarium affirmatiuum, eius qđ eſt contingere. A



Alia cõiugatio concludés cõtingés, quę mõſtrat p cõuerſionẽ miſtas.

B



Alia cõiugatio concludés cõtingés, quę mõſtrat p impoſs.

C

Quando autem priuatiuũ neceſſarium, & concluſio erit eius quod eſt non ineſſe. idem nanque monſtrationis modus, & vniuerſaliter terminis exiſtentibus. neceſſe etenim per primam figuram ſyllogiſmos perfici. quare quemadmodum in illis, & in his neceſſarium accidit.

G



Cõiugatio cõcludens de ineſ, q̃ mõſtrat p̃ cõuerſionẽ minoris.

H

Cùm vero priuatiuum vniuerſaliter acceptum ad minus poſitum fuerit extremum, ſiquidem contingens, erit ſyllogiſmus per conuerſionem.



Cõiugatio cõcludens cõtingens, q̃ triplici cõuerſione I monſtraſ, & p̃miſſa rũ trãſpoſitione.

Sin autem neceſſarium, non erit. monſtrabitur autem eodem pacto, quo & vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

Planum



Cõiugatio inutilis.

Planum itaque & in hac figura, quando, & quomodo erit syllogismus, & quando contingendi, & quando inexistendi. Sed & manifestum, ꝙ omnes imperfecti, & quòd perficiuntur per primam figuram.

Complicatio Possibilis & Necessaria in Tertia figura. Cap. 22.

Ex posi & necia fit tertia figura ambabꝰ affirmatiuis seqũ cõclo posit: si ãt altera ne-

C

gatiua si fuerit positis erit syllo & concło posit: si ãt negatiua positis & negatiua absoluta.

SIn autem ambæ propositiones exiterint & vniuersales, & vna ipsarum necessaria, & altera possibilis, & ipsæ ambæ affirmatiuæ, erit in hoc syllogismus concludens conclusionem possibilem. & hoc planum per cõuersionem ad primam figuram. Quòd si fuerit vna affirmatiua & altera negatiua, & affirmatiua necessaria & minor, erit cõclusio negatiua possibilis. & hoc per conuersionem affirmatiuæ, & reductionem complicationis ex figura prima ad id, in quo maior est negatiua possibilis, & minor particularis necessaria. Quòd si negatiua fuerit necessaria maior, erit conclusio negatiua possibilis, & negatiua absoluta per reductionem secundum conuersionem ad id, in quo maior in figura prima negatiua necessaria, & minor affirmatiua possibilis. Si vero minor fuerit negatiua possibilis, & maior affirmatiua necessaria, non erit syllogismus, nisi per conuersionem negatiuæ possibilis ad affirmatiuam possibilem. Sin autem minor extiterit negatiua necessaria, non erit syllogismus. Termini concludentes affirmatiuam, homo, dormiens, equus. & hoc, quoniam nullus hõ est equus: & possibile est omnem hominem esse dormiens: & conclusio, possibile est omnem equum esse dormiens. Termini vero concludentes negatiuã, homo, dormiens, & equus vigilans. & hoc, quoniam nullus homo est equus vigilans: & possibile est omnem hominem esse dormiens: & conclusio, nullus equus est vigilans, qd sit dormiens.

E

F

Sin autem extiterit vna duarum propositionum vniuersalis & altera particularis, erit syllogismus per reductionem ad primam figuram, & erit conclusio possibilis secundũ dispositionem specierum, quæ ad ipsam deducuntur ex figura prima. Quòd si vna propositionum extiterit negatiua & altera affirmatiua, & fuerit negatiua maior, siquidem

Syllogismi particulares in tertia mixti ex necessaria & possi.

 necessa-

G neceſſaria, erit concluſio abſoluta aut poſsibilis: quoniam redibit per conuerſionem ad primam figurã, quę concludit binas illas concluſiones, ſeu fuerit vniuerſalis, ſeu particularis per poſitionem, & impoſſibile. Sed ſi negatiua fuerit poſsibilis, erit concluſio poſsibilis vera ſecundum diſpoſitionem poſsibilis appropriati ſyllogiſmo, ad quem reducitur in prima figura. Sin autẽ negatiua extiterit minor, ſi quidem poſsibilis, erit ſyllogiſmus per cõuerſionem ad affirmatiuam poſſibilem. Si vero neceſſaria, non erit
H ſyllogiſmus. & hoc manifeſtum ſecundum modum, quo monſtratum fuit, cùm erant vniuerſales, & per illos eoſdem terminos. Sed iam expoſitum fuit, quando erit ſyllogiſmus in hac ſpecie, & quomodo erit, & qualem concluſionem qualis ſyllogiſmus concludat, & quales ex ipſis perfecti, & non perfecti ſecundum diſpoſitionem ſpecierũ, quæ ſunt hac in figura. Sed iam perfectus eſt tractatus de omnibus ſyllogiſmis prædicatiuis.

Quòd figuræ ſyllogiſmorum ſint tantum tres in omnibus ſyllogiſmorum generibus. Cap. 23.

I QVòd igitur ſyllogiſmi, qui in his ſunt figuris, per vniuerſales perficiũtur ſyllogiſmos qui in prima figura, & in iſtos reducuntur, planum ex dictis. quòd autem ſimpliciter omnis ſyllogiſmus ita ſe habebit, nunc erit manifeſtum, quando monſtratum fuerit ſyllogiſmum omnem per harum aliquam figurarum effici. Neceſſe igitur omnem demonſtrationem, atque omnem ſyllogiſmum, aut inexiſtens quippiam, aut non inexiſtens monſtrare: & hoc aut vniuerſaliter, aut ſecundum partem: amplius aut oſtenſiue, aut ex ſuppoſitione. eius vero, qui L eſt ex ſuppoſitione, pars eſt qui per impoſsibile. Primum itaque dicamus de oſtenſiuis: his enim monſtratis, planum erit & in ijs qui ad impoſsibile, & omnino ijs qui ex ſuppoſitiõe.

K

Si igitur oporteat A de B ratiocinari, vt inexiſtens, aut non inexiſtens, neceſſe eſt accipere aliquid de aliquo. Si ergo A de B acceptum fuerit, quod eſt à principio ſumptum erit: ſin autem de C, C vero de nullo: neque de illo aliud, neque de A alM terum, nullus erit ſyllogiſmus. eo enim quòd vnum de vno ſit acceptum, nil accidit ex neceſſitate. quare aſſumenda & altera propoſitio.

Ex vna ꝓpõe nihil eõcludit.

Animal.	Homo.	Animal.	Rationale.
A. ———	B.	A. ———	C.

Si itaque A de alio fuerit acceptum, aut aliud de A, aut de C alterum, eſſe qnidem ſyllogiſmum nihil prohibet: ad B tamen non erit per accepta. neque quando C alteri: & illud alij: & hoc alteri: non fuerit autem ad B copulatũ, nec ſic erit ad B ipſius A ſyllõ.

Animatum.



Syllſmō cō
cludentes
propoſitū

B Omnino enim diximus, q̄ nullus vnquam erit ſyllſ, alius de alio, non accepto aliquo medio, q̄d ad vtrūq; ſe habet quodāmodo p̄dicationibus. Syllſus nanq; ſimplr ex ,ppōnibus eſt: ad hoc autem ſyllſus ex propoſitionibus ad hoc. ſed impoſſibile ad B propoſitionem capere, nihil de ipſo aut prædicantes, aut negantes: aut iterū ipſius A ad B, nihil cōmune accipientes. verum de vtroq; ſigillatim quę dam prędicantes, aut negantes. quare accipiendum mediū aliq̄d vtrorunq;, q̄d prædicationes copulabit: ſiquidē erit huius ad hoc ſyllſus. Si igit neceſſe quidem eſt accipere ad vtraq; commune, hoc aūt triſariā contingit: aut.n.A de C, & C de B p̄dicaturos: aut C de vtriſq;: aut vtraq; de C: hæ vero ſunt dict̄ę figurę: planum ſyllm omnē neceſſarium fieri per harū aliquā figurarum. eadem.n.ratio, & ſi per plura copulat ad B. eadem nanq; erit figura & in multis. E

C



F

Sylliſoē'u
dētes ,pp'
ſitū, trip li
citer varia
tur.

Q̄d igitur oſtenſiui oēs concludunt̄ p̄ p̄dictas figuras, manifeſtū.

De syllis ad ipossē.

G Quòd autem & qui ad impossibile, planum erit per hęc. Omnes .n. per impossibile concludentes, falsum quidem ratiocinantur: quod autem à principio, ex suppositione mõstrant, cum impossibile aliquid accidat, contradictione posita. Vt φ diameter incommensurabilis. eo φ imparia æqualia partibus fiũt, si fuerit posita cõmẽsurabilis. æqualia igit fieri imparia paribus ratiocinatur: diametrum vero incommensurabilem esse, H ex suppositione monstrat: qm falsum accidit propter cõtradictionem. hoc.n. erat per impossibile ratiocinari, aliquid monstrare impossibile propter suppositionem, quæ ex principio.

Ostensio qđ diameter sit incõmẽsurabilis lateri.



I Quare, quoniam falsi syllogismus fit ostensiuus in his quę ad impossibile deducunt: ostensiuos autem prius diximus, φ per has concluduntur figuras: manifestum, φ per impossibile syllogismum per has erunt figuras.

De syllis ex suppositione.

Consimiliter & alĩ omnes, qui ex suppositione. in omnibus enim syllogismus quidem fit ad transumptum: quod autem ex principio, concluditur per confessionem, aut aliquam aliam suppositionem. Quòd si hoc verum, omnem demonstrationẽ, et omnem syllogismum necesse fieri per tres prædictas figuras.

Hoc autem monstrato, planum & φ omnis syllogismus perficitur per primam figuram, et reducitur ad vniuersales syllogismos, qui in hac sunt.

Quod figuræ syllogismorum sint tantum tres in omnibus syllogismorum generibus. vbi de syllogismis cõditionalibus multa. L

Cap. 23.

DIxit. Iam igitur declaratum fuit fm modum, qui dictus fuit in figuris absolutis, φ omnes syllogismi existentes in his figuris, reducuntur ad primam figuram, quę est in ipsis. φ autem omnia syllogismorum genera, quæ absolute inueniũtur, reducantur ad primã figuram penitus, planum erit, posteaq̃ ostensum fuerit, φ oĩa syllorum prædicatiuorum genera sunt hęc tria tantum, quodq; reliqui syllogismorum, quibus non egent necessario prædicatiui, non sunt reducibiles ad eos, qui sunt fm viam prædicationis. * Dicamus igitur, φ omnis syllus penitus, aut monstrat aliquid esse, aut aliquid non esse: & vterq; horum duorum, aut ostendit aliquid vle, aut aliquid particulare: omnis autem qui monstrat aliquid esse, aut aliquid non esse, aut mõstrat fm modũ ꝓdicationis, aut monstrat fm modum conditionis, aut M *Nota pul cherrimã diuisionẽ cõclusionũ, q̃ p syllos categoricos oĩdũtur, & ex hypotheticos. Oĩs syllus aut cathegoricꝰ, aut hypotheticꝰ, aut mixtꝰ ex vtroq;, vt syllis ad ipossē.*

A apte monstrat per syllm̃ compositũ ex ambobus istis, puta, per syllm̃ ad impossi, de quo est intento nũc nũc. est enim hæc de syllis, qui sunt fm viam prædicationis & cõditionis, cõcludentes & nõ concludentes absolute. si enim mõstrati fuerint isti, monstrati ẽt erunt hi, quibus indigemus ad hos, hoc est syllis ad impossi, & syllogismus qui est fm conditionem.

Dicam⁹ igit, si opus fuerit, vt ostẽdamus aliquid esse in aliquo, puta, si oporteret monstrare ꝙ A prædicat de B, aut fm modum negationis, aut fm modum affirmationis, planum ꝙ accipiemus ad monstrationem huius fm modum prædicationis, ꝙ aliquid est in aliquo, & prædicat de aliquo. Quod si acceperimus in hoc A prædicari de B, planũ ꝙ idẽ acceptum erit in monstrationẽ suipsius. sed hoc & impossi est, & non confert cognitioni conscqũti quæsitum. Et consfr si acceperimus ad hoc enunciationẽ diuersam & à subiecto & à ꝓdicato quæsiti. manifestũ etenim ẽt ꝙ non sequet ex ipso quæsitũ, neq; affirmatiuum neq; negatiuum: quemadmodũ si dicamus ꝙ A prædicat de B, qñ C ꝓdicat de D. Cum igitur bina hæc contraria sint impossibilia, supereſt vt dicamus, ꝙ id, quod accipitur ad monstrãdum A prædicari de B, aut est oratio participans alterius extremorũ, aut participans amborũ simul. Amplius, si participat alterius extremorũ, oportet vt aut ipsius prædicatũ sit idem, quod prædicatũ quæsiti & subiectũ aliud, aut vt subiectũ suum sit subiectum quæsiti & prædicatũ aliud, aut prędicatũ quæsiti sit ipsius subiectũ, aut subiectum quæsiti prædicatum suum. non enim põt oratio participans essugere ab vna istarũ partium. Præterea oportet ẽt hoc participans, aut ita se habere, vt vnum & idem iudiciũ sit, præterq; ꝙ illi communicet iudiciũ aliud, aut enunciatio alia, aut ꝙ cõicatio sit cum enunciatione alia, & hoc absq; eo, ꝙ verificet de quæsito. Si igit accipiat participans cum vno extremorũ quæsiti, quod est A & B enunciatio vna tantũ, puta, si accipiatur A participare cũ C, prædicatione vna ex ipsis secundum compositionẽ suam: planũ ꝙ non sequit ex hoc, vt A participet cum B, hoc est, vt prædicet affirmatiue aut negatiue de B in omni tpe, in quo non participat C cũ B. Quod si acceperimus A cõicare cum B, in prædicatione seorsum & fm se, planum quidẽ ꝙ ex hoc erit syll̃s, non aũt super quæsito quod quærit, hoc est ꝙ A insit B, aut neget ab eo. Si vero acceperimus aliqua cõmunicantia cum vna duarum extremitatum in infinitum, præterq; ꝙ communicent cũ altera, quẽadmodum si accipiatur A cõicare cum C, & C cum D, & D cum E, non sequit ex hoc, vt A cõicet cum B, aut prædicatione affirmatiua, aut prædicatione negatiua, vsquequo cõicans cum A non communicauerit cum B. qm̃ syllis nõ terminatus erit ex ꝓpõnibus nõ determinatis, hoc est syll̃s, qui non est super quæsito determinato, erit ex propositionibus non determinatis. verum syllis determinatus, hoc est, qui erit sup quæsito determinato, sequitur vt componat ex propositionib⁹ determinatis cõmunicantibus cum vtraq; extremitate qsiti. Et ex hoc sequit, vt ad minimum syll̃s determinatus componat ex binis propositionibus cõicantib⁹ in termino medio

Obiicit ꝙ diuisionẽ necessarią non posse fieri syll̃s, nisi ꝓpõnes cõcẽt in aliquo medio.

B

C

D

E

F

G dio & variatis in extremitatib⁹ quæsiti. ϕ si non, non poterit monstrari aliquid prædicati de aliquo pp prædicationẽ alicuius de aliquo. quẽad modũ si A cõiceat cum C, & C cũ B, tunc sequit vt A cõiceat cũ B. Et ex hoc monstrat, ϕ omnis sylls erit ex binis ppõnibus, & terminis tribus, termino minore, & medio, & maiore. Quare sylls oĩs prædicatiuus, qui componitur super quæsito determinato, erit fm vnam harũ trium specierum sylloꝝ prædicatiuorum, hoc est figurã primã, secundã, & tertiam. Quòd autem non inueniatur figura Quarta. planũ ex medio termino, qui accipitur cõicare cũ ambabus extremitatibus. Quemadmodum si accipiat C cõicare cũ B, & A, quæ sunt extremitates quæsiti, ex necessitate sequet vnũ ex tribus, vel vt subiectum maioris extremitatis sit prædicatũ minoris, quẽadmodũ si A ꝑdicet de C, & C de B, & hæc figura prima: aut prædicet de vtrisq; simul, & hæc figura secunda: aut ipsis subijciat, & hęc figura tertia. Si vero accipiat ꝑdicatũ maioris subijci minori, nõ conueniet, propterea ϕ ꝑdicatũ maioris ꝑdicat de minore, qñ maior ꝑdicat in quæsito fm naturã de minore: & ita erit idẽ prædicatũ de seipso: quod fieri nõ põt, si interpretet terminus medius fm quæsitũ positũ. Quòd si exponatur fm participationẽ concludet aliud à quęsito, puta cõuersum suum. & hoc fm modum, qui numerat complicatio figuræ quartæ, quã posuit Galenus. atqui erit sylls super alio à quæsito posito. sed in hoc non cadit cogitatio secundum naturam, neq; accipitur in sermone syllogistico non demonstratiuo, neq; existimatiuo.

Oĩs sylls constat ex duab⁹ propõnib⁹, & tribus terminis.

Oĩs sylls categoric⁹ est secũdũ vnã trium figurarũ.

Nota totũ qđ sequit de figura Quarta cõtra Gal. de qua vide supra in cap. 8.

Iam igitur mõstratum est, ϕ omnis sylls prædicatiuus ex necessitate erit vna ex his tribus speciebus. ϕ si fuerit vnũ & idem quæsitũ ostẽsum per plura media, quemadmodum si monstratum fuerit A inesse B, per inuentionem A B C, & C in D, & D in E, & E in B, erit syllogismus compositus ex vna istarum trium figurarũ, aut ex duabus, aut ex tribus. K

Consimiliter sylls ad impossẽ cõponitur etiam ex vna harum trium figurarum, & sylls cõditionali. hoc aũt monstratur, propterea ϕ sylls ad impossẽ fit per deductionem sermonis ad impossẽ per sylm prædicatiuum, & ex eo, ϕ quæsitum primũ in eo sequitur, & monstratur per sylogismum conditionalem. Quẽadmodũ si dicam⁹, ϕ diameter aut est cõicans cum latere quadrati, aut diuersa. deinde monstretur cõditionatum ex hoc sylso, puta, ϕ nõ est communicãs ꝑ sylm prædicatiuum, qui deducat ad impossẽ. & hoc si dicamus, si cõicaret, esset proportio quadrati vnius ad quadratũ alteri⁹ proportio numeri quadrati ad numerum quadratũ. sequit ergo ex hoc, vt proportio quadrati lateris ad quadratũ diametri, sit proportio numeri quadrati ad numerũ quadratum. sed iã declaratum fuit in Libro Elementorũ, ϕ proportio duorũ quadratorũ vnius illorũ ad reliquũ, nõ est ꝓportio numeri quadrati ad numerũ quadratum, sed est proportio duorũ ad vnũ. hoc aũt fieri nõ põt, & non cohęret. Sed posteaq̃ mõstratum fuit, ϕ non cõicat, ponimus in eo ex sylso cõditionali, quod à principio fecimus, puta cũ dicebam⁹, diameter aut diuersa, aut cõicans: sed nõ est cõicans: igit̃ ex necessitate est diuersa. L

Nota ad syllogismos ad impossẽ.

M

I

Aduersus. Hic aut est ſyllꝰ conditionalis diuiſiuus, qui componit ex binis cõtradictorijs perfectæ cõtradictionis, ex quibus cũm vnũ ponitur, cõcluditur alterũ, quẽadmodum dicemus in ſyllꝰ cõditionalibus impoſſibile itaq; veluti dixim⁹ in hoc ſyllogiſmo, monſtratur per ſyllꝰm prædicatiuum, & quæſitum oſtenditur per ſyllꝰm cõditionalem. Sed ex ſyllogiſmi cõditionalis diſpõnibus planum conſimiliter, ꝙ nõ eſt ſufficiés ſine ſyllo prædicatiuo. Et hoc, qm̃ ſyllogiſmorũ conditionalium duo ſunt genera prima. Vnum eſt ſyllꝰ coniunctus, is videlicet, qui componit ex conſequentibus, & coaptat p notas conditionis facientes coniunctionẽ. veluti ſi dicamus, ſi Sol aſcendit eſt dies. illud aũt ex quo aliud ſequit, vocatur antecedens, quod aũt ſequit conſequens. Iſtius vero ſunt binæ ſpẽs. vna, vt ponat ipſius añs p ſe, & concludat conſequens. quem admodũ ſi dicamus, atqui Sol aſcendit: ergo eſt dies. altera vero, cũ ponitur in ipſo oppoſitũ conſequẽtis, & concludit oppoſitũ antecedentis. puta, ſi dicamus, atqui dies non eſt: ergo Sol nõ aſcẽdit. Sed genus ſm eſt cõditionalis diuiſus. hic aũt componit ex contradictorijs p̃fectæ contradictionis, & coaptant illi notæ cõditionis ſignificãtes partitionẽ. veluti ſi dicamus, hoc tp̃s, aut eſt dies, aut eſt nox. Huius aũt ſunt quatuor ſpẽs. & hoc quia ponit antecedẽs, & concludit oppoſitũ conſequenus: & ponit conſequẽs, & concludit oppoſitũ antecedentis: & ponit oppoſitum antecedẽtis, & concludit conſequens: & ponit oppoſitũ conſequentis & cõcluditur añs. puta, ſi dicam⁹, atqui non eſt nox: igitur eſt dies. vel atqui nõ eſt dies: igitur eſt nox. D
vel atqui eſt nox: igit̃ non eſt dies.
vel atqui eſt dies: igit̃ non eſt nox.

Conſimiliter autem & in alijs problematibus. ſemper.n.et in omnibus erit monſtratio per impoſſibile ex cõſequentibus, & q̄ ſequitur vtrunq; ac ſm vnũquodq; pblema eadẽ conſyderatio, & oſtenſiue volenti ratiocinari & ad impoſſe ducere. ex eiſdem nanque terminis vtrq; demõſtrationes. Quemadmodum ſi monſtratum eſt A ineſſe nulli E, qm̄ accidit & B ineſſe alicui eorum quæ E, qđ

G impossibile: si acceptum fuerit B inesse E quidem nulli, A vero omni, planum itaq; quòd A inerit nulli E. Rursus si ostẽsiue ratiocinatum fuerit A inesse nulli E, supponentibus inesse, quòd impossibile monstrabitur nulli inexistens. Cõsimiliter aũt & in alijs. in obus. n. necesse communẽ aliquẽ accipere terminũ aliũ à suppositis, ad quem erit falsi syllus. quare conuersa hac propositione, altera vero similiter se habente, ostensiuus erit syllus per eosdẽ terminos. Differt nanq; ostensiuus ab eo, qui ad impossibile: H qm̃ in ostensiuo fm veritatem vtræq; ponuntur propõnes, in eo aũt, qui ad impossibile, solũ vna. Hęc igitur magis erũt manifesta per sequentia, quando de impossibili dicemus. nunc vero tantum nobis sit manifestum, quòd ad eadem inspiciẽdum & ostensiue volenti ratiocinari, & ad impossibile ducere. K

Sed in alijs syllogismis, qui ex suppositione (quemadmodum quicunq; secundum transumptionem, aut secundum qualitatem in subiectis) non in ijs, quæ à principio, sed in transumptis erit consyderatio. modus vero inspectionis idem. Consyderare autem, & diuidere, quot modis qui ex suppositione. Monstratur itaque vnumquodq; problematũ sic. L De syllis ex suppõne.

Est autem et alio modo nonnulla horum ratiocinari, quem admodum vniuersalia per particularem inspectionem ex suppositione. Si enim C & G eadem sint: solis vero G accipiatur E inesse: A inesset vtiq; omni E.



Et rursus, si D & C eadem: E autem de solis G prædicaretur: quòd A inerit nulli eorum quæ E, Planum itaque, quòd & sic inspiciendum.



Hęc cõiugatio conclusiuę negatiuã, pp eandẽ cãm, qua & figur.

Eodẽ autem modo & in neceſſarijs & contingentibus: eadem nanq; conſyderatio, & per eoſdẽ terminos erit ordine eius quod eſt contingere, & eius qđ eſt ineſſe ſyllĩs. accipiendum autem in contingentibus & quæ non inſunt, ſed poſſunt ineſſe: monſtratum.n.eſt, cp & per hęc fit eius quod eſt contingere ſyllogiſmus. conſimiliter autem ſe habebit & in alijs ꝓdicamẽtis.

Nõ eſt aliã ꝗ ꝓdicta cõſiderandorum ſyllogiſmorũ.

Planum igitur ex dictis, non ſolum cp accidit per hanc viam fieri omnes ſyllõs, ſed & cp per aliam impoſſibile. mõſtratum nanque eſt ſyllogiſmum omnẽ per aliquam prædictarum effici figurarum: hæc autem non accidit per alia conſtitui, q̃ per conſequentia, & quę vnumqđq; conſequitur: ex his.n. propoſitiones, & medij acceptio. quare neque ſyllĩs accidit per alia fieri. via igitur de omnibus eadem & circa philoſophiam, & circa artem qualemcunque, & diſciplinam. Oportet enim inexiſtentia, & quibus inſunt, circa vtrũq; videre, & his quã plurimis abundare: atq; hæc ꝑ tres terminos conſyderare, deſtruentẽ quidẽ ſic, conſtruentẽ vero ſic: ſm veritatẽ quidẽ ex ijs, quæ ſm veritatem deſcribũtur ineſſe: ad dialecticos autem ſyllõs, ex propoſitionibus ſm opinionem. Principia vero ſyllogiſmorum vſr dictum eſt, & quomodo ſe habent, & quomodo oportet ipſa venari: ne aſpiciamus ad omnia quæ dicũtur, neq; ad eadem, conſtruentes, ac deſtruentes, neq; cõſtruẽtes de omni aut aliquo, & deſtruentes ab oĩbus aut aliquibus, ſed ad pauciora et determinata. Secũdũ vero vnumqđq; entium eligere, vt de bono, aut ſcientia. priuate autem ſm vnamquanque ſunt plurimæ. Quare principia quidem, quæ ſm vnumquodq; ſunt, experimẽti eſt tradere. dico autẽ, vt aſtrologicã experientiam Aſtrologicæ ſcię. acceptis enim apparẽtibus ſufficienter, ita inuentæ ſunt aſtrologicæ demonſtrationes. conſimiliter aũt ſe habet & circa aliã qualemcunq; artem, ac ſciam.

quare si acceptæ fuerint, quę insunt circa vnũquodq; nostrũ iam demõnes propalare. Si.n. nihil fm̃ historiam derelictum fuerit eorum, quæ vere insunt rebus habebimus de omni, cuius est demonstratio, hanc inuenire & demonstrare: cuius autem non est naturaliter demõ, hoc facere manifestum. Vt itaque quomodo opus est propõnes eligere, fermè dictum est: cũm diligentia veropeurrimus in negocio circa Dialecticam.

H

Ordines, quibus syllogismi cuiuscunque formam inquerimus. Cap. 2.

Ordo ẽrẽdi syllm q̃ tũ ad formam.

ORdines vero, quibus inquirimus syllm̃ per se, hoc est formã suam, sunt fm̃ q̃ dicam. & hoc, cũ omne quæsitum, cuius quærimus syllm̃, aut est affirmatiuũ vle, aut negatiuum vle, aut affirmatiuum particulare, aut negatiuũ particulare. Si igitur quęsitum extiterit vle affirmatiuũ, & voluerimus ipsum concludere, oportet vt consyderemus prędicatum subiecti sui,

Et subẽs p̃dicato, & p̃dicatis de subiecto, cum I

& subiectum prędicati sui: & si inuenerimus aliqd subiectum prędicati esse idem cum aliquo prædicato subiecti, ex necessitate prędicatũ ipsius erit in omni subiecto. hoc au tẽ manifestum ex eo, q̃ hęc positio est eadẽ cum positione primę figuræ, ppea q̃ vlis affirmatiua concludit in hac figura. Puta, in exẽplo si quæsierimus an oẽs partes mundi sint nouæ: & mundus disponatur per compositũ, & compositum subijciatur nouo: & complicetur syllus hũc in modum: omnis pars mundi est compositum: & omne compositum nouum: omnis itaq; pars mundi est nouum. Quod si voluerimus cõcludere affirmatiuam particularem per propõnes vles, sic hoc poterit, si accipiamus duos terminos subiectos simul. si.n. inuenerimus aliquid vnũ & idem subiectum vtriq;, ex necessitate sequitur, vt prędicatum insit alicui subiecto. hoc autem manifestum per positionem tertiæ figuræ. Puta, in exemplo, si quæsitum nostrum fuerit, an aliqd motum sit æternũ: & aliqd inueniatur subiectũ ambobus istis terminis, vt corpus cœleste: & com

R

Particularis affirmatiua cõcludit ex subiectis, i. assẽtibus ad vtrũq; terminũ q̃ sitũ i tertia figura.

L

plicetur syllus hunc in modum: corpus cœleste mouetur: & corpus cœleste est æternum: & concluditur, aliqd motum est æternum. sed & hoc accidit in figura prima, cũ inuenerimus vnum ex subiectis prędicati per se vnum ex prædicatis de aliquo subiecto quæsiti. Sin autem voluerimus concludere vlem negatiuam, fieri põt hoc fm̃ duos modos: vel vt consyderemus consequẽtia subiectum quæsiti, & id, qđ nõ potest subijci prædicato quæsiti. si.n. inuenerimus consequens subiectum quæsiti idẽ cũ subiecto, quod non põt subijci prædicato quæsiti, concluditur nobis in prima figura q̃ prædicatum quæsiti non põt inesse alicui subiecto quæsiti. Puta, in exemplo, si quęramus an anima sit immortalis: & p̃ le motũ sit consequens subiectum istius quæsiti: & idem hoc sit subiectum: qđ nõ põt esse subiectũ prædicati istius quęsiti: & complicetur ita syllus, omnis anima per se mouetur: nullũ per se motum est mortale: & cõcluditur ex hoc q̃ omnis anima nõ est mortale. Modus vero secũdus, vt consyderemus

Vlis negatiua duobus modis cõcludit p̃ primã & secũdam figuram.

M

A deremus consequentia prædicati, & inueniamus aliquid, qđ negetur à subiecto. ex hoc.n.& concludetur nobis in secunda figura ꝙ prędicatū negatur ab oī subiecto. Puta in exemplo, si q̄ſiuerimus, an vacuū ſit vnum ex entibus naturalibus: & inuēt̄ fuerit ens ſenſibile, qđ ſequatur entia naturalia, & negetur à vacuo: & complicetur ſyllſus hunc in modū, vacuum non eſt ſenſibile: & entia naturalia ſunt ſenſibilia: & cōcluſio, vacuum non eſt vnū ex entibus nālib⁹. Sin aūt voluerim⁹ cōcludere negatiuā particulare, fieri poterit hoc ſm tres modos: q̄m iam monſtratum fuit, ꝙ hæc concluditur in tribus figuris. Vnus ipſorum, ſi cōſyderabimus cōſequentia ſubiectum, & quæ non poſſunt ineſſe ꝑdicato, concludetur in ſecunda figura, ꝙ prędicatum non eſt in aliquo ſubiecto. Puta in exēplo, ſi q̄ſierimus, an aliqua ala nō ſit mortalis: & inuenerimus conſequentia aliquā animam. puta habere operationes per ſe, & aliqñ non eſt operatio ſua per ſe: & complicemus ſyllogiſmum hunc in modum, aliqua anima habet operationes proprias: & nullum mortale habet operationes proprias: redit.n.ad primam figuram per cōuerſionē negatiuæ, & concludit ꝙ aliqua anima non eſt mortalis. Sed hoc ēt monſtratur in tertia figura, ſi accipiamus ſubiecta ſubiecto q̄ſiti huius, & ea à quibus negatur prędicatū. ſi igitur inuenerimus ex iſtis aliquid, quod ſit vnū & idem, concludetur nobis in tertia figura, ꝙ prædicatum negatur ab aliquo ſubiecto. Sed hoc ēt accidit, in prima figura, ſi ex conſequētibus ſubiectum inueniatur aliquid, quod ſit idē cum eo, cui non poteſt ineſſe prædicatum. Præterquam ꝙ concluditur iſtud quæſitum ex propoſitionibus vībus in figura tertia tantum: atqui volebamus hoc, vt acciperentur propoſitiones vniuerſales. Sed oportet, vt eligantur ex conſequentibus vtranque extremitatem & ſubiectis eiſdem, quod eſt magis vſt & magis vſe. quoniam ſi fuerit ſyllſus ex talibus propoſitionibus, erit ēt ſyllſus ex eo, quod eſt minus vſiter: quoniam in ipſis continetur. ꝙ ſi cum inuenietur ſyllſs ex eo quod eſt magis vniuerſaliter, iam inueniri poterit ex eo quod eſt minus vniuerſaliter: & poteſt ēt non inueniri. Puta in exemplo, ſi inueniamus ſyllogiſmum ſuper eo, quod eſt homi nem eſſe compoſitum ex cōtrarijs ex eo ꝙ habet complexionem: & ſuper hoc inueniamus ſyllſm ex eo ꝙ eſt ſenſibile: quoniam ſenſibile eſt magis appropriatum quàm habens complexionem, & continetur in ipſo: cùm igitur inuenerimus ineſſe habenti complexionem, iam inuenimus & ſenſibili: & cùm inuenerimus complexionem habēs inēſſe ſenſibili, iam inuenimus complexionem habens ineſſe homini. Cùm itaque inuenerimus contraria ineſſe homini, per mediū complexionem habens, iam & ipſa inuenimus per medium ſenſibile. ꝙ ſi non inuenerimus ſyllogiſmum ſuper hac parte, qua eſt habens cōplexionem, iam fieri poterit, vt ſuper hoc inueniatur ſyllogiſmus ex parte, qua eſt ſenſibile: & iam poteſt etiam non inueniri. Cæterum ex hoc planum eſt: ꝙ non euadet, quin hæc intentio ſit per duas pro-

Trib⁹ modis cōcludit̄ gucularis negatiua.

B

C

D Eligenda ſunt ex cō ſequētib⁹ & aſſoc̄dibus, quæ ſunt magis vſia.

E

F

G poſitiões & tres terminos, ſm ꝙ declaratum fuit ex diſpoſitione ſyllogiſtica: & ꝙ non erit ſyllꝰ, niſi in tribus figuris, de quibus mentionẽ fecimus, & ex iſtis in concludentibus. Quod autem oportet dimittere in copia propoſitionum, cũ accipimus conſequentia & ſubiecta, eſt id, ex quo cõplicatur figura non concludens. quemadmodum non eſt opus, vt accipiamus conſequens ambas extremitates, cũ fuerit vnũ & idem, qñ ex hoc erunt binę affirmatiuæ in ſecunda figura. iam.n. monſtratum fuit, ꝙ non cõcludit.

Nota quę ſint dimittẽda I arte inuentẽdi medium.

H Conſimiliter non eſt opus, vt accipiamus quod negatur ab vtriſq; : ꝓpea ꝙ iam declaratum fuit nihil concludit ex duabus negatiuis. Eodem modo ſi fuerit ſubiectum ſubiecto quæſiti, & qđ negatur à ſubiecto quæſiti, vnum & idem, non eſt opus vt accipiamus ipſum: qñ erit minor negatiua in prima figura. ſed iam declaratum fuit ꝙ non concludit. Planum ẽt ꝙ erit vtiq; ſyllꝰ, cùm idem poſitũ fuerit bis: hoc eſt cùm habuerit proportionẽ ad duos terminos, proportionem prędicati, aut ſubiecti: & hoc ẽ terminus medius. ſi.n. fuerit terminus medius duæ res, non erit ſyllꝰ: quoniam ſequitur vnam duarum extremitatum ineſſe vni, aut negari ab eo. Quod aũt nonnulli exiſtimanerũt ꝙ erit ſyllꝰ, cùm accepta fuerint duo ad ambas extremitates varia ſecundũ contrarietates, & omnino illud, quod non poteſt complicari cũ rit ad am bas extremitates, vt cõcludat negatiua.

I

Cõtra opinionẽ illorũ, q dicẽbãt acciꝓiẽda eſſe duo cõtra alio: quoniam hoc reducitur ad id, cuius eſt potentia acceptionis alterius rei, quæ ſequitur vnam ipſarum, & negatur ab altera: & fortaſſe hoc non erit concludens. Puta, in exẽplo, ſi aliquis monſtrare conK tendat, ꝙ voluptas non eſt finis hominis, eo ꝙ voluptas eſt malum, & finis hominis bonum. nãq; ex hoc concluſum fuit, ꝙ voluptas non eſt finis hominis ex eo, qđ à principio concluſit, ꝙ voluptas non eſt bonũ ex parte, qua eſt malum. cùm igitur complicitum fuerit cũ hac concluſione, ꝙ finis hominis bonum, concludemus ꝙ voluptas non eſt finis hominis. Tales igitur ſyllogiſmi ſunt ſyllꝰ compoſiti ex pluribus figuris, non autẽ ſyllꝰ quartus ſimplex. Qui vero exiſtimauit talẽ ſyllogiſmũ eſſe vnũ ſyllꝰm ſimplicẽ, ip L ſe eſt ſimilis ei, qui exiſtimat ſyllꝰm cõpoſitũ eſſe ſyllꝰm ſimplicẽ. q. aũt hoc arbitratur, ignorat qđ ſit ſyllꝰs ſimplex: & q ignorat, qđ ſit ſyllꝰs ſimplex, ignorat ẽt ſyllꝰm abſolute.

Conſimiliter quoque ſe habebit ſyllꝰs ad impoſſe ſm conſyderationẽ, hoc eſt per ea, quę proportionẽ habent ad vtrunq; terminorũ. hęc autẽ ſunt tria, quẽadmodũ diximus: aut ea, q̃ ſubiiciunt illi, aut ea, quæ prędicant de ipſo: aut ea, quę negãtur ab ipſo, vel ſm modũ ſubiecti, vel ſm modũ ꝓdicati: qñ hoc non variat in negatione, ſm ꝙ diximus.

Syllꝰs ad impoſſe p eãdẽ cõſyderationẽ poteſt cõſtrui, p quam & ſyllꝰs categoricus.

M Hoc autẽ manifeſtum, eo ꝙ om ne quæſitũ, quod monſtratur per ſyllꝰm prædicatiuum, poteſt etiam monſtrari in his eiſdem terminis per ſyllꝰm ad impoſſibile. Conſimiliter omne quæſitum, quod oſtenditur per viam impoſſibilis, monſtrari poteſt in his eiſdem terminis per ſyllogiſmum prædicatiuũ. Puta, in exẽplo, ſi habuerimus, ꝙ B inſit omni A: & non inſit alicui E, & voluerimus per duas iſtas propoſitiones, monſtrare, ꝙ A non in-

Oẽ ſyllꝰs, qđ ſyllꝰs categoricus oſtẽdit, ꝑt, & per ſyllꝰm ad impoſſe cõcludit: & eccõuerſo I eiſdẽ terminis.

eſt

A est alicui z per viam impossibilis, dicemus, A non ineſt alicui z. quia ſi non: inerit ergo A alicui z: ſed iã habebamus ϕ B ineſt omni A, & concludit nobis ϕ B ineſt alicui z: ſed iam habebamus. ϕ B non ineſt alicui z: quod eſt impoſſ, & nõ cohæret. Quòd ſi voluerimus concludere hoc per viã prædicationis, dicemus ϕ A non ineſt alicui z: qm̃ B non ineſt alicui z, & ineſt omni A. & eodem pacto monſtratur res in oĩbus quæſitis. & hoc, qm̃ ambo ſyllogiſmi, hoc eſt prædicatiuus & deducens ad impoſſibile, ſunt vtiq;

B per acceptionẽ conſequentium ambas extremitates, aut per ſubiecta ipſarum, aut per acceptionem alicuius, quod ponitur in ipſis. Sed differunt inter ſe, qm̃ ſyllſ deducens ad impoſſibile cõplicatur ex binis propoſitionibus, quarum vna eſt propoſitio vera, & altera falſa, & cõcludit contradictorium propoſitionis ſecundæ vere. Syllſus vero prædicatiuus complicatur ex ambabus propoſitionibus veris, non autem alijs. non igitur coaptatur ſyllſus ex ipſis, niſi cognouerimus per binas ꝓpoſitiones. hoc autem erit per vias,

C quas narrauimus. Quòd ſi ita fuerit, erit ibi ſyllſus prædicatiuus. ſi vero acceperimus contradictoriũ quæſiti, & vnam ipſarum ipſi coaptauerimus, erit ſyllſus ad impoſſibile. hoc autem manifeſtius monſtrabitur, cùm declarabuntur ſpecies ſyllſorum prædicatiuorum, quę cadunt in ſyllo ad impoſſibile, & huiuſcemodi ſyllogiſmis conditionalibus, quibus eſt opus ad hunc modum conſyderationis: qm̃ iam declararum fuit, ϕ non monſtratur quæſitum ſecundum naturam, niſi coniunxerimus illi ſyllm prędicatiuum, qui oſtendat aut veritatem poſiti, aut veritatem coniunctiõis. Secundum itaq; modũ iſtũ conſyderationis monſtratur oē quæſitũ, ſiue fuerit in materia neceſſaria, ſiue in materia poſſ. Amplius ex hoc manifeſtum, ϕ non dicimus, oẽm ſyllm fieri poſſe per iſtã viam: ſed ϕ non põt ſyllſs fieri niſi per hanc viam. ꝓpea ϕ iam monſtratũ fuit, ϕ omnis ſyllſs erit in vna trium figurarum: quodq; tres iſtæ figuræ erunt ex ijs, quę prædicant de duabus extremitatibus, aut ſubijciuntur binis extremitatibus. Quare nõ

E poteſt inueniri ſyllſus, niſi ex conſyderatione iſtorum, hoc eſt conſequentium & ſubiectorum. Quòd ſi planum fuerit omnem ſyllſm eſſe ſm conſyderationem iſtorum, manifeſtum etiã ex hoc erit, ϕ omnis ſyllogiſmus erit in vna trium figurarum, & ex duabus propoſitionibus, ac terminis tribus. Via igitur hæc ad copiam propoſitionum ac ſyllſorum ſuper quæſitis eſt vniuerſalis omnibus artibus ac doctrinis, ſeu veræ exiterint ſeu probabiles. nam verarum vera inueniũtur cõſequentia ac ſubiecta: & probabilium probabilia. Quare via hęc cõferet nobis in cognitione acquirendarum propoſitionum ad oē quæſitum. ϕ ſi non, fortaſſe crederemus, niſi eſſet apud nos via hæc, ϕ deceret ad aſſequendum qđcunq; quæſitum inſpicere ad quancunq; rem ex propõnibus, & ad propoſitiones vnas eaſdem in qſitis affirmatiuis, ac qeſitis negatiuis. nec ſolũ hoc, ſed ẽt poterimus exiſtimare nos aſſecutum ire oēs quæſitorum ſpẽs, hoc eſt affirmatiuũ vniuerſale,

D

Oē qſitũ, ſiue i mẽ netia, ſiue poſſ p viã dictã mõſtram.

F

Dſia inter ſyllm ad ipſe & ca tegoricũ.

Via prius dicta eſt vſis oibus artibus & doctrinis.

D & negatiuum vñe, & affirmatiuum particulare, ac negatiuũ particulare p vnã viã, & ex propõnibus vnis eisdem. Atqui cũ habuerimus hãc viã, tunc erit intẽtio nostra in quocunq; quęsito ex rebus determinatis notis paucis fm numerũ. cũ. n. fecerimus hoc quæsitum, oportet vt appropriemus cuicunq; quęsito propositiones appropriatas generi, in quo fuerit hoc quæsitũ, proportionatas ipsi. Quemadmodũ si fuerit quæsitum operatiuũ, eligendę erũt propõnes proportionatæ rebus voluntarijs. Quod si extiterit scíale accipiemus res proportionatas rebus

H speculatiuis appropriatis huic generi, de quo speculat ars hæc speculatiua. & p pea opus est in cognitione propõnũ primarũ in oĩbus generibus, hoc est appropriatarum, vt sint proportionatę cõclusioni. Puta, in exemplo, si opus fuerit cognoscere stellas, hoc ẽ sciam Aftrologię, oꝑ prius cognoscere statũ motuũ stellarũ. & ppea ex eo, q̃ nouimus per intellectio nẽ & inspectionẽ motus stellarũ erraticarũ, poterimus inuenire demõnes super cognitione suorũ orbiũ. consimiliter in oĩ arte atq; oĩ scía, cuius ītellectio est necessaria. Si. n. adepti fuerimus cognitionẽ oĩum primorũ, & propõnum, quę inueniunt in hoc genere, tunc facile poterimus inuenire demõnes super oĩbus rebus q̃stitis in

I hoc genere, & cognoscemus ẽt de quo afferri põt demõstratio in hoc genere, & de quo nõ põt. Sed iam diximus vſr, quomodo oporteat acquirere syllos ac propositiones. Sermo autem expositiuus & appropriatus vnicuique quæsitorum generi dicetur in libro Dialecticæ.

Procedẽti hac via in q̃cunq; q̃sito, sine méde sunt propõnes cuicunq; ghi appropriatę secundũ diuersitates ipsorũ q̃sitorum.

QVõd aũt diuisio per genera, parua quędam particula est dictæ methodi, facile est cõspicere. est. n. diuisio velut imbecillis syllus. qđ. n. oportet monstrare, petitur: ratiocinamur autẽ semper aliquid superiorum. Primũ vero ipsum hoc latuerat oẽs vtentes ipsa, & persuadere conabantur, q̃ esset impossibile de substantia demõnẽ fieri, & eo qđ est quid. quare neq; q̃ cõtingit al. quid. L ratiocinari diuidentes intellexe re, neq; q̃ sic contingebat, quẽadmodũ diximus. In demõnibus itaq; qñ opus sit aliquid ratiocinari ineſſe, oportet mediũ, p qđ fit syllus, & minus semper esse, & non vñus prima extremitatum. diuisio aũt contrariũ vult: ipsum nanq; vñe accipit medium. Sit. n. animal, in quo A: mortale, in quo B: & immortale, in quo C: hõ autem, cuius rõnem oportet accipere, in quo D. oẽ igitur animal accipit aut mortale aut immortale. hoc au M tem est, quodcunq; sit A, omne esse aut B, aut C. rursus hominẽ semper diuidens, ponit animal esse: quare de D accipit A ineſſe. syllus itaque est, q̃ D aut B, aut C omne est: quare hominẽ aut mortalem, aut immortalem necessarium esse: animal mortale autem nõ necessarium esse, sed petitur. hoc autem est, quod oportebat ratiocinari.

Rursus

2 B.Mortale. A.Aaimal. D.Homo. D
C.Immortale.



Syll. dimi. minus.

Rurſus ponens A quidem animal mortale, in quo autem B pedes habens, in quo vero C ſine pedibus, hominem autem D, conſimiliter accipit aut in B eſſe, aut in C. omne enim aſal mortale aut cum pedibus, aut ſine pedibus eſt: A vero de D, hominem nanque animal mortale eſſe accepit: quare cum pedibus aut ſine pedibus E animal neceſſe eſt hominem eſſe: cum pedibus autem nō neceſſe, B ſed accipit, ſed hoc erat, quod oportebat iterum monſtrare.

B.Pedes habens.
C.Pedibus carẽs. A.Aſal mortale. D.Homo.



Syll. vt ſu pra.

C Hoc igitur modo ſemper diuidentibus accidit quidē ipſis vt medium accipere: de quo autē oportebat monſtrare & dīras extrema: ad finē aūt, quod hoc eſt hō, vel quodcunq; ſit quæſitū, nihil dicunt planum, vt neceſſarium ſit. etenim aliā viā faciunt omnem, neq; cōtingentes abundantias exiſtimantes. Manifeſtū ēt, ꝙ neq; deſtruere licet hac methodo, neq; de accidēte aut proprio ratiocinari, neq; de genere, neq; in quibus ignoratur, vtrū ſic, aut ſic ſe habet. Vt an ne diameter incōmēſurabilis? ſi enim acceperit, ꝙ oſs longitudo aut commenſurabilis aut incōmenſurabilis: diameter aūt eſt longitudo: ratiocinatum eſt, ꝙ incōmenſurabilis aut cōmenſurabilis eſt diameter. ſi aūt ſumeſ, qđ incōmenſurabilis, quod oportebat ratiocinari acceptū eſt. nō ē igit monſtrare. via.n.hęc: ꝙ hās aūt nō eſt monſtrare. incōmenſurabile, aut commenſurabile in quo A, longitudo B, diameter C, F

Cōmen-



Syll. affirmatiuus, quãdo fit affirmatiuus posita vno oppositorũ, destruit reliquum. nã fieri non potest syllus diuisiuus priuatiuus, ait Alex.

Planum igitur, & neq; ad omnem consyderationem cõuenit inquisitionis modus, neque in quibus maxime videtur dicere, in his est vtilis. Ex quibus igit demonstrationes fiunt, & quo, & ad quæ alia inspiciendum sit vnumquodq; problema, manifestum ex dictis.

De Diuisione, & eius syllogismo. Cap. 3.

Via diuisiua, qua peccat Plato, parua pars est dictæ speculationis.

DIxit. Via autem diuisionis est parua pars istius modi speculationis: quoniam ipsa consyderat copiam propositionum, quæ sunt ex differentijs consequentibus. Causa autem, quare est pars parua, est, quoniam diuisio est velut infirmus syllogismus, & non syllogismus verus. quicunq; enim ratiocinatur per viã diuisionis, ponit id, super quo oportebat afferre demonstrationem per syllogismum, & semper ponit aliquid, quod exit propositiones, & nõ comprehenditur in ipsis: & hoc per variationem eius, super quo est intentio in syllogismo.

Error Antiquorum duplex.

Dixit. Antiqui autem existimauerunt de via diuisionis, quòd est syllogismus: quoniã per ipsam cognoscimus definitiones rerũ. Sed error ipsorum de via demõstrationis fuit duplex. vnus, quia existimauerunt, quòd definitio ostenditur per demonstrationem: alter quoniam arbitrati sunt viã diuisionis esse syllogismũ. quapropter ignorarunt quod possit sciri per demonstrationem, & qd non possit sciri. quod enim ostenditur per syllogismum, monstratur vtiq; per syllogismos, de quib⁹ mentionem fecimus. Quòd igitur diuisio non sit vere syllogismus, planũ: eo quòd terminus medius in syllogismo semper est particularior priori extremo, & prius extremũ, quod est prædicatum quæsiti comprehendit amplius quàm ipsum. in diuisione autem reseconuerso se habet, hoc est, quòd terminus medius est vniuersalior maiore extremitate, quæ est prædicatum quæsiti. Puta, in exemplo si ignorauerimus an homo sit mortalis, vel immortalis: & cognouerimus binas propositiones: quarum vna est, quòd homo est animal, & altera, quòd animal aut ẽ mortale, aut immortale: cùm itaq; monstrare voluerimus vnam istarum duarum propositionum, quòd

Quod diuisio non sit syllogismus.

L

M

A quòd homo aut eſt animal mortale, aut immortale, hoc eſt vnum ex binis iſtis oppoſitis, vt ex hoc per ficiamus definitionem: & eſt, quòd eſt animal mortale aut non mortale. & complicemus orationẽ hunc in modum, homo eſt animal, & animal aut mortale aut immortale: ſequitur autem ex binis iſtis propoſitionibus, quòd homo aut eſt mortale, aut immortale, noñ autem quòd ſit vnum iſtorum perfectè, quod erat quæſitum niſi fortaſſe exiterit per ſe manifeſtum, aut notum per aliquem ſyllogiſmũ
B ex ſupra relatis. Medius igitur terminus in hoc ſyllogiſmo, qui eſt animal, eſt communior quæſito: quod eſt mortale aut immortale. Conſimiliter ſi fuerit notum apud nos, quòd homo eſt animal mortale: & quod mortale aut eſt bipes aut multipes: & voluerimus monſtrare, vtrum iſtorum fuerit homo, non inuenietur aliquo modo vtilitas hęc in via diuiſionis. Quare diuiſio non eſt ſyllogiſmus aliquo pacto, non in quæſito ſimpliciter, vt ſi res ſit, aut non ſit, neque in quæſito rei coaptatæ, quemadmodum
C ſi quæſitum fuerit, an res ſit accidens, vel genus, vel proprium, vel definitio: attamen eſt vtilis in ſyllogiſmo. Sed iam dictum fuit, per quid poſſidebimus ſyllogiſmos, & quomodo ipſos poſſidebimus, & ſuper qua re opus eſt cõſyderare in omni ſpecie quæſitorum.

SECTVM TERTIVM.
De Syllogiſmorum reſolutione.

Quo pacto ſyllogiſtice omnes rationes in aliquam prædictarum figurarum ſint reducendæ. Cap. 1.

D



Vomodo aũt reducemus ſyllos in prædictas figuras, eẽt vtiq; poſt hæc dicendũ. reliquum enim iſtud adhuc ex cõſyderatione. Si enim ſyllogiſmorum generationẽ ſpecularemur: & inueniendi poteſtatem habe
E remus: amplius aũt factos reſolueremus in ꝓdictas figuras, finẽ habere poſſet, quod à principio propoſitũ. Accidet autẽ ſimul et prius dicta cõfirmari, & planiora eſſe, q̃ ita ſe habẽt, per ea, quę nunc dicentẽ. oportet enim verũ oẽ ipſum ſibi ipſi cõfeſſum vndecunq; eſſe. Primũ igit̃ tentare oportet duas ẽ ſyllo propoſitiones excerpere. facilius nanq; maiora, quam minora diuidere: maiora aũt ſunt cõpoſita, quam
F ex quibus. Poſtea conſyderare, vtra in toto, & vtra in parte. & ſi nõ ſint ambæ acceptæ, ipſum ponẽtem alterã. plerunq; nanq; vſum proponẽtes, qđ eſt in hac, non accipiũt, neque ſcribentes, neq; interrogãtes. aut has quidẽ proponũt: per quas vero hæc cõcluduntur, prætermittunt: alia autem fruſtra interrogant.

De deceptione petitionis neceſſarię, ſed nõ ſyllogiſtice cõſequentis

Conſyderãdum itaq; ſi quid ſuperfluum acceptum eſt, & qđ ex neceſſarijs ꝓtermiſſum fuit: & hoc

G & hoc quidē ponendū, illud vero auferendū, quousq; ad duas propōnes quispiam deuenerit. absq; enim his non est reducere sic interrogatas rōnes. Quarundam igit facile defectū conspicere: quædā aūt latēt, & videntur ratiocinari, eo q; necessariū aliquid accidit ex positis. Veluti si K acceptū fuerit, nō substātia sublata, nō auferri substantiā: sublatis aūt, ex quibus est, & quod ex his, corrūpi. his enī positis necessariū est substātiæ partē substantiā esse: non tñ per accepta rōcinatū est, sed desunt propōnes.



Rō dicta tantū ad hūc reducit syllm, multis intercīsis, vt dictū ē ppōnib⁹.

L

H

Rursus si homine existente, necesse aīal esse: & animal substantiam: hoīe existente, necesse substantiā esse. verum nondum ratiocinatum est. non enim se habent propositiones, vt diximus.

Et hæc præcedēs rō reducit ad hūc syllogismū, vel sillm.

M

I

In plus est necessariū q̄ syll̄s.

Decipimur aūt in talibus, eo q; ex positis necessariū aliquid accidit, qm̄ & syll̄s necessarium est: in plus aūt necessariū, q̄ syllogismus. syll̄s enim omnis necessariū, necessariū vero non oē syll̄s. Quare non si quid accidit positis quibusdam, tentandum statim reducere: sed primo accipiendæ duæ ppōnes, deinde sic diuidendū in terminos. medius aūt ponendus terminus, qui in vtrisq; ppōnibus dicit. necesse enim medium esse in vtrisq; in oībus figuris. Si itaq; prædicet, ac subñciatur mediū: aut ipsum quidē

A quidem prædicetur, aliud autē ab illo negeť: prima erit figura. ꝙ ſi & prædiceť, & negetur ab aliquo, media. ſin aũt alia de illo prædicenť: aut hoc negeť, illud prædiceť, vltima. Conſiſt & ſi non vſt ſint propoſitiones: eadē nāq; medꝝ determinatio. Planū itaq;, qm̄ in qua rōne non dicit idem plerunq;, ꝙ non ſit ſyllſ: nō enim acceptū fuit medium. Qm̄ aũt habemus quale problematum in vnaquaq; concludit figura, & in qua vſt, & in quali B quod in parte: manifeſtū, ꝙ nō in omnes figuras perſpiciendū, ſed in propriam cuiuſq; problematis. quæcunq; vero in pluribus concluduntur, medꝝ poſitione cognoſcemus figuram.

De deceptione iuxta ſimilitudinē poſitionis terminorum.

Plerunq; igitur decipi accidit circa ſyllſos propter neceſſariū, quēadmodum dictū eſt prius. aliquando aũt iuxta ſimilitudinem poſitiōis terminorū, quod non oportet latere nos. Veluti ſi A de B dicit, & B de C. videri enī poſſet ita ſe habētibus terminis eſſe ſyllſ: non ſit aũt neq; neceſſariū quippiā, neq; ſyllogiſmus: Sit nāq; in quo A ſemper eſſe, in quo B ſtelligibilis Ariſtomenes, in quo C Ariſtomenes. verum itaq; A ipſi B ineſſe, ſemper enim eſt ſtelligibilis Ariſtomenes: ſed & B ipſi C, Ariſtomenes nanq; ē intelligibilis Ariſtomenes: A vero ipſi C non ineſt, corruptibilis enim eſt Ariſtomenes. Nam nō efficiebatur ſyllſ ita ſe habentibus terminis, ſed oportebat vſt A B propoſitionē acceptā fuiſſe. hoc aũt falſum', exiſtimare oēm intelligibilem Ariſtomenē ſemper eſſe, cum ſit corruptibilis Ariſtomenes. D E

C F

Syllſus his nō cōcludit, ob defectū ꝓpōnis vlis.

Rurſus ſit in quo C Miccalus, in quo B muſicꝰ Miccalus, in quo A corrūpi cras. verum igitur B prædicari de C, nam Miccalus eſt muſicus Miccalus: ſed & A de B, corrumpi enim poſſet cras muſicus Miccalus: A vero de C falſum. Hoc igitur idē eſt ei quod prius. non enim verum vſt, Miccalus muſicus, ꝙ corrumpitur cras, hoc autem non ſumpto, non erat ſyllogiſmus.

Corrūpi



Et hic non concludit eadem de cauſa.

Hæc itaq; deceptio fit eo, quod penè. tanquam enim nihil differat dicere, hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe, concedimus.

Fallacia, cũ termini diuerſimode in propoſitionibus aſſumũtur.

Cæterum plerunq; mentiri accidet iuxta id quod non bene exponuntur termini, qui ſunt ſecundum propoſitionẽ. Vt ſi A ſit ſanitas, in quo B morbus, in quo vero C homo. verum enim dicere, q; A nulli B contingit ineſſe, nulli nanq; morbo ſanitas ineſt: & rurſus, q; B omni C ineſt, omnis enim homo ſuſceptiuus eſt morbi: videri poſſet accidere nulli homini contingere ſanitatem ineſſe.

Hæc cõſequatio non concludit. nã terminus aſſumptus in abſtracto, minor eſt falſa: in concreto vẽo, maior: ſi diuerſimode, error ẽ in terminorũ expoſitione, & ſyllogiſmus eſt in quatuor terminis.



Huius autem cauſa, non bene expoſitos fuiſſe terminos ſecundum dictionem. quoniam ſi tranſumantur, qui ſunt ſecundum habitudines, non erit ſyllogiſmus. vt pro ſanitate ſi poſitum fuerit ſanum, pro morbo autem morbidum. non enim verum, q; non contingit morbido ſanum ineſſe. hoc autem non accepto, non fit ſyllogiſmus, niſi eius quod eſt contingere. hoc vero nõ impoſſibile: contingit enim nulli homini ineſſe ſanitatem.

Sanum.

A

Hæc cõtingatio concludit, qa termini cõs ſunt in cõcreto.

Rurſus in media figura conſimiliter erit falſum. ſanitatẽ nanq; morbo nulli: homini vero omni contingit ineſſe: quare nulli homini ægritudinem.

B



Hæc cõtingatio idẽ probat, qđ & prima.

In tertia aſit figura ſecundum contingere accidit falſum. nanq; & ſanitatem & morbum, & ſcientiam & ignorãtiam, & omnino contraria eidem contingit ineſſe: ſibi autem inuicem impoſſibile. hoc autem diſſonum à prædictis. quando enim eidem contingerent plura ineſſe, contingebant & ſibi inuicem.

C



In abſtracto ẽ falſũ, in cõcreto non ita.

D Planſi igitur, quòd in omnibus his deceptio fit iuxta terminorū expoſitionē. ſi enim tranſumpti fuerint, qui ſunt ſecundum habitudines, nullum effici tur falſum. Manifeſtū igitur, ꝙ ſecundum tales propoſitiones, ſemper quod ſecundū habitudinem pro habitudine tranſumendum, & ponendum terminum.

Nō ſemp terminos ſcire, ſed interdum orone expoſendos eſſe.

Non oportet aūt ſemper quæ rere, vt terminos nomine expenamus. plerunq; enim erunt orationes, quibus nō eſt poſitū E nomē. quapropter difficile ē re- pucere tales ſyllogiſmos. Aliquā do autem & décipi accidet ob talem inquiſitionem, vt ꝙ immediatorūm eſt ſyllogiſmus. Sit A duo recti, I quo B triangulus, in quo C æquicrus. ipſi itaq; C ineſt A per B: ipſi vero B nō amplius per aliud, per ſe nāq; triangulus habet duos rectos: quare nō erit medium ipſius A B, cùm ſit inde monſtrabile. manifeſtū enim ꝙ medium nō ita ſemper accipiendum, vt hoc aliquid, verum alicuādo & orationem: quod accidit & in eo quod diximus. G



Hæc obligatio ſmotori termino oratione vtitur.

Nō ſemp in recto aſſumendos eſſe terminos.

Quòd autem inſit primum medio, & hoc extremo, nō oportet accipere tanquam quæ ſemper de ſe inuicem prædicentur: aut ſimiliter primum de medio, & hoc de vltimo (& in eo autem quod F eſt non ineſſe, conſimiliter) ſed quoc modis eſſe dicitur, & verum dicere ipſum hoc tot modis exiſtimare oportet ſignificare & ineſſe, & non ineſſe. veluti quod contrariorum eſt vna ſcientia. Sit enim A vnam eſſe ſcientiam, cōtraria inter ſe in quo B. A itaq; ipſi B ineſt, non tanquam contraria vnam eſſe ipſorum ſcientiam: ſed ꝙ verum de ipſis dicere, vnam eſſe ipſorum ſcientiam.

Ex his terminis, ſic ſuppoſitis, pdicatum obligati.

A. Vna ſcientia.——————B. Contraria.

Accidit autem quandoque in medio primum dici, medium vero in tertio non dici. Quemadmodum ſi ſapiētia eſt ſcientia: boni autem eſt ſapientia: ſcientia.



A

Hæc cõiugatio minoré hãt ſ obliquo.

Qñq; vero mediũ in tertio dr̃,primum aũt in medio non dicit̃. Quẽadmodum,ſi oĩs qualis eſt ſcĩa, vel cõtrarĩ:bonum aũt & cõtrarium,& quale:concluſio,q; boni eſt ſcientia. non eſt autem bonum ſcientia,neq; quale,neq; contrarium,ſed bonum hæc.

B

Hæc cõiugatio maioré hãt in obliquo.

Eſt autem qñ neq; primũ de medio,neq; hoc de tertio:cũm primum de tertio aliqñ dicatur,aliqñ non dicatur. Veluti,ſi cuius eſt ſcĩa huius eſt genus:boni aũt eſt ſcientia:cõcluſio, q; boni ẽ gen⁹. prædicatur,aũt nullũ de nullo.Si vero cuius eſt ſcĩa, gen⁹ eſt hoc: boni aũt eſt ſcientia: concluſio, q; bonum eſt genus. de extremo igitur prædicatur primum,de ſe inuicem aũt non dicuntur.

C

Harũ cõiugationũ vna habet oĩa in obliquo:alterã pro,dnes tantum.

D Eodem itaq; modo & in nō ineſſe accipiendū. non enim ſemp̃ ſignificat non ineſſe hoc huic, non eſſe hoc hoc: ſed aliqñ non eſſe hoc huius, aut hoc huic. Quēadmodū, q̃ non eſt motionis motio, vel generationis generatio: voluptatis aūt eſt: non igit̃ voluptas generatio. Aut rurſus, q̃ ipſius riſus nō eſt ſignū: ſed ſigni non eſt ſignū: quare riſus non eſt ſignum. Conſiſt & in alīs, in quotcunq; tollitur problema, eo q̃ ad ipſum quodammodo dicitur genus.



E Hæ coniugationes cõcludunt negatiue ex ꝓpõnibus i obliquo.

Rurſus, q̃ tempora non ſunt tempus opportunum. Deo enim ſunt tempora: nō autem eſt tempus opportunum: eo q̃ nihil Deo vtile, terminos nãq; ponendum, tempora, & tempus opportunū, & Deum: propoſitionem vero accipiendum ſm nominis caſum.



Hæc cõiugatio concludit ſecunda figura ex ꝓpõnibus i obliquo.

F

Simpliciter enim dicim⁹ hoc de omnib⁹, q̃ terminos ſemper ponendum ſm vocationes nominū, vt homo, aut bonum, aut contraria: nō hominis, aut boni, aut contrariorū. propoſitiones aūt accipiendum ſm vniuſcuiuſq; caſus, vel enim quoniã huic, vt ęquale: aut qm̃ huius, vt duplū: aut qm̃ hoc, vt verberans, aut videns: vel qm̃ hic, vt homo, aſal: vel ſi aliquo modo aliter cadit nomẽ ſm propõnẽ. Ineſſe aūt hoc huic, & verificari hoc de hoc, tot modis accipiendum, quot modis prædicamẽta diſtincta

*alīs, declinationes.

G

distincta sunt. & hæc, aut quo, aut simpſr. amplius simplicia, aut cõplicita. Consist aũt & nõ inesse. Verum consyderandum hæc, ac distinguendum melius.

Præcepta circa reduplicatiuã particulã.

Reduplicatum autem in propositionibus ad primum extremum ponendum, nõ ad mediũ. Dico autem, quoniam si fieret syllogismus, cp iustitiæ est scientia, quoniam bonum, hoc, quod est, quoniam bonũ, vel inquantum bonum, ad primum ponendum. Sit enim A scientia, quoniam bonum: in quo B bonum: in quo C iustitia. A itaq; verũ de B prædicare, boni enim est scientia, quoniam bonum: sed & B de C, iustitia enim quod bonum: ita igitur fit resolutio,



B Hic ẽ syll. cõcludẽs q̃a terminus reduplicatus positus est ad maiorẽ extremitatem.

Si vero ad B positum fuisset hoc, quod est, qm̃ bonum, nõ erit. A nanq; de B verum erit: B autem de C non verum. bonum enim, qm̃ bonum, prædicare de iustitia falsum, & non intelligibile,



C Hic syllus nõ concludit: q̃a minor est falsa, & intelligibilis.

Construas hos, vt & alios duos

Similiter itaq; & si sanabile demonstratret, cp est scibile, inquantum bonum: aut hirco ceruus opinabile, inquantum non ens: aut homo corruptibile, inquantum sensibile. in omnibus enim super prædicatis ad extremum reduplicationem ponendum.

*Non est autem eadem terminorum positio, quãdo simpliciter aliquid ratiocinatum fuerit, & qm̃ hoc aliquid, aut quo, aut qũo,

*Documẽtũ qñ accidẽtia sunt terminis inſr simpſr, & qñ cũ addatione.

¶ Dico aũt, quẽadmodum qñ bonũ ſcibile monſtratũ fuerit, & qñ ſcibile quid, qm̃ bonũ. verum ſi ſimpliciter ſcibile monſtratum fuerit, mediũ ponendũ ens: ſin aũt qm̃ bonũ hoc quod eſt, aliquod ens. Sit enim A ſcſa, qm̃ ens aliquod: ſ quo B ens aliqđ: in quo C bonũ. verũ itaq; A de B p̃dicare erat. n. ſcſa alicuius entis, qm̃ aliqđ ens. ſed & B de C: qđ enim in quo C ens aliqđ. quare & A de C: erit igit̃ ſcſa boni, qm̃ bonũ. nãq; aliquod ens erat, ppriæ ſubſtãtiæ ſignũ.



H Syllus hic accipit medĩ & maius extremum cõtracta, ſeu in parte.

Si vero ens medium poſitum fuiſſe, & ad extremũ eius ſimpliciter, & non dictum eſſet, aliquod ens, non eſſet vtiq; ſyllo, q; eſt ſcientia boni. qm̃ bonum: ſed qm̃ ens. Vt in quo A ſcientia quoniã ens: in quo B ens: in quo C bonum. Manifeſtum igitur, quod in ſyllogiſmis qui in parte, ita accipiendi ſunt termini.



I Syllus hic accipit terminos abſolutos.

Oſo tranſumenda ſint nomina, & oſones.

Oportet aũt & tranſumere quæ idem poſſunt, nomina pro nominibus, & orationes pro orationib⁹, & nomẽ & orationẽ, & ſemp pro oratione nomẽ accipere. facilior nãq; terminorum expoſitio. Quẽadmodũ ſi nihil differat dicere, ſuſpicabile non eſſe gen⁹ opinabilis, aũt opinabile nõ eſſe qđ ſuſpicabile qđ: idẽ enim ſignifi catũ: pro dicta oratione ſuſpicabile, & opinabile termini ponẽdi.

Qm̃

Qñ vero nõ est idẽ, voluptatẽ esse bonũ, & voluptatẽ eẽ ipsum bonũ, non fuit ponendi termini. sed si est fyllo, q̃ voluptas ipsum bonum, ipsum bonum. sin aũt q̃ bonũ, bonum. Consitit & in alijs.

A

Hoc puto posse patere ex his quæ ad artículos apũd Gręcos: nos assumimus ipsum p̃ nouicio.

Ipsum bonũ. Quod oĉs apperunt.
Bonum. Opatio sm naturã. Voluptas.

Non est aũt idẽ neq̃ esse, neq̃ dicere, quod cui B ineſt. huic of A ineſt: & dicere, cui of B ineſt, & A of ineſt. nihil enim ꝓhibet B ipſi C ineſſe, nõ omni aũt. Vt ſit B honeſtũ quid, C vero albũ. Si igit albo alicui ineſt honeſtũ quid, verũ dicere q̃ albo ineſt honeſtum: ſed nõ of fortaſſe. Si itaq̃ A ineſt ipſi B, non of aũt de quo B: neq̃ ſi B of C, neq̃ ſi ſolũ ineſt, neceſſe A nõ q̃ non omni, ſed neq̃ ineſſe.

B

Præcepti, qđ propõnes implicięq̃ ſunt ſ vno dicto, quo pacto cognoſcere debeamus, an ex eis effici poſſit ſyllogiſmus ne.

A.Sapiens. B.Honeſtum. Mulier. C. Album.

Sylli non cõcludit: qa nõ habet maiorem vlem

C

Sin autem de quocunq̃ B vere dicatur, huic omni ineſt A, accidet A, de quo omni B dicitur, de hoc omni dici.

Animal. Rationale. Homo.
A. B. C.



Hic ſyllus concludit de of, quia amb as habet vlem.

G Si tamen A dicit de quo vtiq; B dicatur de omni, nihil prohibet B ineſſe ipſi C, non omni autem ipſum A, aut omnino nō ineſſe. In tribus itaq; terminis, vi delicet d quo B omni A dici, hoc eſt, de quotcunq; B dicitur, de omnibus dici & A: & ſi B de omni, & A itidē. ſi vero non de omni, non neceſſe A de omni.

Obiectiōnis ſolutio circa exēplorū vſū.

Non oportet aūt exiſtimare penes id quod exponim⁹, aliqd accidere abſurdum. nihil enim vtimur eo, quod eſt hoc aliquid H eſſe: ſed quēadmodum Geometra pedalem, & rectam hanc, & ſine latitudine dicit, q̄ non ſunt. verum non ſic vtitur, tanq; ex his ratiocinans. Omnino enim quod nō eſt, vt totū ad partem, & aliud ad hoc, vt pars ad totū ex nullo taliū mōſtrat ipſe mon ſtrans, neq; fit ſyllogiſm⁹. Expoſitione vero ſic vtimur, quēadmodum & ſenſatione ad diſcentem dicētes. non enim ſic, tanq; ſine hoc demonſtrari nō poſſit, quēadmodū ex quibus ſyllb. K

Cōplicandas frequēt et figuras, vt problemata expoſtulant.

Non latet aūt nos, q̄ in eodē ſyllb non oēs concluſiones per vnam figuram ſunt: verum hæc per hanc, illa vero per aliam. Plānum igitur, q̄ reſolutiones ita faciendum. Qm autē non oē problema i omni figura, ſed in vnaquaq; ordinate, manifeſtū ex cōcluſione, in qua figura quærēdū.

Et ex rationibus, quæ ſunt ad definitionē, quæcūq; ad vnū aliquid redarguunt eorum, quę ſunt in definitione, ad quod redarguetum eſt, ponendum termi num, & non totam rationē. accidet enim minus conturbari pro pter longitudinem. quemadmodum ſi aquam monſtrauit, qm humidum potabile: potabile, & aquam terminos ponendum.

Defiónis pars, nō tota ſępiꝰ redarguēda. L

Exępla ponunt non vt ita ſint, ſed vt ſentiant addiſcentes.



M

I, Syllus hſe dſtruit definitionis partē tm, non totā.

Quid agēdū i ſyllis ex ſuppoſitione.

Amplius aūt ex ſuppoſitione ſyllbs non tentādum reducere. nō enim eſt ex poſitis reducere. nanq; nō ſunt oſtenſi per ſyllm. ſed per cōpoſitionē cōfeſti oēs. Quemadmodū ſi ſupponens, ſt vna quædam potentia nō ſit cōtrariorū, neq; ſcientiā vnā eſſe: poſtea diſputatum ſit, q̄ nō eſt vna potentia contrariorū, vt ſi ſanabilis & ęgrotabilis: ſimul. n. idē erit ſanabile & ægrotabile.

Pro

A

Prosyllogismus. Syllogismus. D

Eiusdē effectiuum. Vna potentia. Contraria.

Al.non.

Conclusio mōstrata p pro syllogismū: & syllm, q̄ alis est syllſi conditionalis.





Vna potentia. Sanabile & ægrotabile.

Sanabile & ægrotabile.

B

De syllis p impoſſe cōcludūtib⁹.

Quòd itaq; non est vna omnium contrariorū potentia, & monſtratum est: ꝙ autē ſcientia non est, non fuit monſtratum. atqui cōfiteri neceſſariū. ſed nō ex ſyllb: verū ex ſuppoſitione. hanc igitur non est reducere: ꝙ autem non vna eſt potentia. *ſic enim fortaſſe & ſyllogiſmus eſſet, illud vero ſuppoſitio.

a.1.hic.

Conſimiliter autem & in ñs, qui per impoſſibile cōcludunt. neq; enim hos reſoluere, ſed ad impoſſibile abductionē eſt. ſyllogiſmo nanq; monſtratur alterum vero non eſt, ex ſuppoſitione enim concludit. Differunt autem à prædictis: qm̄ in illis quidem oportet præconfiteri, ſi debet aſſentiri, quemadmodum ſi mōſtrata fuerit vna cōtrariorū potentia, & ſcientiā eandē eſſe. hic aūt & non præconfeſſi concedunt, eò ꝙ manifeſtum eſt falſum. veluti ſi poſita fuerit, diameter commenſurabilis, imparia æqua eſſe paribꝰ. Multi vero & alij concluduntur ex ſuppoſitione, quos oportet conſyderare, & notare pure. Quæ igitur ſint horum differentiæ, & quot modis ſit quod eſt ex ſuppoſitione, poſtea dicemus: nunc autem tantum fit nobis manifeſtum, ꝙ non eſt reſoluere tales ſyllogiſmos in figuras: & ob quam cauſam, diximus.

C

E

PARS TERTIA.

De Syllogiſmorum reſolutione.

F

De reductione Orationum male contextarum ad prædictas figuras. Cap. 1.

DIxit. Iam vero nobis reliquū eſt poſt hoc, vt dicamus, quō poſſimus reducere ſyllos, qui fiūt in libris & enunciationibus ad iſtas figuras: qm̄ non fiūt in libris & enūciationibus ſm eam viā: de qua feci mus mentionē. Hæc enim eſt intentio tertia, quæ reſtat nobis conſyderanda in re ſyllogiſtica. ppea ꝙ cū ſciuerimus ſpēs ſyllorum, & habue-

rimus potentiam faciendi eos, & potentiam reducendi oēs illos, qui ceciderint in sermone aut enūciatione ad figuras, de quibus mentionē fecimus, perfectū erit desyderiū nostrū primū de cognitione syllōgi cum eo, quod accidet nobis ex eo, quod dicitur de resolutione syllōgi ad figuras, de q̄bus mentionē fecim⁹. Quodq; sequetur cōfirmatio veritatis eius, quod diximus, omnē videlicet syllogismum esse p̄ vnam trium figurarum prædictarum. qm̄ cum inuenerimus oēs syllos, qui fiunt in libris & enūciationibus redire ad istas figuras, H
ifā affecuti erimus p̄ viam inductionis, q̄ istæ figuræ sunt fundamenta omnium syllorū, & hoc est declaratio eius, super quo consistit demfatio: hoc est, vt sint veræ quocunq; modo inquirantur, & consentientes ex omni latere. Qm̄ veritas, vt inquit Arist⁹ attestatur sibi ipsi, & consentit ex oī latere: & vult p̄ hoc, q̄ modus modo attestetur. Primū, ergo, quod oportet facere in resolutione syllorū ad istas figuras est, vt sōlicitū simus ad inuenīendas binas ꝓpōnes I hoc sermone syllogisticō: qm̄ duæ ꝓpōnes sunt partes magnę syllogismi. Diuisio aūt rei in partes suas magnas facilior ē diuisione in partes suas paruas. Amplius post hoc, oportet vt sciam⁹ qualis sit maior ꝓpō, & qualis sit minor. hoc autem planum ex duabus extremitatibus quæsiti. & an plane dictæ fuerint simul in hoc sermone syllogistico, an vna ex ipsis. & si plane vna fuerit dicta, & vna silentio prætermissa, quæ ex ipsis taceatur & omittatur, an maior, an minor: qm̄ plerunq; accidit in sermone cōsequente, vt exprimatur maior, & omittat⁹ minor: & plerūq; contrā, vt ponantur in syllo propositiones inutiles & ad constructionē conclusionis & ad destructionē eiusdem. & hoc, aut ad elongationem, aut coaptationē, aut ad aliquem alium modū ex ijs, qui connumerati fuere in Octauo Dialecticæ. Et propterea oportet, vt inuestigemus an accepta fuerit in hoc sermone syllogistico ꝓpō superflua, aut deficiat ꝓpō necessaria, vt relinquatur superfluū & ponatur diminutum: quoniā inueniantur binæ ꝓpōnes, ex quibus componitur syllogismus. quoniā nisi inuenerimus binas propositiones, non conueniet L
reducere sermonem syllogisticū ad vnam figurarum præcedentium.

Veritas attestat sibimet idem 1. Ethic. & 3. de Aia com. 5.

Nota ab hoc loco cœpta ob seruanda ad resoluēdū syllos.

Orationum aūt syllogisticarum, aliæ sunt, in quibus additamenta ac deficientia facile percipimus, alię vero in quib⁹ difficile. & aliæ sunt, quę existimant esse syllogismi aliqui, eo q̄ ex ipsis sequitur aliquid ex necessitate, non tn̄ sunt syllogismi. qm̄ non omne illud, quod sequit⁹ ex aliquo consequentia necessaria, est syllogism⁹: sed illud, quod sequitur ex necessitate ex bins propositionibus, quarū proportio vnius ad alterā est M
ꝓportio totius ad partem, est syllo. Exemplū vero in quo deficit, & cū difficultate scit⁹, quod deficit, est sermo p̄dictus ad concludendū, q̄ partes substantiæ sunt substātia. propterea q̄, cum destruit⁹ non substantia, non destruit⁹ substantia: & cùm destruunt⁹ partes substantiæ, destruit⁹ substantia. hæc enim conclusio sequit⁹ ex hoc sermone sed deficit maior, q̄ est, q̄ id, quo destructo destruitur substantia, est substantia. hęc autem propositio sequitur ex ꝓpōne expressa in hoc sermone, qui est,

Nota aliquas esse orationes syllogisticas in q̄b⁹ facile cognoscitur ō desunt vel superfluunt, aliquę ī q̄b⁹ difficile.

quod

A qđ non est substantia, non destruit substantiã per destructionẽ suam. & hoc, qm̃ si verificata fuerit nobis hæc propositio, verificabitur & cõuersa suę est, q̃ contradictorię, quę est, q̃ destruens substantiã per destructionẽ suam, illud est substantia. cũ ergo adiunxerimus huic propõni minorẽ, quę est, q̃ partes substãtię destructione sua destruunt substãtiã, concluderetur nobis in prima figura q̃ partes substantiæ sunt substãtia.

Sed fieri ẽt potest, vt sermo iste B disponatur per aliã figuram, q̃ per istam. quẽadmodũ si dicamus, partes substantiæ destructione sua destruunt substantiã: qđ aũt est aliud à substantia non destruit destructione sua substantiã: & concluditur in secunda figura, q̃ partes substantię non sunt aliud à substantia. Amplius, complicemus huic, & id, qđ nõ est aliud à substantia est substantia: & concludet̃ q̃ partes substantię sunt substãtia. Exemplũ vero, in quo deficit aliqua propõnũ, & cognitio huius facilis existit, est qđ dicimus: si est hõ, est animal: & C si est animal, est substantia: igit̃ si est hõ est substantia: & hoc, qm̃ deficit in isto, ois hõ animal, & omne aſal substantia. Cã aũt isthus erroris est, ppea q̃ existimatur, q̃ id, qđ necessario sequit, sequat̃ consequẽtia syllogistica. Cũ igitur inuenerimus aliqđ, qđ ex aliquo sequatur, nõ est opus, vt existimemus syllm perfectum: nisi inuenerimus binas propositiones in ipso simul.

Cũ inuẽrẽ sunt duæ ppões in syllo, reſl uẽdæ sunt in tribꝰ terminos.

Cùmq; in hoc negocio inuenerimus binas propositiones, oportet vt adhuc diuidamus binas propõnes ad tres terminos, & cognoscamus illum esse mediũ terminum, qui sit terminus communicans cũ D duobus terminis, qui sunt extremitates quæsiti: ppea q̃ fieri non potest, vt sit aliquꝰ syllꝰ sine termino medio. Cùmq; inuenerimus terminum mediũ prædicatũ de minore & subiectũ maiori, aut prędicatũ de minore & negatũ à maiore, erit hoc ex figura prima. Sin aũt medius terminus prædicetur de vna ipsarũ & negetur ab altera, sm̃ modũ prędicari, non sm̃ modũ subiecti, erit hoc ex secunda figura. Si vero medius terminus subijciat̃ vtriq; extremitati, aut sm̃ viam affirmationiꝭ, aut ad vnã ipsarum sm̃ viã affirma E tionis, ad alterã vero sm̃ viam negationis, erit tertia figura. Qm̃ iam declaratum fuit. q̃ non est hic proportio q̃ta termini medij ad duas extremitates & duarum extremitatum sm̃ cursum naturalem prædicationis: siue fuerint ambę propõnes vłes, siue vna ipsarum vłis & altera particularis. Amplius, q̃ nõ accidit, vt maior sit particularis in figura prima, & secunda: qm̃ positio medij termini in hoc ẽ vna. Qđ cũ ita fuerit, planum q̃ in quocunq; sermone non inuenitur aliquid bis F positũ, q̃ inquam sermo iste nõ est syllꝰs. fi. n. in ipso nõ inueniat̃ vnus terminus bis, non erit ibi terminus medius. q̃ si ibi non extiterit terminus medius, non erit ibidem syllꝰ.

Non dart quarti figurã, vt & ſæpea plures.

Qm̃ autem declaratum fuit, q̃ non monstratur oẽ quæsitũ in omni figura: qđ q; ex ipsis aliqđ monstratur in vna figura, vt vłe affirmatiuum: aliquod vero ostenditur in duabus figuris, vt vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua: aliqđ autem monstratur in tribus figuris, vt negatiua particularis: manifestum

G niſeſtum ꝙ non eſt opus, vt quęratur quęſitū in quacunq; figura acciderit, ſed in figura ipſi appropriata. Omnis aũt quæſiti, qđ extiterit in pluribus figuris, vna cognoſcetur figura, in qua monſtratur p poſitionem medij termini ex duabus extremitatibus. Illius igitur, quod oſtenditur in figura appropriata, cognoſcemus figurā, in qua monſtratur, ex quæſito per ſe: quemadmodum ẽt cognoſcemus ipſam ex poſitione medij termini. illius vero, qđ monſtratur in duabus figuris, cùm inuenta fuerit poſitio medij termini, ſcremus vtq; poſitionem duarum extremitatum ẽm. & hęc ea ſunt, quæ conſtituere poſſumus ſuper figura ſylli in ſermone ſyllogiſtico ſcripto, aut dicto.

I Sed in prius dicto, si non medium ex eadem coordinatione, secundum vtrunq; mediorum ambas propositiones non accidit suspicari, vt A B quidem omni: C vero nulli: hæc autē vtraq; omni D. Accidit enim aut simpliciter, aut ad aliquid, contrariam accipi propositionem primam. Si enim cui omni inest B, existimat ipsum A inesse: B vero ipsi D nouit: & quòd ipsi D A nouit. quare si iterum cui C nulli, M existimat A inesse: cui B alicui inest, huic non existimat A inesse. Quod autem omni existimatur cui B, rursus alicui non existimare cui B, aut simpliciter, aut ad aliquid, cōtrarium est. sic igitur non contingit suspicari. Secundum vtrunq; vero vnam, aut secundū alterum ambas nihil prohibet. Vt A omni B: & B ipsi D: & rursus A nulli C.

*a.l. vtrūque.

A

Folio fluere.

D

A.



Per hos ſyl logiſmos oſtẽdit ſecundũ q̃s ꝓpões ſit fiat, & ſecundũ q̃s fiat ſuſpitionis deceptio.

Succus condenſatus.

Latifolium.

B

E

D.

Vitis.

Similis enim talis deceptio, & quemadmodum decipimur circa eas quæ in parte. Veluti ſi A ineſt omni B: B vero omni C: A omni C inerit. ſi itaq; quiſpiã nouit quòd A ineſt omni cui B, nouit & ꝙ tui C: ſed nil prohibet ignorare C, ꝙ eſt. Vt ſi A, duo recti: in quo autem B, triangulus: in quo vero C, ſenſibilis triangulus. ſuſpicari nanq; poſſet aliquis nõ eſſe C, ſciens quòd omnis triangulus habet duos rectos: quare ſimul noſcet, & ignorabit idem. Noſſe enim omnem triangulũ, ꝙ duobus rectis, non ſimplex eſt: ſed hoc quidem, eo quòd vniuerſalem habet ſcientiam, illud autem, eo quòd ſingularem. ſic igitur vt vniuerſali nouit C, quòd duo recti: vt autẽ ſingulari non nouit: quare non habebit contrarias.

c

F



Quo pacto ſciamꝰ aliquid in vñ. & ignorare in parte.

Similiter vero & ratio, quæ in Menone, ꝙ disciplina recordatio. nullibi nanq; accidit prius sciri quod singulare ē: sed simul cum inductione accipere scientiam, quæ ſm partem, tanq; recognoscentes: quædam enim fuit hito nouimus, quemadmodum ꝙ duobus rectis, ſi nouerimus, ꝙ triangulus. consimiliter autē & in alijs. Vniuersali igitur speculamur quæ in parte, propria vero nō nouimus. quare accidit & decipi circa ipsa, præterēq; ꝙ non contrarie, sed habere quidē vniuersalem, decipi vero ea quę secūdum partem. Consimiliter igitur & in prædictis. neq; enim contraria deceptio, quæ ſm medium, scientiæ, quæ ſm syllogisimum, neq; quæ ſm vtrunq; mediorum suspitio. Nihil enim prohibet scientem, & ꝙ A toti B inest, & rursus hoc ipsi C, existimare A non ineſſe C. vt quòd omnis mula sterilis, & ipsa mula, existimare prægnantem hanc esse. nō enim scit, ꝙ A ipsi C, non simul speculans assumptum, quod secundum vtrunq;.



Quo pacto scias secundū medium non fieri contrariā scientiæ per syllogismum, cū nō applicentur mai or terminus minori.

Quare planum, quòd etsi hoc quidem nouit, illud vero non nouit, decipietur: quod habent vniuersales ad scientias quæ secundum partem. nullum enim sensibilium extra sensum existēs nouimus, neque ſi sentientes scimus: nisi vt vniuersale, & eo quod est habere propriam scientiam: sed non vt agere. Scire nanq; trifariam dicitur, vel vt vniuersali, vel vt propria, vel vt agere: & ire & decipi tot modis. Nihil igitur prohibet & nosse, & deceptū esse circa idem, præterquam quòd non contrarie: quod accidit & secundū vtrāq; cognoscenti propositionem, & non consyderanti prius. suspicans enim mulam prægnàntem esse, non habet scientiam secundum agere: neque iterum ob suspitionem, contrariam deceptionem scientiæ: syllogismus enim contraria deceptio vniuersali.

Qui vero suspicatur bono esse malo esse, idem suspicabitur bono esse, & malo. Sit nanq; bono esse, in quo A: malo autem esse, in quo B: rursus vero bono esse, in quo C. quoniam igitur idem suspicabitur B & C, & esse C B suspicabitur: & rursus B A esse consimiliter: quare & C A. quemadmodum enim ſi erat verum, de quo C, B: & de quo B, A: & de C A verum erat: ita & in ipso suspicari. Similiter autē & in ipso esse. cùm enim idem sint C & B: & rursus B & A: & C ipsi A idem erat: quare & in ipso opinari cō similiter.

A similiter. ergo hoc quidem necessarium, si quis dabit primũ. sed fortasse illud falsum, suspicari quendam malo esse, bono esse, nisi secundum accidens. D multipliciter enim possibile est hoc suspicari. consyderandum vero hoc melius.



R6 probis idẽ et boni & mali, si quis putauerit bono et & malo esse, idem.

B

E

De fallacia secundum Existimationem. Cap. 26.

DIxit. Quemadmodum autem accidit in propositionibus error, & confusio ita, vt contingat in eo, quod scimus scientia prima, quòd est sic, vt existimemus quòd non est sic: eodem pacto accidit hoc idem nobis in conclusionibus, hoc est, vt existimemus de eo, quod scimus sic esse, quòd non est sic: aut è conuerso. C

Sed iam existimant nonnulli esse non conueniens, vt hoc accidat in conclusionibus: hoc est, vt sciamus ipsas scientia vera, & tamen existimemus in ipsis contrariũ eius, quod nouimus. quemadmodum si esset vnum, quod sciremus inesse duobus sine medio, & sciremus etiam duo illa inesse alteri consimiliter sine medio. Quemadmodum si A esset in B & C: & B & C essent in D sine medio. qui enim scit A inesse omni B: & B omni D: scit etiam consimiliter quòd C inest omni D: fieri nõ potest, vt existimetur, aut videatur A non inesse alicui C. accidit enim vt sciat vnum & idem, & ignoret ipsum secundum vnum modum. & hoc, quoniam cadet vtiq; in hominem cognitio ex parte ignorãtiæ, quã præhabuit hac in re. quòd si habuerit in hoc scientiam, accidit, vt sciat & ignoret rem simul: quod est impossibile. Et quemadmodum existimatur, quòd hoc prohibetur in syllogismis diuersorum mediorum terminorum, quemadmodum in his duobus syllogismis, quibus exẽplum adduximus: consimiliter existimatur etiam hoc vetari in syllogismis, quorum termini medij prædicantur de se inuicem. Quemadmodum si vtus sciret, quòd A est in omni B: & B in omni C: & C in D: fieri non potest, vt videatur, & existimet,

G stimet, φ A sit in B: & B in C: & C in D: & φ A non sit in aliquo D: quoniam habebit scientiam, & ignorantiam alicuius eiusdem simul: quod fieri non potest. Sed fortasse, cùm hoc considerauerimus, videbitur, φ in modo primo, qui est, cũ termini medij non prædicantur de se inuicem, nõ potest nobis accidere in maiore propositione vnius duorũ syllogismorũ cognitio falsa simul cũ scientia maioris propositionis alterius syllogismi, & duarum propositionum minorum duorum syllogismorum. Vt in exemplo, si habuerimus, φ A est in omni B: & B in omni D: & C in omni D: fieri nõ potest; vt de ipsiamur, & existimemus φ A non est in aliquo C. quoniam accidit ex hoc, vt sint duæ propositiones syllogismorum maiores contrariæ in cogitatione, aut vt potẽtia ipsarum sit potentia contrariarum in existimatione: quod ẽ impossibile, hoc est, vt proueniat nobis scientia contraria in vno & eodem per se. Arqui sequitur hoc, si aliquis sciat scientia vera, φ A inest omni illi, cui inest B: & sciat B esse in D: scit etiam

H φ A est in D. φ si videretur A inesse nulli ei, cui inest C, cum eo, φ scimus C esse in omni D: iam videret A non inesse ei alicui, cui inest B simul cum eo, φ videretur A inesse omni illi, cui inest B. nam D est pars ipsius B: aut iã videtur A esse in D, cum hoc, φ videat A non esse in D. sed ambo sunt contraria impossibilia: quoniam aut cogitatio erit contraria, aut potentia sua erit potẽtia cogitationis contrariæ. sed hoc est impossibile, vt videlicet existimetur affirmatio & negatio simul in vno & eodem ex parte vna. Sed φ decipiatur aliquis in vna istarum duarũ propositionum maiorum, cùm nõ habuerit scientiam propositionis alterius, fieri vtiq; potest. Hæc igitur est dispositio existimationis, & scientiæ in syllogismis, qui sunt per medios terminos diuersos. Sed in syllogismo vno, aut syllogismis, quorum medij termini de se inuicẽ prædicantur, iam fieri potest vt aliquis habeat scientiam, & existimationem in cõclusione: sed non ex parte vna, sed ex duabus partibus diuersis. Vt in exemplo. possumus enim scire A esse in omni B: & B in omni C: & tamen sit apud nos conclusio ignota, quæ est A inesse omni C: & perturbemur, & existimemus A inesse nulli C. quoniam non est necessarium, vt qui scit ambas ꝓpositiones, sciat conclusionem: quoniam conclusio scitur in potẽtia in ambabus propositionibus, non autem in actu, fm φ. accidit particulari, vt non sit cognitum apud eũ, qui nouit vniuersale. Vt in exemplo, qui nouit A inesse omni B, hoc ẽ omni illi, cui inest B: sit autem B inexistens omni C: iam scit φ A inest omni C: nisi φ scit quidem hoc per scientiam vniuersalẽ, ignorat autem ipsum fm particulare. Et propter hoc nõ prohibetur ex parte ignorantiæ, qua sibi accidit cogitatio ex syllogismo vno, corruptio contraria scientiæ suæ. Vt in exẽplo ex necessarijs, qui nouit omnem triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, iam nouit triangulum sensibilem sibi allatum esse fm hanc dispositionem in potentia, nõ autem in actu. & propter hoc iam fieri potest, vt decipiat in eo, & existimet φ non sit triangulus, quodq; anguli sui non sunt æquales duobus rectis.

Cũ terminimedij sint duorũ, fi nõ esse accidet falsa in cõclusione, vt sciat' sit & ignoretur p̃p cõtrarias o;inationes.

K In syllo, in quo termini medij de se inuicẽ prædicantur, pt accidere falsa, vt scíam' cõclusionẽ, & putem' nõ tantũ eius dẽ, non in eodẽ mõ.

L

M

A rectis. & hoc, quoniam scit ipsum ex parte rei vniuersalis, ignorat aũt id ex pte rei particularis appropriatę.

Nota quo soluat dubitatio Menonis ab Arist. si eo pacto, quo Plato qui ob eã concessit scia; esse reminiscentiam. Vide 1. Post. te. 5. & 6.

Secundum autem modum istum sequitur, vt soluatur dubitatio Menonis, qua dicit, ꝙ discipulus, si ignorat quæsitum, quod non nouit, ꝙ is nouit, posteaq; nouit: fin autem nouit, antequã addisceret, disciplina est superflua. Responsio igitur in hoc est, ꝙ quæsitum est ignotum ex parte, qua est appropriatum: est autem notum ex parte, qua est vniuersale: non autem fm ꝙ respondit Plato, cùm admisit doctrinã esse fm mo-

B dum recordationis. si enim habeamus, ꝙ omnis trianguli anguli sunt æquales duobus rectis, & ignorem⁹ triangulum istum absconditum signatum, ꝙ est triangulus: simul ac planum factum fuerit nobis ad sensum, ꝙ est triãgulus, nouimus ꝙ anguli sui sunt æquales duobus rectis. Nec fieri potest, vt dicimus, ꝙ id, qđ prouenit ex cognitione p monstrationem triãguli, ꝙ videlicet anguli ipsius sunt æquales duobus rectis, ꝙ isquã est recordatio: quemadmodum ipsi admisere. quoniã id, quod prouenit per sensum, non est recor-

C datio. & quoniã similiter ignorantia, quam habemus in particulari, non est contraria scientiæ, quam habemus in vniuersãli: propterea ꝙ scientiæ duarum propositionũ non est contraria ignorantia conclusionis: quoniam ambæ propositiones sciuntur in actu, & conclusio in potentia. Et hoc, quoniam scientia dicitur quatuor modis, aut sciẽtia vniuersãlis, aut singularis, aut in potentia, aut in actu. Secũdum igitur hos modos quatuor nihil ꝓhibet, vt habeamus de re vna ignorãtiã & scien-

Scientia dr quatuor modis.

tiam simul, & accidat nobis in ipsã D existimatio & scientia, hoc est secundum duos diuersos modos. Hoc autem inuenitur fm sensum. multos enim homines offendimus, qui norunt propositiones, & errant in conclusione, quẽadmodũ si esset apud nos cognitio vniuersãlis, & decipere mur in particulari. Vt in exẽplo habebit aliquis, ꝙ omnis mula est sterilis: & ꝙ hæc sibi allata est sterilis: & tamen existimabit quòd ipsa est prægnans, propter inflationem, quã habet I corpore suo. quare erit apud ipsum existimatio, & scientia de re vna & eadem: sciẽtia quidem secun- E dum dũas propositiones veras, quas habet: existimatio autem propter syllogismum corruptum innouatum apud ipsum hac in re. & hoc per viam existimationis, quæ innouatur apud nos in consimilibus propositionibus secundum oppositionem scientiæ, quæ oritur ex syllogismo corrupto. cùm igit nouerit ambas propositiones & ignorauerit conclusionem, iam sciet & ignorabit rem, vnã. sciet quidem ipsam ex parte potentiæ, ignorabit autem ex parte actus. cumq; nouerit maiorẽ propositionem syllogismi tantum, F iam ignorabit minorem ex parte, & sciet ipsam ex parte. sciet enim ex parte dispositionis vniuersãlis, ignorabit autem ipsum ex parte particularis appropriati. & cùm nouerit minorem, iam sciet maiorem ex parte, & ignorabit ipsam ex parte. sciet enim ipsam ex parte particularis, & ignorabit eam ex parte vniuersãlis.

Iam igitur monstrati fuit ex hoc, secundum quem modum prouenit nobis in co.clusione scientia, & existimatio simul, hoc est homini vni,

G & secundum quem modum nõ con
uenit hoc: quodq; modus, qui esse
non potest in vno homine, potest
esse in duobus hominibus.

Accidit autem illis, qui existimãt
quòd contraria fiat res vna, quem-
admodum qui imaginantur bonũ
& malum esse rem vnam, vt sequa-
tur ex ista imaginatione, vt malum
prædicetur de bono, & bonum præ-
dicet' de malo, ita vt accidat ex hoc
aliquid prædicari de seipso: & hoc,
vt fateantur, quòd bonum est ma-
lum, aut quòd malum est bonum.
Componitur autem, exempli gra-
H tia, oratio ista secundum compositionem primæ figuræ, & sequitur apud ipsos, vt sit bonum bonũ, quẽadmodum componeretur oratio, si essent omnes propositiones veræ. Consimiliter accidit illi, qui dicit, quòd omnia entia sunt vnum, hoc est, vt sit aliquid prædicatum de seipso, quoniã si c & B essent res vna: & B & A res vna: sequitur apud eos, vt fateantur, quòd c est B, & B est A, & c est A, cui eo quòd sunt res vna. conclusio autem erit consequens ex necessitate ih huiusmodi propositionibus. attamen conclusio falsa
I est ex propositionibus falsis. & hoc, k quoniam fieri nõ potest, vt bonum sit malum, nisi per accidens, per se vero non. Existimatio vero contrariorum, ꝙ fiat vnum, erit ob hanc eandem causam, & modi multi existimationum, quemadmodum accidit hoc Antiquis, & species harum expositionum, quas faciunt cõsulti talium opinionum. cùm enim inuestigatur dispositio ipsarum, inueniuntur resolui ad species oppositorum, & ad species rerum, de quibus dicit' nom en vnius, & multitudinis.

De Annexis syllogismo.

De Conuersione terminorum. L
Cap. 27.

Vando autem extrema conuertuntur, ne cesse est & medium conuerti ad vtraque. Si enim A de C per B ineſt, si conuertũtur, & ipsum C ineſt omni cui A: & B cum A conuertitur, & ineſt B omni cui A, per medium C: & C cum B conuertitur, per medium A.

M



Tribus his syllogismis, ac omnibus conuersionibus ostenditur, si extrema simpliciter conuertantur, & media conuertuntur ad vtraque extrema.

Etia

Et in non ineſſe conſimiliter. Veluti ſi B ipſi C ineſt: A vero ipſi B non ineſt: neque A ipſi C inerit. Si igitur A conuertitur cum B, & C conuertetur cum A. ſit enim B non inexiſtens ipſi A: neque igitur C: nam B inerat omni C.



Perprimã ſyll'm cõcludit' vlla negatiua ſpecia figura ſolũ; vero cõcludit' ſolã figura cõuerſa cõ eſto primi, B ex ciuſdẽ conuerſa maiore, & minore, tranſpoſita in maiorem.

Et ſi C conuertitur cum B, et B conuertetur cum A, de quo enim B omni, & C. Et ſi C ad A conuertitur, & B conuertetur. nam cui B, C: cui vero A C, non ineſt. & ſolum hoc à concluſione incipit, alia autem non ſimiliter: vt & in prædicatiuo ſyllogiſmo.



Per hãc nõ infertur maior cõuerſa ex minori, et C concluſione &, cõuerſa.

Rurſus, ſi A & B conuertuntur, & C D conſimiliter. neceſſe autem A vel C omni ineſſe: & B & D ſic ſe habebunt, vt omni alterũ inſit. quoniam enim cui A B, & cui C D: omni autem A vel C, & nõ ſimul: planum quòd & B vel D omni, & non ſimul. vt ſi ingenerabile incorruptibile, & incorruptibile ingenerabile: neceſſe. qd̃ ſit corruptibile, & corruptibile factum eſſe. duo. n. ſyllſi fiũt.

De obmutatis Conuerſibꝰ.

In generabile.

G



Hoc theorema fit ſuppoſitō cō ídēq; q̄ cō mutatę eō uerſioni.

Duo hi ſyllogiſmi diuerſimode formari poſſunt. hoc ſit nō cō-

H

ſtituti deducit ad ipoſſe. ga ſi B eſt uerū nullū D eſt B, ſequuntur reliq.

Rurſus ſi, of A aut B, et C aut D: ſimul vero nō inſunt, ſi cōuertunt A et C, et B et D cōuertunt. ſi. n. B nō ſeſt alicui cui D, planū q̄ A ſeſt: ſi verò A et C, cōuertunt. n. quare ſimul C & D. hoc aūt ſpoſſibile,



Hoc theorema uere dici ꝑ cōmutata cōuerſione.

I

Cùm vero A toti B, & C inſit, & de nullo alio prædicetur: inſit autem & B omni C: neceſſe eſt A & B conuerti. qm̄. n. A de ſolis B C dicitur: prædicatur autem B & ipſum de ſe ipſo, & de C: planū: q̄ de quibus A, & B dicetur omnibus, p̄terq; de ipſo A.

*Alex. dubitat eſſe mēdū, & forte legē dū, & de ipſo A. i heoremа hoc ꝑbat ꝑ terminos diſpoſitos I ſcda hgr.



Rursus, quando A, & B toti insunt C: conuertitur autem C cũ B: necesse A omni B inesse. quoniam enim A omni C: C vero ipsi B, ꝙ ꝙ conuertitur: & A omni B inerit.



Theorema hoc é quasi conuersi pcedẽs: & p bas primũ p tertiã, mox p primã figurã

B

E

De Conuersionibus terminorum.

Cap. 27.

In pma figura si ex premanmtuo cõuertẽt conclusione necesse é & propõnes conuertu.

DIxit. Cũ vero habuerim' tres termĩos ordinatos ordinę primę figurę, veluti si A inesset oĩ B, & B inesset oĩ C: si conclusio cõuertitur, conuertent & binæ propositiões. & hoc, qm̃ si verũ fuerit C inesse oĩ A, oportebit C inesse oĩ B, & B oĩ A. Si n. accipiamus C inesse oĩ A: & huic applicemus propõnem maiorem, puta ꝙ A insit oĩ B: concludet minor cõuersa, vt ꝙ C inest oĩ B. Consimiliter ét si accipiamus conclusionem conuersam, veluti si dicamus, C inesse oĩ A: & huic applicemus minorẽ propõnem, concludetur maior cõuersa. & hoc, qm̃ si habuerimus B inesse omni C, quæ est minor: & C oĩ A, quæ est cõclo conuersa: concludetur nobis B inesse omni A, quę est maior cõuersa.

In syllone quinuo, si maior cõ

Sed in syllo vl̃i negatiuo istius figuræ accidit, cùm maior propositio ipsius conuertitur, vt conclusio uersa, & cõclo conuertit.

ét conuertatur. Puta in exemplo, si ponamus A inesse nulli B: & B omni C. concludet nobis A inesse nulli C. Si vero conuertamus maiorẽ, conuertetur ét conclusio. puta si habuerimus B inesse nulli A: & B omni C: concludetur nobis in secũda figura, ꝙ C inest nulli A, quę est cõclusio conuersa. & hoc, qm̃ si vniuersalis negatiua conuersa, fuerit apud nos ignota, aut fm ꝙ est aliquod adhuc nobis nõ declaratum, faciemus enim ipsum hoc in loco. F Consimiliter si conuertatur ét minor affirmatiua, conuertetur conclusio. erit enim omne C B: & nulli A B: & concludetur in secunda figura, ꝙ C iest nulli A. Quòd si hæc in specie conuertatur conclusio, & conuertatur minor, conuertetur ét maior, habebimus enim C inesse nulli A: & C inesse omni B: & concludet in scda figura B inesse nulli A.

Secun-

G Secundum vero modum iſtum ſolummodo fieri poteſt, vt conuertatur propoſitio per cõuerſionem concluſionis, quemadmodum fieri poterat hoc i ſpecie affirmatiua. quòd ſi poteſt, non conuenit, niſi per conuerſionem minoris propoſitionis ſimul cum conuerſione concluſionis: tunc enim monſtrabitur conuerſio maioris. ſed conuerſio concluſionis ex cõuerſione vnius duarum propoſitionum fieri non poteſt in ſpecie affirmatiua, quemadmodum fieri poteſt hoc in loco, propterea quòd non con-
H cluditur ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura.

De cõuerſione ſecũdæ cõmutationis & portionũ inter oppoſita.

DIxit. Cùm vero fuerint duo termini, quorum vterq; conuertitur cum ſuo complicito, veluti ſi fuerit omne A B, & omne B A: & adhuc fuerint duo alij termini, quorum vterq; conuertatur cum ſuo complicito, quemadmodum ſi fuerit omne C D, & omne D C: & extiterint A & C oppoſita, & B & D conſimiliter etiam oppoſita: cùm fuerint duo paria oppoſitorũ, non effugiet ſubiectum ſecundi paris aliorum oppoſitorum, quin ſit ſub
I iectum ipſorum. Vt in exẽplo, ſi A & C talia extiterint, vt ab vno ipſorum non effugiat K: & B & D talia etiam, vt ab altero ipſorum non effugiat K: ſi habuerimus, φ in of eo, in quo inuenit A, inuenit B: & in omni eo, in quo inuenitur C, inuenitur D: & in K ſit aut A, aut C: planum quòd in K erit aut B, aut D. Complicatur enim ſyllogiſmus compoſitus hunc in modum: in K eſt aut A, aut B: ſed omni illi ineſt B, cui ineſt A, & omni illi ineſt D, cui ineſt C: igitur ipſi K aut B, aut D ineſt ex neceſſitate. Conſimili- K ter monſtrabitur conuerſum huius. veluti ſi ponamus, quòd K non effugiat A D, & B, ſequitur etiam vt non effugiat aut ab A, aut à C. Vt in exemplo ex materijs, ſi accipiamus loco A generabile, & loco B corruptibile, & loco C non generabile, & loco D non corruptibile: & fuerit omne generabile corruptibile, & omne corruptibile generabile: & eodem pacto omne non generabile non corruptibile, & omne non corruptibile non generabile: dico, ſi omne fuerit aut generabile, aut non generabile, quòd opor- L tet omne eſſe aut corruptibile, aut non corruptibile. ſi enim omne generabile eſt corruptibile, & omne non generabile eſt non corruptibile: & nihil effugit, quin ſit aut generabile, aut non generabile: manifeſtũ, quòd nihil effugiet, quin ſit aut corruptibile, aut non corruptibile.

Amplius dico, quòd cùm poſuerimus vni & eidem ſubiecto ex neceſſitate ineſſe vnum oppoſitorum coniugatorum, & poſuerimus, φ vna partium oppoſitorum conuertatur cum altera parte oppoſitorũ, M dico inquam φ pars reliqua oppoſitorũ cõiugatorum conuertet cum reliqua parte aliorum oppoſitorũ. Vt in exemplo, ſi omne fuerit, aut generabile aut non generabile, aut corruptibile, aut non corruptibile: & fuerit omne generabile corruptibile, & omne corruptibile generabile: dico, quòd omne non corruptibile eſt non generabile, & omne non generabile eſt non corruptibile. Demonſtratur autem hoc. ſi enim non generabile non extiterit

A rit non corruptibile, erit ergo corruptibile: proponas ꝙ possumus iam quòd omne aut est corruptibile, aut non corruptibile. si igitur non generabile est corruptibile, cum positum fuerit corruptibile conuerti cum generabili, sequetur ex hoc, vt non generabile sit generabile: quod fieri non potest, & non cohæret. Complicatur autem syllogismus hunc in modum. non generabile est corruptibile: & omne corruptibile generabile: concluditur enim quòd omne non generabile, generabile. Eodem modo
B monstratur non corruptibile conuerti cum non generabili.

De cõuersione termi norũ in secunda figura. Consimiliter etiam, quando cõplicantur binę vniuersales affirmatiuæ in secunda figura, & medius terminus non infit alij à duabus extremitatibus, & maior extremitas insit omni minori, sequitur vt maior insit omni medio: hoc est, vt cum ipso conuertatur. Quemadmodum si A inesset omni B, & omni C, & non alijs: & B inesset omni C: dico quòd sequitur, vt B insit omni A. & hoc, quoniam si B ineſt omni C, & omnibus suis par
C tibus: & A non ineſt, nisi omnibus partibus ipsius C, & omni B: planum quòd omni illi cui ineſt A ineſt B. quare omne, qđ est A, est B.

De cõuersione termi norũ I. iij. figura. Consimiliter si complicentur binæ affirmatiuæ in tertia figura, & terminus medius cõuertatur cum minore extremitate, sequitur vt sit extremitas maior in omni minore: hoc est, vt concludatur vniuersalis affirmatiua. Vt in exemplo, si A & B prædicentur de omni C: & C prædicetur de omni B: dico quòd sequitur ex necessitate, vt A prædicetur de omni B. quoniam
B A prædicatur de omni C: & C prædicatur de omni B: ex necessitate enim A inerit omni B: quoniam complicatio ipsa redit ad primam figuram.

De mutua Oppositorum conuersione, eligendorum, & fugiendorum.
Cap. 28.

QVando autem duobus existentibus *vt A eligibilius sit qꝫ B, cũ sint opposita, & D qꝫ C consimiliter: si eligibiliora A C qꝫ B D, A eligibilius quàm D. Similiter enim sequendum A, & fugiendum B, opposita nanque: & C ipsi D, nam et hęc opponuntur. Si igitur A ipsi D similiter eligẽdum, & B ipsi C fugiendũ: vtrũque enim vtriq; similiter fugiẽdum sequendo: quare & ambo A C ipsis B D. quoniam autem magis non possunt, similiter: nanque B D similiter erant. Si vero D qꝫ A eligibilius, & B qꝫ C
F minus fugiendum: nam minus minori opponitur: eligibilius autem maius bonum, & minus malum, quàm minus bonum, & maius malum: & totum ergo B D eligibilius quàm A C. sed nunc non est: A igitur eligibilius quàm D: & C itaque quàm B minus fugiendum.

vncta. le. vt A & B, A eligibilius.
E

Si



Sūpti eſt hoc exemplū ab interpretibus.

Si ergo eligeret omnis amans ſm amorem, A ſic ſe habere, vt gratificetur: & non gratificari, in quo C: aut gratificari, in quo D: & non talem eſſe vt gratificetur, in quo B: planum ꝙ A talem eſſe, eligibilius eſt, ꝙ gratificari. Amari igitur coitu eligibilius ſe
H cundum amorem. amor igitur magis eſt amicitię, ꝙ ipſius coitus. ꝙ ſi magis huius, & finis hoc: coire igitur aut nō eſt penitus, aut eius quod eſt amari gr̄a. nanq; & alij affectus, & artes ſic*.

*al. ea. ad ſunt.



Exēplum hoc ſumptū eſt ex Conuiuio Platonis.

I Poſſe gratificari. Non poſſe gratificari.

Quomodo igitur ſe habent termini ſm conuerſiones, & eo ꝙ magis fugiendi, vel eligibiliores ſint manifeſtum.

De bina cōiugatione Oppoſitorum, eligendorū, vel fugiendorum. Cap. 28.

CVm vero extiterint bina oppoſita, vt A & B, & A ſemp fuerit eligendū apud nos, & B fugiendū: & extiterint cōſimiliter ēt bina oppoſita, quemadmodū C & D, & fuerit C conſimiliter fugiendum, & D eligendum & perſequendū: dico ſi A C ſimul fuerint meliora q̄ B D, ꝙ A erit melius q̄ D, & eligibilius. Qm̄.n. A & B ſunt oppoſita, & A eſt quærendū, & B fugiendū, A eſt quęrendū, quēadmodum B eſt fugiendum. & hoc, qm̄ oſa oppoſita ſunt in vna extremitate oppoſitionis. quod ſi ita ſit, dicemus ꝙ A ex neceſſi-

A neceſſitate eſt eligibilius,& amabilius q̄ D. Quia ſi nō erit eligibilius ipſo, erit ergo aut ęquale ipſi, aut D eligibilius eo, ſi igitur A & D ſunt ęqualiter quęrenda, planum ꝙ C & B erunt ęqualiter fugienda: qm̄ B in abominatione eſt æquale ipſi A in electione: & C eſt ęquale in abominatiōe ſua ipſi D in electiōe ſua. cùm igitur res ita fuerit, erunt A & C ſimul æqualia in electione ipſi B & D ſimul: ſed iam poſuimus ꝙ C & A ſunt eligibiliora: hoc itaq; fieri nequit, & non cohæret. Sin autē
B poſuerimus D eligibilius q̄ A, ſequitur vt B ſit minus in abominatione q̄ C. & hoc, qm̄ id, qđ ē minus abominabile, opponitur ei, qđ eſt minus quęrendum: qđ autem eſt magis abominabile, opponitur magis quærendo. ſi igitur D eſt magis q̄rendum q̄ A, & C erit abominabilius q̄ B, & erunt D & B ſimul magis quęrenda & minus fugienda, q̄ A & C, ſed magis quęrendum & minus fugiendum eſt melius: igitur D & B ſimul ſunt meliora, q̄ A & C ſimul: cuius cōtradictorium poſuimus. hoc. n. fieri non poteſt & non
C cohæret. ſequitur ergo ſi poſuerimus, A & C meliora quàm B & D, vt A ſit melius quàm D.

Nota exē plum pul chrū & ad mirandū, eligibilius ſ. eē velle & ñ poſſe q̄ poſſe et nō velle.

Exemplum hoc ex materijs in eo qui tangitur concupiſcentia. eligibilius enim ipſi ē, vt appetat morem gerere, q̄ ꝙ morem gerat. & hoc, qm̄ manifeſtum eſt eligibilius eſſe appetere morem gerere & non morem gerere, q̄ morem gerere cū hoc, ꝙ nō eligat morem gerere. ſequitur ergo ſm ꝙ præmiſimus, ꝙ eligere morem gerere dignius eſt, q̄ morem gerere. Et ex hoc monſtrauit Plato dignius eē apud amā-

Nota Platōis ſnia; de amor.

tem, vt nō coeat. quoniam coitus
D ſimul petimit deſyderium eligēdi morem gerere. ſed cùm nō coiuit, extat electio morem gerendi. Et concupiſcentia, quemadmodum inquit Ariſt. ſeu ex operatione ſua proueniat coitus, ſiue non proueniat, eſt tm̄ appetitus cōiunctus cū deſyderio, & voluptate naturali à principio. Componitur nanq; ex concupiſcentia & iſto appetitu, & tunc perficitur operatio ſua: quoniam plurimæ concupiſcentiarum ita ſe habent, cùm complicantur cū
E artibus & conſuetudinibus, vt perficiantur operationes harum artiū, aut harum conſuetudinum, ſm ꝙ fecit ipſas homo ad menſuram operationum iſtius artis. & hoc quemadmodū fortitudo naturalis, cùm coniungitur cum militia, tunc erit actus militiæ ſm perfectionem. Ita q; monſtratum fuit ex hoc, quomodo eſt diſpoſitio cōuerſionum inter ſe., & quomodo ratiocinari poſſimus ex eligibili, & digniori ſecundum hāc ſpeciem ſignorum. Conſentaneum autem eſt ꝙ Ariſt.
F mentionem fecerit de hoc loco, & non de alijs locis: qm̄ exiſtimauit hunc eſſe proximum naturę ſyllogiſmi, hoc eſt vniuerſalitati ſuæ.

Cur Ariſt. ē hoc tūc loco eligē di mentio nem fecit.

De Inductione, & Syllogiſmo Inductiuo. Cap. 29.

QVōd autem non ſolum dialectici, et demonſtratiui ſyllogiſmi per prædictas efficiuntur figuras, ſed & rhetorici, & ſimpliciter quęcūque fides, & ſm quancunq; methodum, nunc vtique ſit dicendum, omnia. n. credimus aut, per

per syllſm, aut ex inductione.

Inductio igitur est, & ex inductione syllogiſmus, alterum extremum medio ratiocinari ꝙ alterum. Veluti ſi ipſorum A C medium ſit B, per C monſtrare A inexiſtens ipſi B: ſic.n.facimus inductiones. Vt ſit A, longæuum: in quo autē B, bilē nō habens: in quo vero C, ſingulare longæuū, ſicut hō, et equus. & mulus. A igitur ineſt toti C: oē.n.C longæuum: ſed & B bilem non habens ineſt oi C. Si igitur conuertitur C cum B, et non excedit medium, neceſſe eſt A ineſſe ipſi B. monſtratū nanq; fuit prius, ſi duo quędam eidem inſint, & ad alterū ipſorū cōuerta tur extremum, ꝙ conuertenti & alterum prædicatorū inerit. Oportet autem intelligere C ex omnibus ſingularibus compoſitum: inductio .n. per omnia.

K

Al co le. A igit' ieſt tot B: oi .n. bilē nō hńs lōgæuum, ſed melior prima lectio.



Homo, Equus, Mulus.

L

Fit prima ſyllſ i pria figura, ipſi⁹ A de C ꝙ B: poſtea inductio, ſeu inductiu⁹ ſyllſ i tertia, ipſi⁹ B de A ꝙ C: ām ū i pria, qa minor ē i terminis cōuertibilibus.

I Eſt autem talis ſyllſus primę & immediatę ꝓpoſitionis. quorum nanq; eſt medium, per medium ſyllſ: quorum vero non eſt, per inductionem. Et quodammodo opponitur inductio ſyllō. hic enim per medium extremum tertio monſtratilla autem per tertium extremum medio. Natura igitur prior & notior qui per medium ſyllſus: nobis vero notior qui per inductionem.

M

De inductione, & Signo, & reliquis ſyllogiſmis, qui fiunt ſecundum potentiam eius, quod præceſſit. Cap. 29.

DIxit. Oportet autem vt monſtremus nunc, ꝙ reliqui ſyllſi, qui fiunt in Rhetorica, & conditionibus, & perſuaſionibus, reducuntur ad ſyllos præcedentes, & ex hoc poſſumus certo dicere, ꝙ oēs ſyllſi ſunt per figuras præcedentes, non ſolum demonſtratiui, & dialectici, ſed omnes ſyllſi intellectuales, et omnino

A nino omnis veritas cadés in omni arte. hoc aũt manifeſtum ex eo, ꝙ omnis veritas, aut eſt per ſyllm, & illud quod eſt ſimile ſyllo, quodq; ſignum nuncuparur: aut per induction, & quod eſt ſimile inductioni, quodq; vocatur exemplum.

De Inductione, & ſyllo Inductiuo.

Inductio igitur eſt, cũ monſtrat ſemper illud, cuius via eſt, vt ſit maior extremitas in ſyllo ineſſe illi, cuius via eſt, vt ſit terminus medius I ſyllo per id, cuius via eſt, vt ſit terminus minor in ipſo. ſm.n. modũ iſtum, qđ ex ipſa ſequitur, ex neceſſitate ſequitur. Vt in exẽplo, ſit ter-

B minus medius inter A, & C per modum prædicationis ſm naturalem cõſuetudinẽ littera B: & ſit A terminus maior ſm naturã, & B medius ſm naturã, & C minor: & monſtretur ꝑ literã C A ineſſe ipſi B, nõ autem A ineſſe ipſi C per literã B, ſm modũ, quo monſtrabatur ꝑ ſyllm. Vt in exemplo ex materijs, ſi accipiamus loco A animal longæ vitę, & loco B animal paucæ cholerę, & loco C mulum, equum, & aſinũ: & mõſtretur ꝙ oẽ animal paucę cholerę eſt longæ vitæ, ex eo ꝙ induximus oẽs ſpecies animalium pau-

C cæ cholerę eſſe longę vitæ, vt mulum, equum, & aſinum: & per ipſa oſtẽdamus, ꝙ omne animal paucę cholerę eſt longæ vitę. Cũ igitur fuerit hoc inductio, planum ꝙ longæ vitæ hoc in loco erit terminus maior ſm naturam, paucæ autem cholerę medius, particularia vero minor. nos igitur monſtrauimus maiorem ineſſe medio per minorem. Atqui monſtratio hæc erit cõſequens ex inductione conſequentia vera, hoc eſt proportionata conſequentiæ concluſionis per ſyllm veræ figuræ, poſteaq; induximus omnes ſpecies paucæ cholerę, & inuenerimus eas omnes longæ vitæ. tũc.n. ſequetur, cùm A, & B fuerint inuenta in omni C, hoc eſt longæ vitę, & paucę cholerę I mulo, equo, aſino, & homine, vt A inſit omni B, quemadmodum antea monſtratũ fuit. & hoc, qm cũ induxerimus omnia animalia particularia, quoꝝ loco accepimus literam C, conuertetur littera B cum littera C in prędicatione, & ſequetur ex hoc, vt A inſit omni B, ſm ꝙ antea monſtratum fuit. Et propterea, quod eſt neceſſarium in inductione vera, eſſe, vt in ipſa perficiantur omnia particularia ita, vt fic componatur ſyllus: omne paucæ cholerę eſt, aut mulus, aut equus, aut aſinus, aut hõ: & omnia hæc ex neceſſitate ſunt longæ vitæ: igitur omne paucæ cholerę eſt longæ vitæ ex neceſſitate. cũ vero in ipſa non perficiuntur omnia particularia, non ſequitur ex ipſa aliquid ex neceſſitate. Non eſt autem conditio hæc in inductione, ex eo ꝙ transfertur ab inductiõe, quæ fit in dialectica ad inductionẽ, quæ fit in demſone, quemadmodũ nõnulli arbitrati ſunt. qm veritas inductiõis in demſone forinſecus accedit, & ex eo ꝙ aliquid nobis applicatur. non autẽ confert nobis inductio per ſe, ſi etiã complerentur omnia particularia, ſed eſt quia prædicatum per ſe ineſt ſubiecto. ꝑ hoc igitur diſtinguitur hæc inductio ab inductione demſtiua. Quòd autem oporteat inductionem iſtã appropriari Dialecticæ, & vniuerſaliter Dialecticam eſſe, manifeſtũ ex eo, ꝙ conditio Dialecticæ eſt, vt in ipſa ſit ſyllus veræ figuræ. quod

Ad hoc vt inductio cõ E cludat ne ceſſario, oppoſita ſin gularia in duci.

Nota de I inductione demſtratiua & dſtia ei⁹ ad topicam.

F

G cùm ita ſit, oportet vt inductio quę ſit in ipſa, ſit per modum, quo in ipſa ſequatur neceſſario quod intendimus. Amplius diſtinguitur ab inductione, quę ſit in demonſtratione, aut quemadmodum diximus p ſubiectum ſubſtantiale, aut quoniã in inductione, quæ ſit in Dialectica, complentur omnia particularia ſm opinionem, non autem ſm veritatem. & ita oportet intelligere quod hoc in loco dicit Ariſto. & ſecundum hoc ſoluuntur omnes dubitationes, quas eſt aſſecutus Abunazar. An vero Dialectica faciat
H inductionem, in qua nõ perficiuntur omnia particularia: & an vis inductionis ſit vis exẽpli, de hoc quęreetur in libro Dialecticæ.

Nota q̃d p ideũ ſio nẽ mõſtre tur: & cq̃ differat à ſyllo.

Dixit. In inductione aũt monſtratur ſemper id, ad qđ monſtrandum per terminum medium non eſt via, quod q; etiam non eſt manifeſtum per ſe. quod enim monſtratur per terminum medium, nõ poteſt monſtrari, niſi per ipſum: in eo autem quod eſt per ſe manifeſtum facere inductionem, eſt ſuperfluum. & hoc eſt vnũ, per quod diſtinguitur ſyllogiſmus ab indu-
I ctione. Inductio autem, quemadmodum diximus, cõmunicat cum ſyllogiſmo, eo q̃ eſt in tribus termi nis: diſtinguitur autem ab ipſo, eo q̃ in ſyllo monſtratur maior extremitas ineſſe minori per mediũ terminum, ſed in inductione oſtendi tur maior extremitas ineẽ medio, eo quòd ineſt minori extremitati: hoc eſt illud cuius via eſt, vt in ſyllogiſmo ſit extremitas maior, & terminus medius, & minor extremitas: non autem q̃ illud, per quod monſtratur quæſitum per indu-

ctionem, ſit in ea tarminus minor: K
neq; q̃ illud, cui oſtenditur quæſitum ineſſe, ſit terminus medius. Diſtinguitur etiam ab ea conſimiliter ſyllogiſmus, eo q̃ eſt prior ſecundum naturam, inductio autem eſt prior ſecundum ſcientiam. Hæc igitur tria ſunt, per quę diſtinguitur ſyllogiſmus ab inductione perfecta, non autem ab alijs.

De Exemplo. *Cap.* 30.

SEd exemplum eſt, qñ extremum medio inexiſtens monſtratum fuerit per ſi- L
mile tertio. oportet autem medium tertio, & primum ſimile notius eſſe inexiſtens. Vt ſit A, malũ: B, cõtra confines bellũ inferre: in quo C, Atheniẽſes cõtra Thebanos: ſ q̃ autẽ D, Thebanos contra Phocenſes. Si itaq; velimus monſtrare q̃ bellũ gerere cum Thebanis eſt malum, accipiendum q̃ contra confines bellum gerere eſt malũ. huius autẽ fides ex ſimilibus, vt gm̃ Thebanis, qđ contra Phocenſes. Quia igitur malum eſt, qđ contra cõ M
fines: quod vero cõtra Thebanos, cõtra confines eſt: planũ, q̃ contra Thebanos bellum gerere malum. manifeſtum itaq;, q̃ B ipſi C, et ipſi D ineſt: ambo .n. ſunt contra confines bellum inferre: & q̃ A ipſi D, Thebanis .n. non contulit bellum contra Phocenſes. q̃ autem A ipſi B ineſt, per D monſtrabitur. Eodem aũt modo, ſi per plura ſimilia fi des fiat medij ad extremum.

Planum



Probat A de C p B, qđ cõfirmat exẽplo ipſius D: A vero probat đ B ipſidẽ D.

Thebani contra Phocenſes.

Planũ igit, ꝙ exemplũ eſt, neq; vt pars ad totũ, neq; vt totũ ad
B partẽ: ſed vt pars ad partẽ, qñ ambo ſub eodẽ ſint, notũ vero alte rũ. Et differt ab inductiõe: qm̃ illa quidẽ ex oĩbus indiuiduis extremum monſtrabat ineſſe medio, & ad extremũ non coaptabat ſyllſm: hoc autem & coaptat, & non ex omnibus monſtrat.

Tractatus de Exemplo. Cap. 30.

Quid ſit exẽplũ, & quo, & qđ oñdat.

EXemplum vero eſt, cùm oſtendimus maius ineſſe minori, in eo ꝙ oſtẽdimus medium ineſſe ſimili minori per inuentionem maioris: cùm medium ineſſe minori, & maiorem ſimili minori extremitati manifeſtius extiterit eo, quod
C volumus monſtrare, hoc eſt maiorem ineſſe minori. Vt in exemplo, ſi fuerit extremitas maior A, & minor C, & medius B, & E ſimile ipſi C: ſit autem B ineſſe ipſi C, & A ipſi E notius, q̃ A ineſſe ipſi C. Exemplum in hoc ex materijs, ſi accipiamus loco A iniuſtum, loco B interimere Athmanem, loco D interimere pios, & loco E interimere Omarem. Cùm igitur monſtrare voluerimus, ꝙ interimere Athmanẽ eſt iniuſtum, præmittemus ad hoc, ꝙ interimere pios eſt iniuſtũ: hoc autem monſtrabimus, eo ꝙ interemptio Omaris fuit iniuſta. hoc igitur monſtraro dicemus, interimere Athmanem eſt interimere pios: & interimere pios eſt iniuſtũ, ergo interimere Athmanem eſt iniuſtum. Planum autem, ꝙ Athmanẽ eſſe piũ, & interimere Omarem eſſe iniuſtum, eſt notius apud nos, q̃ ꝙ interemptio Athmanis ſit iniuſta. Planum igitur ꝙ monſtrauimus maiorem extremitatem
F ineſſe medio: puta cùm dicebamus interimere pios eſſe iniuſtum, per id, quod ipſa inerat ſimili minori extremitati. & hoc eſt interimere Omarem, quod eſt ſimile Athmani ſm pietatem, & coaptationem. Conſimiliter accidet, ſi manifeſtũ fuerit maiorem extremitatem ineſſe medijs, eo ꝙ ineſt multis ſimilibus, dummodo non cõpleantur oĩa particularia: tunc. n. erit inductio præcedens. Planum igitur ex hoc, ꝙ exẽplũ eſt mõſtratio, in qua fit progreſſus à particulari notiori

Nota q̃ ꝑ ceſſus fiũt ſyllſ, ſdm ẽdẽ, & exemplum.

ad ignotius, quoniam ſimilium nō eſt vnum ſub altero: & ꝙ inductio eſt progreſſus particularium notio rum ad vniuerſale ignotius, & ſyllo giſmus ab vniuerſali notiori ad ſuū particulare ignotius, hoc eſt ad cor cluſionem intrantem ſub propoſi tionem maiorem. Differunt au tem exemplum atque inductio, de qua mentionem fecimus, in hoc: quoniam inductio eſt ex omnibus particularibus ingredientibus ſub terminum medium, & oſtendit ꝙ terminus maior ineſt medio: ſed exemplum non ex omnibus parti cularibus oſtendit maiorem extre mitatem ineſſe medio.

Dīa ſter I ductioné & exēplū.

H

De Abductione. Cap. 31. K

ABductio vero eſt, cū pri mū medio inexiſtēs ma niſeſtum ſit: vltimo aūt mediū obſcurū quidem, ſed ſiſr credibile, aut magis ḡ̃ concrō. Amplius, ſi pauca ſint media vl timi et medij: omnino .n. pro pinquius ſcīę accidit eſſe. Vt ſit A docibile: in quo B, ſcīa: C iuſti tia. ꝙ igitur ſcīa docibilis, pla num: ſi aūt virtus ſcīa, obſcurū. ſi igitur B C ſimſr, aut magis cre dibile, ḡ̃ A C, abductio eſt: eſt. n. proximꝰ ipſi ſcire, eo ꝙ ā̃ſſum pſimus A C, ſcīam priꝰ ñ hītes.

L

Al. colę. adſumpſi mus ipſi A C, ipſiꝰ A B, ſciaꝫ. In hoc ſyllo ſiſr, aut magis credibile ē C B, q̄ C A. & iō cō cſonę aſſū mimꝰ ipſius ſciam priꝰ nō ha bentes.



Aut rurſus ſi pauca ſint media ipſorū B c: nanq; et ſic, pximius ipſi cognoſcere. Veluti ſi K eſſet quadrari: in quo aūt E, rectilineū: ſi quo vero F, circulus: ſi ipſi⁹ E F vnū ſolū eēt mediū, hoc qđ ē, cū lunulis ęqlē fieri circulū rectilineo, eē poſſet, ppe ipſū cognoſcere.

M



Mior E F pbat̃ per vnū me diū: & iō abductho fit in hac rōne.

Cùm



Per hanc descriptionē mōstrabat Hippocrates circulū quadrare.

B

Cùm vero B C, neq; credibilius sit, quàm A C, neq; pauca media, non dico abductionem: neq; qm̄ B C sit immediatū, tale.n. scia est. E

De Inductione, seu Abductione. Ca. 31.

Auer. pro abductione habebat inductionē: & iō multa cōfudit.

MOnstratio autē, q̄ est per inductionem, confert in eo q̄ accipitur pars syllſi, cùm propō, quę monſtratur per inductionem, ponitur propoſitio minor in ſyllſo primæ figuræ, & maior eſt per ſe manifeſta. & hoc etiam conſimiliter, cùm fuerit inuentio termini medij minus occulta q̄ cōcluſio, aut ęqualis ipſi in occultatiōe. Quòd igitur ſit propoſitio minor. qm̄ cùm fecerimus ad oſtendendam propoſitionem maiorem, & compleuerimus omnia particularia ſm̄ conditionē prædictam, iam monſtratus erit cōcluſio per ipſam inductionem. nō autem quod oſtenditur per ipſam eſt vtile, ex eo q̄ ponit in ipſo pars ſyllſi, ſed erit hoc manifeſtius p̄ inductionem tantum abſq; eo, q̄ ſyllogiſmus coaptetur inductioni. Quòd autem ſit minus occulta quā concluſio, aut ęqualis ipſi in occultatione, quoniam ſi fuerit magis occulta quàm concluſio, fieri non poteſt, vt monſtretur tantum per terminum medium, nō per inductionem. & hoc quoniam occultum, quod oſtenditur per inductionem, ex neceſſitate eſt minus q̄ occultū, quod monſtratur per ſyllſm. quòd ſi nō, erit potentia ſyllſi & inductionis vna. accidet nanq; vt occultatio propoſitionis, quæ monſtratur per inductionem, ſit ęqualis illi, quæ monſtratur per ſyllſm, hoc eſt concluſioni, cùm fuerit concluſio ea, pquam ignoratur illud, q̄d ignoratur p̄ propōnem minorē, quod eſt magis vniuerſale. Vt in exemplo, ſi fuerit quæſtum, an oīs prudentia ſit diſciplinabilis, & ſolicitamus ad hoc monſtrandum per duas propoſitiones: quarum vna eſt, q̄ omnis prudentia eſt ſcia: & ſecunda q̄ omnis ſcientia eſt diſciplinabilis: erit igitur maior propō per ſe nota, puta q̄ omnis ſcia eſt diſciplinabilis: minor

C

Qm̄ monſtrat̄ p̄ inductionē minꝰ occultum, q̄ qd̄ p̄ ſyll̄ſ. F

G nor autem erit penitus ignota, dū ignorabitur cōcluſio. qm̄, cùm ſcie mus ꝙ aliqua prudentia, hōc eſt ſa pientia, & ſcientia, ſciemus etiam ꝙ eſt diſciplinabilis. ſed quæſitū erat, an omnis prudentia ſit ſcientia, & diſciplinabilis. cùm igitur verificatum nobis fuerit, ꝙ omnēs pruden tiæ ſunt ſcientia, erit etiam verifi cata nobis minor, puta ꝙ omnis prudentia ſit ſcientia, poſteaquam ignorantia noſtra in ipſis fuerit ſu per re vna, hoc eſt in minore pro poſitione ac concluſione: & hoc ex parte, qua inuentio in ipſis eſt no H ta per ſe, ſed vniuerſalitas fuit igno ta. Cùm vero fuerit cōcluſio ignotæ inuentionis in parte & in toto, hoc eſt ſimpliciter, & fuerit maior nota per ſe, & minor in eo quo viā habet vt monſtretur per inductio nē, ſequitur ex neceſſitate, vt ſcien tia in ipſa ſit maior, quàm ſcientia in concluſione. & hoc accidet, cùm particularia faciētia inductio nem, fuerint determinata ſecundū numerum. Quemadmodum ac cidit Antiquo Geometræ volenti monſtrare inueniri figuram qua dratam æqualem circulo, qui & po I ſuit propoſitionem maiorem, ꝙ omni figurę habenti lineas inuenit ur quadratum æquale, quod eſt notum apud Geometras: deinde ſolicitus fuit ad monſtrandum, ꝙ omnis circulus eſt æqualis figuræ rectilineæ, poſteaquam diuiſit circu lum ad figuras paucas ſecūdum numerum æquales figuris rectili neis, quæ ſunt figuræ lunares. quo niam ſi diuideretur totus in figu ras lunares, iam eſſet illud, quod fe cit per inductionem hoc in loco, ſe cundum eam conſuetudinem, qꝺa minor propoſitio eſt minoris oc- K
culationis, quàm concluſio. Quòd ſi non fuerint media determinata, quemadmodum ſe habent iſtę pro poſitiones, non erit oſtenſio p indu ctionem, ſed monſtrabuntur per ſyllm. Et propterea dixit Ariſto. in conſimilibus propōnibus, ꝙ nō vo catur monſtratio, quæ fit in hoc, inductio. Quoniam monſtratio ca dens in tali propoſitione, aut erit p ſyllm, aut per exemplum, aut p in ductionem, in qua non per ficiun tur omnia particularia: ſed iam ex poſuit hoc in loco, ꝙ ſpecies iſta in ductionis eſt exemplum. Conſimi- L liter cùm media minoris propoſi tionis multa extiterint, non vocabitur monſtratio, quę fit in hoc in ductio. Conſimiliter etiam, cùm fuerit ꝓpoſitio maior nota per ſe, tunc proprium erit propoſitionis, quę monſtratur per inductionem, vt ſit minor, & ſit minus occulta q̄ concluſio, aut æqualiter, & ſit non nota per ſe.

De Inſtantia. Cap. 32.

CAEterū inſtantia eſt pro M poſitio propoſitioni cō trariа. differt autem à ꝓ poſitione, qm̄ inſtantiam con tingit eſſe in parte: propōnē ve ro, aut omnino non contingit, aut non in vltibus ſyllis. Fertur autem inſtantia bifariam, & ꝙ duas figuras. bifariam quidem, qm̄ aut vltr, aut in parte omnis inſtantia: ex duabus vero figu ris, quoniam oppoſitę feruntur propoſitiōi: oppoſita autem in prima, & tertia figura conclu dantur

duntur ſolis. qñ. n. cenſeat omni ineſſe, inſtamus, ꝙ nulli, aut ꝙ alicui non ineſt. horum autē nulli quidem ex prima figura: alicui vero nō, ex vltima. Vt ſit A, vnam eſſe ſcientiam: in quo B, contraria. Cùm igitur proponit vnam eſſe contrariorum ſcientiam, inſtat, aut ꝙ omnino non eadem oppoſitorum: contraria autem oppoſita: quare ſit prīa figura. aut ꝙ noti & ignoti, non vna: hæc vero tertia. de C nanq; noto & ignoto, contraria quidem eſſe, verum: vnam autem ipſorū ſciam eē, falſum.

Vna ſcientia. Oppoſita. Contraria. Vna ſcia. O. Cōtraria.





Notum & ignotum.

Per terminū oppoſita, i. 1. figura, per mīi noti & ignoti, i tertia in ſtamus huic, ꝓpōni vīt affirmatiuæ, cōtrariorū oium vnam eſſe ſciam. *al. co. ad. ſciam.

Rurſus in priuatiua propoſitione conſimiliter. cùm enim cenſet non eſſe vnam contrariorum *, aut quòd omnium oppoſitorum, aut quòd aliquorū contrariorum eadē, dicimus, vt ſanabilis & ægrotabilis. oſum igiſ ex prīa: aliquorū vero ex tertia figu.

Vna ſcientia. Oppoſita. Contraria.



Sanabile & ægrotabile.

Per' inſtīa advſe; negatiuā A E, vīs q dē ꝑ prīmā, ꝑticularis vero ꝑ tertiā figuram.

G Simpliciter enim in oſſus, cùm vniuerſaliter quidem inſtat, neceſſe ad vſt contradictionem dicere eorum quæ propo nuntur. veluti ſi non exiſtimet eandem contrariorum omniũ, dicentem oppoſitorum vnam. ſic autem neceſſe primam eſſe figuram: medium .n. ſit quod vſt ad id, quod ex principio. In parte vero, ad quod eſt vſt, de quo dicitur propoſitio. vt noti & ignoti non eandem: contraria enim vſiter ad hęc, & ſit ter H tia figura. medium enim, quod in parte accipitur, vt notum et ignotũ, ex quibus enim eſt ratiocinari contrarium, ex his & K inſtãtias conamur dicere. Quare et ex ſolis his figuris ferimus in ſolis enim his oppoſiti ſyllogiſmi: per mediam enim non erat affirmatiue. Amplius, & ſi pluris indigeat orationis, quæ per mediam figuram, veluti ſi non det A ineſſe B, eo quòd C non ſequitur ipſum: hoc enim per alias propoſitiões planum. non oportet autem inſtantiam ad alia euerti, ſed ſtatim manifeſtam habere alteram propoſitionem. Vnde & ſignum ex L ſola hac figura non eſt.



I

Nõ fert' inſtãtia i ſecũda figura: qa ſæa inſtãtia idigemus cõuerſiõe maioris, vt ꝑdicatũ inſtãtiæ ſit ꝑdicatũ i ſyllo. M

Conſyderandum autem & de alijs inſtantijs, vt de ijs quæ ſunt ex contrario, & ſimili, & eo quod ſecundum opinionem: & ſi eam, quæ eſt in parte ex prima, aut priuatiuam ex media poſſibile capere.

Tractatus

A

Quid sit Instantia, & quo differat a ꝓpõne, cui fit instantia.

DIxit. Instantia vero est ostensio per propositionem contrariam propositioni, quã intendimus destruere per instantiam. differunt autem ambæ propositiones, quoniã propositio, cuius intẽdimus destructionẽ, sem per erit vniuersalis, quoniam ipsa est, per cuius destructionem destruitur conclusio in syllogismo, cuius vna propositionum est particularis, & altera vniuersalis. sed propositio contraria in potentia huic propositioni, erit vniuersalis,

B quoniam continet plus quàm propositionem cõtradictoriam, quam intẽdimus destruere. erit autem aliquando particularis, cum fuerit magis appropriata propositioni, quam intendimus destruere, quàm propositio cõtradictoria. Instantia vero erit secundum naturam prior in

In quibus figuris fiat instantia. duabus figuris, in figura prima, ac figura tertia. & hoc, quoniam conclusio, per quam intẽdimus destruere propositionem vniuersalem syllogismi, aut erit vniuersalis, cùm intendimus destructionem vniuersalem, aut particularis, cùm intendi-

C mus destructionem particularem. & in particulari quidem proueniet conclusio ipsius secundum instantiam conclusio prima in tertia figura: in vniuersali vero in prima figura: siue propositio, quam intendimus destruere, fuerit vniuersalis negatiua, siue vniuersalis affirmatiua. si enim extiterit vniuersalis affirmatiua, destruitur aut per vniuersalem negatiuam, aut per negatiuam particularem: sin autem fuerit negatiua vniuersalis, destruetur aut per affirmatiuam vniuersalem, aut per affirmatiuam particularem, fiet autẽ

D contradictio maiori propositioni, si vniuersalis quidẽ extiterit, in prima figura: sin autem particularis, in tertia ex materijs per se. Vt in exemplo, si quispiã posuerit A inesse omni B, & voluerimus destruere hanc vniuersalem per conclusionem negatiuam, ponemus quòd A negatur ab omni eo, quod comprehenditur in B, & prædicatur de B sic, puta C, & A subijciatur secundum naturã ipsi C, & C subijciatur ipsi A. hæc autem est complicatio primæ figuræ ex necessitate. Quòd si cõtradicemus ipsi

E contradictione particulari, accipiemus quòd A negatur ab aliquo B, & erit pars ista D, & proueniet D subiectum secundum naturam amborum extremitatibus. hæc autem est complicatio tertiæ figuræ, & erunt ambæ propositiones positæ ad contradictionem oppositæ in potẽtia propositioni, quam intẽdimus destruere, aut ex parte qua sunt magis vniuersales, aut ex parte qua sunt magis appropriatæ. Et eodem pacto faciem⁹, cum fuerit propositio, quã intẽdimus destruere vniuersalis negatiua. Vt in exemplo ex materijs, si


Dixit: poſtea cū veli
m⁹ rōcinari, ꝙ A ſequi
tur ex B & C, erūt hæc
ambo cōſequētia ſeinui-
cē, & conſequentia p
cōnexionē: igit̄ p hūc
modū fieri pōt, vt mō
ſtret̄ aliqd ex aliquo.
ſenſus eſt, ꝙ ſyllſ circu
laris erit poſſibilis, cū
termin⁹ maior, qui eſt
A, exēpli gra, ſequat̄ ex
medio, qui eſt B, & me
di⁹ ſequet̄ ex minore,
qui eſt C, & fuerint tres
iſti termini cōuertibi-
les: hoc eſt, vt ſequa-
tur ex A, B: & ex B, A.

Cùm verò dixit: de
oībus, quæ ordinātur
in prima figura. ſenſus
eſt, ꝙ ad faciendū circu-
lum oportet cū hoc,
ꝙ monſtrantur ambæ
p̄põnes, vt monſtret̄
ēt ipſas cōuerti. & hoc
eſt, qđ voluit cū dixit:
cum oībus, quæ ordi-
nant̄ in prima figura,
hoc eſt conuertibili.

Atq; dixit, in prima fi
gura: qñ fieri nō pōt,
vt mōſtret̄ circulus in

MANTINVS

ſionē, niſi ſumamus ip
ſammet cōcluſionē, &
cōuerſam vnius p̄miſ-
ſę p declaratione alte-
rius: rurſum ſumam⁹
cōclōnē quoq; et con-
uerſam alterius p̄ ex-
poſitione prioris præ-
miſſæ. & hoc non pōt
verificari niſi per pro
poſitiones conuerſas.

Et dicit: cūq; volum⁹
ſyllogizare, vtrū A ſe-
quat̄ ad B & C, & hæc
mutuo inter ſe ſe cōſe
quant̄ & inferāt cōpo-
ſitionē, tunc hæc rōne.
poterit declarari alte-
ra ex altera. Intelligit
q dē, ꝙ ſyllſ circularis
ē poſſibilis, qñ maior
terminus, qui ē A, exē-
pli gratia, ſequat̄ ex
medio, qđ ē B, et me-
dius ſequit̄ ex minori,
qui eſt C, & hi tres ter-
mini ſint quoq; cōuer
tibiles, ſ. vt ex A ſequatur B, & ex B, A.

D. d. & ſic de oībus,
quę ordinantur in pri
ma figura. ideſt, ꝙ vſu
ipſius circuli p̄ter hoc,
quod declarant̄ ambæ
p̄miſſæ, oportet, vt de-
claret̄ earū conuerſio.
& hoc intelligebat, cū
dixit, de oībus, ſ. q ordi-
nant̄ in prima figura,
hoc ē ea, ſ. cōuertunt.

Et dicit: In prima
figura, quia non pōt de-
clarari ipſe circulus p

propo-

ABRAM

præmiſſarum ſyllſ ſimul,& omnia, quæ cõ texuntur pro illa in cõ monſtratione præmiſ ſarum ſyllſ, niſi ſyllſ fuerit in prima figura, & hoc dũ opportunũ fuerit. Et propterea dixit:qñ autem cõmonſtratur in duabus alijs figuris, aut nõ ſit ſyllſ, aut non ſit de oĩbus rebus,hoc eſt, cùm notũ eſt de eõditione duarũ aliarũ figurarũ, ideſt ſecũdæ & tertiæ, ꝙ aut non ſubintret illã ſyllſ reciprocus,aut impoſſit illo commonſtrari vtraſq; ꝓmiſſas præaſſumptas in illo.

Quoniã,qñ in ſecunda figura cõcluſio fuerit negatiua, non concluditaliquid dũ ſecũ iungũtur præmiſſa negatiua: dum autẽ minor fuerit negatiua in ſecunda figura, & ſecũ coniungitur præmiſſa affirmatiua, contextus ille cõcludit, ſed aliud ꝙ quæſitũ: minor enĩ nõ ſit negatiua in prĩa figura. Sicq; iam commonſtratũ eſt,ꝙ cõcludat, ſed aliud ꝙ quod quæritꝰ. & illud eſt qđ intendebat dum dixit: aut non ſit de omnibꝰ rebꝰ acceptis:id eſt aut non ſit ſyllſ de re, ſcilicet poſita quæſita.

BVRANA

ꝓpoſitionibus ſyllſ ſimul,& ſi oĩ,quod ordinat' ad monſtrationẽ ſit ſyllſ: niſi fuerit ſyllſ in prima figura.& hoc conſiſtit etiã,cùm fuerit affirmatiuus. Et ꝓpea dixit:iã vero monſtratum eſt conſiſtit etiã, ꝙ in vltimis duabus figuris, aut non erit ſyllſ, aut non erit de omni accepto. ſenſus eſt, ſed mõſtratur & ex diſpoſitione duarũ figurarũ vltimarũ,hoc eſt, ſecũdæ & tertiæ,ꝙ aut in ipſis nõ eſt ſyllſ circularis, aut ſi eſt, fieri non põt, vt mõſtrent' ambę ꝓpoſitiones acceptæ.

Qñ concluſio in ſecunda figura, cũ ſit negatiua,nõ cõcludit aliquid, ſi ipſi coapteꝰ propoſitio negatiua. cùm vero minor in ſecunda figura ſit negatiua, & ipſi applicetur ꝓpoſitio affirmatiua, erit quidem complicatio cõcludẽs, ſed aliud à quæſito: qñ minor erit negatiua in prima figura.iam enĩm declaratum eſt, ꝙ hæc concludit,ſed aliud à quæſito:& hoc ẽ quod voluit, cùm dixit, aut nõ erit de acceptis, hoc ẽ, aut non erit ſyllogiſmus de aliquo,hoc eſt, quæſito poſito.

MANTINVS

propoſitiones ſyllſ ſimul, neq; de quacũq; re ordinatur,ꝙ declaratione ꝓpoñ ſyllſ, niſi ſyllſ fuerit in prima figura, & hoc quoq; cũ eſt neceſſariũ. Et ideo dixit:põt adhuc p alias duas figuras ꝓbari.ſed tunc vel non erit ſyllſ, vel nõ erit de cũctis rebus ſumptis. hoc eſt & manifeſtum eſt, ipſis duabꝰ figuris vltimis, ideſt ſecunda & tertia, ꝙ vl nõ fiet in eis ſyllſ circularis, vel ꝙ nõ poſſint declarari ꝓ ipſum vtræq; præmiſſæ in eo ſumptæ. A

Quia,cùm cõcluſio in ſecũda figura fuerit negatiua, nihil concludet, ſi adiũgas ei ꝓpoſitionẽ negatiuam, & ſi minor in ſecunda figura fuerit negatiua,& ei annectat' ipſa propõ affirmatiua, tũc ille amplexus concludit, ſed aliud ꝙ ipſum quæſitum. tũc enim minor eſt negatiua in prima figura, & iam fuit declaratum, ꝙ hoc concludet,ſed aliud à quæſito. & hoc intelligebat cùm dixit: vel non erit de cunctis rebus ſumptis,hoc eſt vel nõ erit ſyllogiſmus de re, ideſt de ipſo poſito quæſito. B C

T.6 pars D [a] *Quæ vero non contrapredicantur, nullo modo est monstrare circulo. quare quoniam pauca talia in demonstrationibus, manifestum quòd nanq; et ipossibile est dicere ex ijs, quæ ad scimucē demõstrationem esse, & propter hoc omnium contingere esse demonstrationem.*

ABRAM

T c.17 Res vero, quę non cõuertuntur cũ suis subiectis, nequeunt reciprocè cõmrari: tales enim demonstrationes admodũ paucæ sunt. & commonstratiũ ee euidẽs E est, orationẽ demonstratiõis esse ex his, quę mutuo sunt, & ꝙ hinc sit eẽ posem demfonẽ de omni re sit ridiculum dictum, atq; impoſe.

Cõ.17 Dixit, qñ res nõ conuertunt prædicatione nõ est modus quo cõmonstrent reciprocè. quare, si concesserimꝰ demfationes fieri reci F procè non constarent demfones fm hoc, nisi de admodũ paucis rebus. & hinc commonstratur, & apparet, ꝙ si cõcesserimus reciprocationẽ esse demfonẽ, ꝙ illa fiat ex ijs, quæ in uicẽ sunt: hoc autẽ est de quibusdam, non de oſbus rebus: & ꝙ q aſſerit demõstrationem reciprocam fieri de oſ re, sit eius dictum ridiculum & impoſſibile.

BVRANA

Dixit Arist. Atqui quæ non conuertim prædicatur non poſ sunt monstrari p circulũ. & hoc, qm exẽ pla istarũ demõstrationum sunt pauca. declaratũ aũt est, ꝙ sermo de demfone est de parte ad partem. dicere igitur, ꝙ per hunc modũ est demfo ſuper omni re, est sermo incõue niens & impoſis.

Dixit: Cùm igit sunt res, quæ non cõuertuntur, non poſſunt monstrari per circulum. igitur, si fateamur, quòd demonstrationes sunt per circulum, non ſtabunt demõstrationes ſuper hoc, nisi in paucis. & monſtratum est etiã & apparet ex hoc, si fateamur, quòd circulus est demõstratio, ꝙ erit ex parte ad partem, & hoc in parte rerum, non in omnibus: & quòd sermo dicens, quòd demõstratio circularis est de omni, est inconueniens & impoſſibilis.

MANTINVS

Si ea vero, quæ cõuertuntur, non poſ T.c.17 ſunt circulo ꝓbari, non fient vtique de quauis re cõtigerit, demõstratiões, nisi de admodum pauciſsimis rebus. Ostẽ sum est autẽ ex his, quæ cõuertuntur de monſtrationẽ fieri, quòdq; de omnibus esse demonſtratiõnẽ sit salsum, et impoſsibile.

Dicit: si ea vero, quæ Cõ.17 nõ conuertunt fm prędicationẽ, nõ poſſunt circulo probari. ergo, si cõcedamus demonſtratiões fieri circulo, tunc nõ fient demonſtrationes de quauis re cõtigerit, sed de paucis admodũ rebus. Ex hoc itaq; constabit, atq; patebit, ꝙ si concedamus circulũ esse demfonẽ, qua demonſtrat aliq d de aliquo, & hoc in aliquibus nõ in oſbus rebus, & ꝙ qui dicit poſſe fieri demonſtrationem circularem de oſ re, eius dictum est falſum, & impoſſibile.

Summa.

Summa. 4. vſq; ad Tex. c. 25. Colligit omnes conditiones & ambitus demonſtrationis à Demonſtrantibus obſeruanda. A

Demonſtrationis propoſitiones veras eſſe veritate neceſſaria. Quid ſit id, quod dicimus, De Omni, quid Per ſe, quid Vniuerſale. Cap. 4.

ANT. INTER. TEX. VII. ET VIII.

49 *Quoniam autem impoſſibile aliter ſe habere, cuius eſt [2] ſcientia ſimpliciter, neceſſarium vtique fuerit ſcibile, quod eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiam: demonſtratiua autem eſt, quam habemus, eo quòd habemus demonſtrationem: ex neceſſarijs igitur ſyllogiſmus eſt demonſtratio. Accipiendum igitur [b] ex quibus, & qualium demonſtrationes ſunt.*

Tex. 8.

Contradictio Tomitani.

49 *Diſtinguit Ariſt. demonſtrationem à demonſtratiua ſcientia, dum ſeorſum probat* B *veram; fieri ex neceſſarijs. Idem autem ſunt, vt habes 2. huius Tex. 26. & ſupra Tex. 5. Sed vide ſolutionem Tomitani.*

ABRAM

T.c.28 Notũ aũt eſt, ꝙ ꝗſi tũ, qđ ſcit vera ſcia, impoſſe fit eſſe aliter q̃ eſt, & neceſſario hoc ſcit demr̃one, i quãtũ demr̃one cõſtat rei veritas. Neceſſaria qđẽ eſt, qa eſt ꝑ hanc cãm non tranſmutabilẽ, neq; variã, q̃ñ aũt ſit huius denominatiõis, ꝓmiſſę ſunt neceſſarię, nõ varię, nec trã ſmutabiles. Expedit itaq; cõſiderare ꝓprietates & conditiões, q̃bus demr̃onis ꝓmiſſæ ſunt neceſſarię: deíde pgrediemur tractare hãc cõſideratione de ꝗſitis demonſtratiuis.

Poſtq̃

BVRANA

Dixit Ariſt. Planũ autẽ, ꝙꝗſitũ, qđ ſcit ſcia vera, nõ põt ꝑmutari: & neceſſariũ ẽt vt ſit hoc ſcitũ ꝑ demr̃onẽ ex pte, qua demr̃o, qua cõſtituimus ſup re ẽm veritatẽ, eſt neceſſaria, q̃ñ eſt ꝑ cãm, q̃ nõ alteratẽ, neq; variatur. qđ cũ ita ſit, erũt ꝓpõnes neceſſarię & ſuariabiles, atque inalterabiles. Oportet igit, vt ſpeculemur de ꝓprietatibus & cõditiõib⁹, ꝑ quas ꝓpõnes demr̃onis ſunt neceſſarię: deinde ſequetur ſpeculatio de queſito demonſtratiuo.

Poſteaq̃

MANTINVS

Manifeſtũ itaq; ẽ, T.c.28 ꝙ quæſitum, qđ vera ſcia ſcitur, nõ põt aliter ſe habere. neceſſariũ ãt ẽ, vt hoc demõſtratiõe ſciat, q̃ñ demr̃o, qua res vere cognoſcit, ẽ vti que neceſſaria, quia fis ꝑ eãm ſmutabilẽ, C atq; inuariabilem. hmõi igit demr̃onis tales ꝓmiſſę ſuariabiles ac neceſſarię erũt. Oportet itaque tractari đ ꝓprietatibus, et condõnibus, quibus ꝓpoſitiones demr̃onis efficiantur neceſſarię, deinceps tractabimus de quæſitis demonſtratiuis.

Poſtq̃

ABRAM

Cō. 28 Postq̄ iā ostēsū ē ex
D demſonū definitione
φ expediat ꝓmiſſas eē
cām cōcſonis, & vera-
ces & notiores apud na
turā q̄ ipſa concſio, &
immediatas, atq; neceſ
rias, ad explēdū ſermo
nē de proprijs verarū
prēmiſſarū, & deponē
dū hinc perſcrutatio-
nē concluſionū, oſten-
dit, φ oporteat ipſas eē
neceſſarias, cùm illę fa
E ciant adipiſci illos epi
thetos, & ille ē epithe-
thus, qui inter cæteras
conditiones gerit vi-
cem conceptionis.

Et dixit: notum au-
tē eſt, φ quæſitum, qđ
ſcitur vera ſcia, impoſ-
ſibile ſit eſſe aliter q̄ ē,
i. φ per ſe euidens eſt,
φ quæſitum, qđ perfe
cta ſcia ſcitur, nequeat
vllo vnq̄ tempore eſſe
aliter q̄ eſt, ſed eſt ne-
F ceſſarium. quoniam,
niſi eſſet neceſſarium
nō correſpōderet ſcia
ipſi eſſe, φ ſit aliter q̄
eſt. & illę ſunt condi-
tiones, quibus veritas
diſcernitur ab eo, qđ
non eſt veritas.

Et poſtq̄ poſuit, φ
oporteat quæſitū eſſe
neceſſarium, Dixit: &
neceſſario hoc ſcitur
demſone, i. per ſe ēt no
tum eſt, hanc ſciam ad
uenire

BVRANA

Poſteaq̄ declarata iā
fuit definitio demſo-
nis, & φ oportet, vt ꝓ-
pōnes ſint cā cōcſonis,
& ψę, & notiores apd
nām, q̄ cōcluſio, & im
mediatę, & neceſſarię:
incipit ad maiorē per-
fectionē tractatū de
proprietatibus ꝓpōnū
verarū. & poſuit prin-
cipiū inquiſitionis ex
hoc, qm̄ mōſtratū eſt,
φ oportet ipſas eē ne-
ceſſarias. hic, n. ipſe tra
dit diſpōnes, quę ſunt
cōditiones procedētes
à reliquis condōnibus
per modū fundamēti.

Et dixit: Planum au
tem, φ quæſitum, qđ
ſcitur ſcia vera, nō pōt
permutari. ſenſus eſt,
cùm ſit manifeſtū per
ſe, φ quęſitū, qđ ſcitur
ſcia perfecta, non pōt
pmutari in aliquo tēpore, ſed eſt neceſſa-
rium. & hoc, qm̄, ſi nō
eſt neceſſarium, non
copulabit ſciæ ex eo,
φ ita eſt, φ uon pōt p-
mutari. quæ ſunt cōdi
tiones, per quas ſepara
tur verum a nō vero

Et, cū poſuit, φ opor
tet q̄ſitū eē neceſſariū,
dixit: & neceſſarii ēt,
vt ſit hoc ſcitū per de-
monſtrationē. ſenſus
eſt, et manifeſtū ē cōſi
militer ēt, φ hæc ſcia
non

MANTINVS

Poſtq̄ fuit ꝓbatū ex Cō. 28
ipſa definitiōe demſo
nis, φ prēmiſſę debeāt
eſſe cā concſonis, & ve
rę & notiores ipſi nāę
ipſa cōcluſiōe, atq; im
mediatæ & neceſſarię,
ideo nunc, vt perficiat
ſermonē de proprieta
tibus ꝓpōnū verarū,
initium ſumpſit huius
inueſtigatiōis ex hoc,
qđ declarat, ſ. oporte-
re eas eſſe neceſſarias.
qm̄ ex his ipſe venatur
quoſdā affectus, qui ſe
habebūt ad alias con-
dōnes, veluti fundamē
tum, & elementum.

Et dicit: Manifeſtū
itaq; eſt, φ q̄ſitum, qđ
vera ſcia ſcitur, nō pōt
aliter ſe habere. hoc ē,
cū manifeſtū ſit de ſc,
φ illud quęſitū, qđ ꝑ-
fecta ſcia ſcitur, nō pōt
aliter ſe habere vllo tē
pore, ſed ē neceſſariū:
qm̄, ſi nō eſſet neceſſa-
riū, nō adderet ad hoc
ſ. φ cùm ipſum eſt, hab-
bet ſcia, φ oporteat ꝑ-
terea nō poſſe aliter ſe
hr̄e q̄ eſt. & eſt vna ex
cōdōnib⁹, q̄bus diſtin
guit verū à non vero.

Et poſtq̄ poſuit ipſū
q̄ſitū oportere eſſe ne
ceſſariū, dixit: neceſſa-
riū aūt eſt, vt hoc de-
monſone ſciat. hoc eſt,
manifeſtū quoq; ex iſ,
φ hmōi ſcia acqui-
de

ABRAM

uenire quęsito, hoc est dictu, scientiã necessariã, i. ꝙ credamus p ipsam, ꝙ illud nequeat eẽ aliter q̃ est vllo vnq̃ tẽpore pp demonem. Et oportet demonstrationẽ esse talem, i. necessariam: fit astt talis, quia absq; dubio præmissæ sunt necessariæ.

Deinde rulit causam, qua scientia quæsiti est necessaria propter demonstrationem. quoniã notitia quæsiti est necessaria pp demonstrationem. Et dixit: inquantũ demonstratione constat rei veritas. Necessaria quidẽ est, quia est p hanc causam non transmutabilem, neq; variã. i. scientia quæsiti est necessaria pp demonem, qm̃ demo est de re p eius cãm, rei autẽ cã est ei necessaria. hoc est, ꝙ nunquam potest esse res nisi sit eius causa, dum autem demonstratio fiat p causam, scientia acquisita per ipsam nõ est transmutabilis, neq; varia, sed necessaria.

Et postq̃ argumenta tuesset, ꝙ demonis præmissas oporteat eẽ necessarias, incepit inquirere proprietates & cõditiones, quibus sunt necessãrio attingit quęsitum, hoc est scia necessaria: & hoc, vt credat p ipsã, qnõ ꝓt pmutari ab eo, ꝙ est, neq; I aliquo tpe, pp demonẽ: et oportet, vt demo sit cũ hac cõdõne, hoc est necessaria: et sirvtiq; hũc I modũ, qm̃ ꝓpones sũt absq; dubio necessarię.

Deinde adduxit causam, pp quã qđ scitur per quæsitũ est necessarium pp demõstrationem: qm̃ q̃situ, qđ scit' p demonẽ, est necessariũ. Et dixit: qm̃ demo, quã cõstruim' sup re fm veritatẽ, est necessaria: quia est cã inalterabilis & inuaria bilis. sensus est, acqui scita de quæsito est necessaria, ꝓpter demonẽ, qm̃ demo erit sup re p cãm suã: cã autẽ rei est ipsi necessaria. hoc est, qm̃ res nõ põt esse, neq; in aliquo tpe fine causa sua. cumq; demõstratio fit p causam, scientia, quæ acquiritur per ipsam, neque erit alterabilis, neque variabilis, sed necessaria.

Et postea q̃ reperijt, ꝙ oportet ꝓpones demonstrationis esse necessarias, cœpit inquirere proprietates cõditionum, pp quas erũt

MANTINVS

de ipso quęsito. necessaria, s. scia, qua credimus nõ posse aliter se habere vllo tẽpore pp ipsam demonẽ, oportetq; ipsam demonẽ ita se habere, s. esse necessariã: & hoc ita fit, quia ꝓpones sunt proculdubio necessariæ. A

Post hoc attulit cãm, ob quã scia, q̃ de quæsito habet, sit necessaria, pp demõstrationẽ: & est, quia quæsitũ, qđ p demonstrationẽ habetur, eius quidẽ scia est necessaria. Dixit: qm̃ demo, qua res vere cognoscitur est vtiq; necessaria, qa fit p cãm immutabilẽ atq; inuariabilem. hoc est, scia astt, q̃ de q̃sito habeẽ, est necessaria pp demõstrationem, qa demo fit de re per eius cãm. cã astt ipsi' rei ẽ necessaria ipsi rei. ac si, dicat rẽ posse nõ nunq̃ reperiri sine sua cã. & cũ demõstratio fiet p cãm, tũc scia, quã p ipsam assequimur, erit vtiq; Imutabilis, Inuaria bilisq;, sed necessaria. B

Et postq̃ fuit sancitũ, ꝙ ꝓpones demonstrationis debeant esse necessariæ, incœpit inuestigare proprietates & cõditiones, quibus sint C

ABRAM

D neceſſariæ, & illis conſtant inquantum ſunt neceſſariæ: ex his enim proprietatibus & attributis poteſt cognoſci neceſſarium à non neceſſario, quia ſunt notiores apud nos ipſo neceſſario, & illius ꝓprietas. Et dixit: Expedit itaq; conſiderare proprietates & conditiones, quibus demõſtrationis ꝑmiſſæ ſunt neceſſariæ: deinde ꝓgrediemur tractare hanc cõſiderationẽ de quæſitis demonſtratiuis.

E

DVRANA

neceſſariæ: qm̃ ex iſtis proprietatib⁹ & diſpoſitionib⁹ cognoſci poteſt neceſſarium à nõ neceſſario, quoniã eſt notius apud nos quàm neceſſarium, & eſt pro prium ipſi. Et dixit: Oportet igitur, vt ſpeculemur de proprietatibus & cõditionibus, propter quas propoſitiones demonſtrationis ſunt neceſſariæ, deinde ſequetur ſpeculatio de quæſitis demonſtratiuis.

MANTINVS

neceſſariæ & ex quib⁹ noſcamus ipſas eſſe neceſſarias. qm̃ ex hmõi proprietatibus, & cõditionib⁹ poterit dignoſci neceſſariũ à non neceſſario, quia tũc erit notius apud nos ꝓpium ipſum neceſſariũ, eritq; ei⁹ proprietꝫ. Et hoc voluit, cũ dixit: oportet igit̃ tractari de ꝓprietatibus & cõditionib⁹, quibus ꝓpõnes demõſtrationis efficiãtur neceſſariæ, deinceps tractabimus de quæſitis demonſtratiuis.

T.8.pars 50 *Primum autem determinemus, quid dicimus de omni, & quid per ſe, & quod vniuerſale. De omni quidem igitur hoc dico, quod ſit vtiq; non in aliquo quidem, in aliquo autem non: neque aliquando quidem, aliquando autem non. vt ſi de omni homine animal, ſi verum hunc dicere hominem, verum & animal: & ſi nunc alterum, & alterum. & ſi in omni linea punctum conſimiliter. Signum autem, a etenim inſtantias ita ferimus, tanquam de omni interrogati,* F *aut ſi in aliquo non, aut ſi aliquando non.*

Contradicho Tomitani.

50 Diffinit Ariſt. ipſum de omni duabus conditionibus, vniuerſalitate S. temporis, & ſubiecti, dicens illud eſſe predicatum, quod ineſt omni ſubiecto, & ſempre. Oppoſitum eſt Primo Priorum cap. 1. in fine, vbi definiens dictum de omni, tantum attulit conditionem, videlicet, quòd predicatum inſit toti ſubiecto, nihil autem meminit de tempore. Sed vide ſolutionem Tomitani.

T.c.29 Primò itaq; conuenit exponere quid ſignificet dici de oi, & ꝑ ſe, & qd ſignificat dici vniuerſale.

Dici

Dixit Ariſt. Et primò oportet, vt inciamus & exponamus, qd ſit qđ dicimus de oi, & ꝑ ſe, & quid diſpõ eius, qđ dicimus vniuerſale.

Diſpõ

Inqt Ariſt. Primũ, autẽ exponendũ eſt quid ſignificet dici de omni, & per ſe, & dici vniuerſale. T.c.29

Per

ABRAM

Dici quidē de omni est., quando prædicatū inest alicui parti ipsius subiecti, & alicui non inest: & qñ prædicatum nō inest alicui parti subiecti quodā certo tpe, & aliqñ non. ꝓut enūtiamus aſal de oſ hoſe, ſic ꝙet de quouis viro enūtiamus ꝙ ille ſit homo, cū fuerit verū de eodem, ſi enūtiaremus ꝙ ſit animal eſt verum, & ſi nunc ſit vnū verū, & alterū eſt verū. ſiſt & punctus de omni linea. Cauſa aūt, qua oportet complecti has duas conditiones in eo, quod eſt dici de oſ, eſt: quia cōtradictoriū, qđ contradicit enūtiationi dicēti ipſam dici de oſ, ſit qñ vr prædicatū non ineſſe alicui dato ſubiecto, aut vr hoc prædicatum nō ſeſſe alicui dato ſubiecto certo dato tpe.

Cō.29 Cùm eius intētionis ſit oſtendere proprietates, quæ propriè diſcernunt præmiſſas neceſſarias, quæ ſunt tres, quarū vna ē de omni, et

SVRANA

Diſpoſitio igit eius, quod dicimus de oſ eſt, cùm nō ſit prædicatū inexiſtēs alicui ſubiecto, & alicui nō inexiſtens. et cū nō ſit ꝑdicatum inexiſtens alicui ſubiecto in aliquo tpe, & in alio nō. quemadmodū cū enūtiam⁹ animal de omni hoſe. tunc enim de quocūq; indiuiduo enuntiamus verē, ꝙ eſt homo, de eodem verē enuntiamus, ꝙ eſt aſal: & ſi alterum nūc eſt verū, & alterum erit verū. & cō ſiſt pūctus in omni linea. Et cauſa, ꝓp quā oportet has ambas conditiones aggregari in dicto de omni: qm̄ contradictio, qua contradicimus enūtiationi de omni eſt, cū vr prædicatū vni ſubiecto rum non ineſſe, aut vr, ꝙ hoc prædicatū vni ſubiectorū non inſit in aliquo tpe.

Qm̄ intētio ſua ē declarare ꝓprietates, quę appropriant ꝓpōnib⁹ neceſſarijs, q̄ ſunt tres: quarū vna eſt, vt prædicatum in ipſis ſit de oſ: ſecūda

MANTINVS

Per dici aūt de omni intelligim⁹ ne prę dicatum inſit alicui ſubiecto, alicui vero non inſit, & ne inſit aliquo tempore, aliquo vero alio tempore non inſit. vt cū enunciamus ipſum animal de omni homine. ſic enī de quo libet indiuiduo hominum enūtiamus eſſe hominē, & hoc ſiſt verū. ergo, ſi enunciamus de eo quòd ſit animal, erit verū. et ſi fuerit vnū eorū nūc verum, alterum quoq; erit verum. ſiſtq; punct⁹ cuiuslibet lineę. Cauſa aūt, ob quā oporteat has duas in eo, quod eſt dici de omni, cōcurrere cōditiones eſt, ꝙ enuntiationi, quā quis de omni affirmat, contradicitur nō de omni eſſe, vel ꝙ prædicatum non inſit alicui ſubiecto rum, vel ꝙ non inſit eidem aliquo tpe. A B C

Poſtq̄ decreuerat declarare ꝓprietates, quę ſunt ꝓpriæ ipſis propōnib⁹ neceſſarijs: q̄ qđē ſunt tres. prima eſt, ꝙ ꝑdicatū earū ſit de oſ: Cō.29

I ij ſecūda

ABRAM

D & secunda esse per se, & tertia sua predicationē esse vltem. Dixit primo, ꝙ conueniat explicare qd nomina significent, deinde explicabit necessitudinem specierū illarū præmissarum demōstratiuarū.

Et dum ait, primo itaq; conuenit exponere qd sit dici de omni, & per se, & quid significat dici vlē intendit,

E ꝙ ex quo proprietates discernentes præmissas necessarias sunt, ꝙ illarum prædicatio sit de omni, & per se, & prædicatio propria ei in hoc libro, s. prædicatio vniuersalis, iam conuenit, ꝙ primo incipiamus explicare qd hæc nomina significent, & post explicabimus, ꝙ expediat demonstratiuas p̄missas esse harū

F trium conditionum.

Et qū dixit; Dici quidem de omni est, qñ prædicatū inest alicui parti ipius subiecti, & alicui non inest: & qñ prædicatū inest alicui parti subiecti quodam certo tēpore, & aliqñ non, intendit per prædicationē de omni, ꝙ prædicatum insit toti subiecto, non eius parti, & semper, nō aliquo tempore excepto alio, nec

BVRANA

secunda vt sit per se, tertia, vt prædicatio in ip fis sit vlis. Primum me mouit, ꝙ oportet exponere, quid significant nomina, deinde monstrare, ꝙ oportet ipsas esse in propositionib⁹ demonstratiuis.

Et dixit: Et primo oportet, vt incipiamus & exponam⁹, qd sit, qd dicim⁹ de oī, & p se, & qd dispō ei⁹, quod dicimus, vle. sensus est, & posteaq̄ ꝓprietates, q̄ appropriant ꝓpōnib⁹ necessarijs, sunt, vt ꝑdicatū in ipis sit de oī & p se, & cū onere qd appropriat in hoc libro oneri vlis: igit̄ is oportet, vt incipiam⁹ exponere, quid significant hæc nola: deinde ostendam⁹ post hoc, ꝙ oportet ꝓpōnes demōstratiuas esse cū istis conditionibus tribus.

Cū vero dixit; Dispō igit̄ eius, qd dicim⁹ de oī est, cū nō sit ꝑdicatū inexñs alicui subiecto & alicui non inexñs: & ꝙ nō sit ꝑdicatū inexistens alicui subiecto in aliquo tpe & i alio nō, & volumus p onus de oī, vt sit ꝑdicatū inexistens oī subiecto, non sit parti ipi⁹, & in oī tpe, nō i insistāti alio absistāti nō in toto ipso, neq;

MANTINVS

secunda ꝙ sit p se: tertia ꝙ prædicatio in eis sit vlis. Ideo primo dicit, ꝙ debemus exponere quid p illa nomina significat, mox probabit, qđ est opus illas reperiri in ipsis propositionibus demonstratiuis.

Et ideo dicit: Primū ast exponendū est qd significet dici de oī, & p se, & dici vle. hoc est, cū ipsæ ꝓprietates, quæ sunt ꝓpriæ ipsis ꝓpositiōib⁹ necessariis, sint, s. vt ꝑdicatio i eis sit de omni, & p se, & de ꝑdicatione, quæ est ꝓpria huic libro, quæ scilicet est ꝑdicatio vlis; ergo cōsentaneū est, primo exponere, qd hęc nola significet, mox ꝓbabimus ꝓpōnes demōstratiuas debere continere in se has tres cōdōnes.

D.d. Per dici aut̄ de oī, intelligimus ne ꝑdicatū insit alicui subiecto, alicui vero nō insit: & ne insit alicui subiecto aliquo tpe, aliquo vero alio tpe non insit. hoc est intelligimus p prædicari de oī vt ipsum ꝑdicatū insit toti subiecto nō parti eius, & in omni tpe, nō in aliquo tpe sic & in alio non. siue toti, siue parti

ABRAM

nec toti nec parti. & explicauit, ꝙ prædicationem necessariã oporteat esse harum duarum conditionum.

Et dum dixit: Prout enũciamus animal de omni homine, sicq; & de quouis viro enũciamus ꝙ ille sit homo, cùm fuerit verum de eodem, si enuntiemus ꝙ sit animal, est verũ, & si nunc sit vnũ verũ, & alterum est verum. intẽdit, exemplũ enuntiationis vlis est enuntiare de omni homine ꝙ sit animal. significatum vlt in illa est, qnia de quouis est verum enũciare, ꝙ sit homo, est etiam verum quouis ꝛpote sine dubio ipsum esse animal.

Et dixit: & si nũc sit vnũ verum, alterũ est verũ. hoc est, dũ enuntiam⁹ aliquã rem esse hominem, & ponimus illud esse verum. similiter enuntiatio dicens illã esse animal est verum sine dubio omni tpe. Et dum dixit: sicꝛ & punctus. intendit similiter est enuntiare, quòd omnis lineæ fines sint duo puncta.

Et, cũ narrauerit has duas cõditiones esse cõditiones ꝓdicatiõis de oĩ, tulit huius rõnem,

et

BVRANA

neq; in parte ipsius: & declarauit, ꝙ oportet onus necessarij esse cũ his duab⁹ cõditionib⁹.

Et dixit quemadmodum, cùm enũciamus animal de omni homine, tunc enim de quocunq; indiuiduo enunciamus verè, quòd est homo, de eodem verè enuntiamus ꝙ est animal. sensus est, & exemplum enũciationis vniuersalis, vt enuntiem⁹ de omni homine, ꝙ est animal: quoniam dispositio vniuersalis est hæc, quòd de quocunq; indiuiduo verè enuntiamus q̃ quòd est homo, de eodem verè enuntiamus, quòd est animal absq; dubio, & hoc in omni tempore.

Et dixit: & si alterum nunc est verum, & alterum erit verum. sensus est, ꝙ cùm ipse enũciauerit de re, ꝙ est homo, & posuerit hoc verum, igit enũciatio de ipso, ꝙ est animal, erit vera sine dubio. Et dixit: & consistit dispositio puncti. sensus est, & cõsimiliter enũciatio, ꝙ in omni linea extrema sunt duo puncta.

Et postea narrauit, ꝙ ambę istæ cõdones sunt cõditiões ꝓdicati de oĩ, adduxit disputationẽ

MANTINVS

parti eius. & declarauit A
ptædicationẽ necessariã debere habere has duas conditiones.

Dum dicit: vt cũ enũciamus ipsum animal de omni hoie. sic enim de quolibet Idiuiduo hominũ enunciamus esse hominẽ. & hoc sit verum. ergo, si enũcie m⁹ de eo, ꝙ sit animal, erit verum. hoc est, vt exemplũ de vlti enunciatiõne sit, si enuncie B
mus de oĩ hoie, ꝙ sit animal huius. n. significatũ vltẽ, ꝙ de quocunq; hoie enũciem⁹ ipsum esse hominẽ, & sit illa nostra enunciatio vera, ergo, cũ enunciabim⁹ de eo quòd sit animal, erit vtiq; verũ ꝓcul dubio, & hoc in quolibet tẽpore.

D. d. & si fuerit vnũ eorũ nunc verũ, alterũ C
quoq; erit verũ. hoc ẽ, cũ enunciemus aliquã rẽ esse hominẽ, & cõcedat hoc esse verũ, tunc enunciatio, quæ fiet de ea re, ꝙ sit animal, erit ꝓcul dubio vera omni tpe. D. d. sicꝛq; punct⁹. i. sicꝛq; si enũciemus, cuiuslibet lineæ extrema sunt duo puncta.

Et postq̃ dixit, ꝙ hæ duæ sunt cõditiones ipsius ꝓdicationis de oĩ, attulit huius rei rõnẽ

ABRAM

D et dixit, quòd causa, qua oporteat concurrere has duas conditiones in dici de omni, ẽ: quia q oppugnare habet enuntiationem dicti de omni, ille est, quãdo opinatur, quòd alicui subiectorũ non insit prædicatum, aut sibi videtur quòd hoc prædicatum non insit vlli subiecto, aut explicat prædicatum in-
E esse vni suorum subiectorum, aut omnibus aliquo certo tempore.

BVRANA

tionẽ sup hoc, & dixit: & cũ, pp quã oportet has duas cõditiones aggregari in dicto de oĩ: qm̃ Istaʿ enũtiationi, q ẽ de oĩ. cũ appet ꝑdicatũ nõ ineʿ alicui subiectorũ, aut vʃ, ꝙ hoc ꝑdicatũ vni subtorũ nõ ineʃt in aliquo tpe, aut olbᵒ subiectis. sensuʿ ẽ; & disputatio, pp quã res cõsiltit in hoc, vt oporteat aggregari ambas istas cõdones in dicto de oĩ, qm̃ instaʿ subo de oĩ ꝑ defectum vniᵘ harũ duarũ cõditionũ: & hoc, si cõtigerit, ꝙ hoc ꝑdicatũ vni subiectorũ nõ Isit, aut monstreʿ, ꝙ hoc ꝑdicatũ vni subtorũ nõ ineʃt in aliquo tempore, aut omnibus subiectis.

MANTINVS

dicens: causa autem, ob quã oporteat has duas conditiones simul reperiri in eo, quod dicitur de omni, est, qa qui vult contradicere ipsi enuntiationi, & dicere, quòd non sit de omni, ostendit illud prædicatum non inesse vni alicui subiectorum, vel probat prę dicatum nõ inesse vni subiectorum eius aliquo tempore, vel cunctis subiectis.

AMT. INTER. TEX. IX.

F *Per se autem, quæcunque & insunt in eo quod quid est: vt triangulo linea, & linea punctum. ª substantia namque ipsorum ex his est, & inᵘ oratione dicente quid est, insunt.*

ª Alpha. alij le. ratione, & sic & inferiꝰ.

T.c.30 Per se aũt dicit de omnibus prędicatis acceptis in subiecto rum definitionibus. prout sumitur linea in definitione trigoni, & punctus in definitione lineæ. ipsę enim est essentialis in lineę definitione. hæc enim duo sunt lineæ

Dixit Arist. Dicit autẽ per se de oĩbus prædicatis, quę accipiunt in definitionibus subiectorum: quẽadmodum linea in definitione trianguli, et punctus accipit in linea, qm̃ est essentialis, in definitione lineæ: qm̃ ambo

Inquit Arist. Per se autẽ dicitur de cunctis prædicatis in definitionibᵘ subiectorum sumptis. vt linea in definitione trianguli, & pũctus in lineæ definitione sumitur, quia est qd substantiale in definitione lineæ. Hæc enim T.c.

ABRAM

lineæ & trigono essentialia. & vt vniuersalius inquam, reliquas res sumptas in definiti definitione: essẽtia enim, qua sunt, est harũ rerum.

Cõ. 30. Cũm per se dicãt tribus modis, incœpit de primo ipsorum dicẽs: Per se aũt dicit de omnibus prædicatis acceptis in subiectorũ definitionib⁹. prout sumitur linea in definitiõe trigoni, & punctus in definitione lineæ: ipse enim est essentialis in lineæ defiõne. idest,

Ex quo p se dicitur, ꝙ prædicatũ sit in definitione subiecti secundum quod est definitio, vel pars definitionis, prout sumit' linea in trigoni definitione, trigoni enim definitio est, quẽ ambiunt tres lineæ. est itaq; linea in trigoni definitiõe vice partis dr̃iæ: sicut sumit' punctus in lineæ definitione. linea nanq; definitur, ꝙ fit, cui⁹ fines sunt puncti, aut puncta. sicq; & punctus est lineæ vice partis differentiæ. eius enim differentia expletur numero & puncto: hoc est, esse duo puncta.

BVRANA

bo hæc sunt essentia ha lineæ & triangulo. & in summa reliqua oſa, quæ accipiunt in definitione oſs definiti. & hoc, qm̃ essentia ipsorũ est ex his rebus.

Posteaq̃ quod est p se dr̃ fm tres modos, incœpit à primo ipsorũ & dixit: Dr̃ aũt p se de oĩbus ꝑdicatis, quę accipiunt in definitionib⁹ subiectorũ: quẽadmodũ linea i defiõne triãguli, & pũct⁹ accipit in linea, qm̃ ẽ essentialis in definitione lineæ.

Sẽsus est, cũ vero dicim⁹, ꝙ ꝑdicatũ est p se, est, vt ꝑdicatũ sit i definitiõe subiecti, aut fm ꝙ est defiõ pfecta, aut pars defiõnis. quemadmodũ acceptio lineæ i defiõne triãguli, q̃ est, q̃ cõprehẽdit à trib⁹ lineis: igr̃ linea i defiõne triãguli ꝓcedit p modũ partis segregãtis. & quẽadmodũ pũctus, q̃ accipitur in defiõne lineę. & hoc, qm̃ linea definit', ꝙ est, cuius extrema sunt pũctus, aut pũcta. igit' pũct⁹ respectu lineæ se habet p modũ partis segregantis, qm̃ dr̃ia ipsi⁹ pficit' ex numero & pũcto: hoc est, quia sunt duo puncta,

Cum

MANTINVS

enim duo lineæ & triangulo substãtialia sunt. & omnino quæcunq; in ipsius definiti ratione collocãtur, cũm ex his constet eorum essentia, per se dicimus. A

Cũm ipsum p se dicatur tribus modis, incipit nunc primũ modũ eorum exponere, & dicit: Per se aũt dicit' de cũctis prædicatis sumptis in definitionibus subiectorũ, vt linea in definitione triãguli, & pũctus sumit' in linea, quia est qd substãtiale in definitione lineæ. Cõ. 30. B

Hoc est, cũ id, quod dr̃ prædicatũ per se, sit id, cui⁹ prædicatũ reperit' in definitione subiecti, siue illud sit eius perfecta definitio, vel pars defiõnis: vt cũ sumitur linea in defiõne trianguli. nã definitio triãguli est, q̃ trib⁹ includit lineis. linea ergo in defiõne trianguli se hẽt vt pars dr̃iæ. & vt punctũ sumptũ in definitione lineæ. nã linea definit', ꝙ est id, cuius extrema sunt punctũ, vel pũcta. punctum. n. se hẽt vt pars dr̃iæ, ga eius dr̃ia pficit' cũ ipso nũero & pũcto, hoc ẽ, ꝙ sunt duo puncta. C

I iiij Et

ABRAM

D Et, dum dixit: ipse. n. est essentialis in lineæ definitione. iuxedit, q punctus sumat in lineę definitione, quia sit illi essentialis: & sist linea sumitur in trigoni definitiõe, q a sit ei essentialis. & hoc est qđ intendebat, dum dixit: Hæc enim duo sunt lineæ & trigono essentialia, hoc é pũcta lineæ &
51 linea trigono. Et hoc
E quidem prædicatũ est cõpleta definitio, aut pars definitionis: quod est differentia, aut genus, aut pars differentiæ, vel generis.

SVRANA

Cùm vero dixit: qm̃ est essentialis in definitione lineæ. sensus est, q pũctus accipit vtiq; in defiõne lineæ, vt sit ipsi essentialis: & consist linea accipit in definitione triãguli: qm̃ é ipsi essentialis. & hoc est, quod voluit, cũ dixit: qm̃ ambo hæc sunt essentialia lineæ & triãgulo, hoc est puncta lineæ, & linea triãgulo. Et hoc prædicatũ, aut est definitio perfecta, aut pars definitiõis, & hoc aut differẽtia, aut genus, aut pars differentiæ, aut generis.

MANTINVS

Et, cùm dicit: qm̃ est substantiale quoddam ipsi defiõni lineæ. intelligit, q punctũ sumit in definitiõe lineę, q a est ei substantialis: & sist linea sumit in definitione triãguli, quia é ei substãtialis. & hoc intelligebat cùm dixit, hęc enim duo sunt substantialia ipsi lineæ & triangulo. hoc est puncta ipsi lineæ, linea ꝟo ipsi triãgulo. Et hmõi ꝓdicatũ vel é definitio cõpleta, vel pars definitiõis: & hęc vel é dfia, vel genus, vel pars differentiæ, vel generis.

Contradictio Tomitani.

51 *Explicans Auer. primum modum per se, ait primum modum tunc esse, quãdo prædicatum vel est definitio subiecti, vel pars definitionis: et hoc quatuor modis, vel vt genus, vel differentia, vel pars generis, aut pars differentiæ. vbi videtur eam differentiã, quæ definitionem ingreditur, & vltima est, partibilem asserere. quam multis in locis in Methaphysicis cõmentarijs indiuisibilem esse ostendit. Sed vide solutionem Tomitani.*

F

T.9 pars 52 *[a] Et quibuscunq; inexistentium ipsis, ipsa sunt in oratione, quid est declarante: quemadmodum rectum ineſt lineæ & circulare, & impar et par numero, et primum et compositum, et æquilaterum et altera parte longius. & omnibus his insunt in oratione quid est dicente: ibi quidem lineæ, hic autem numero. Consimiliter autem & in alijs, talia singulis per se dico.*

Contradictio Tomitani.

52 *Vult Arist. subiectum definire prædicatum, velut nasus diffusus simum, & numerus, par & impar: & hoc in secundo modo. Primo autem Poste. tex. 35. Oppositum visus est voluisse. vbi omnes accipiunt definitionem de definito prædicari. sitaq; subiectum fuerit prædicati definitio, de eo vtiq; prædicabitur. & sic fiet prædicatio præter naturam, quam cauere nos monuit Themistius eodem loco, vbi præcepit, ne similibus vncinis propositionibus vteremur in demonstrando.*

Iterum Dixit Dicitur

ABRAM

T.c.31 Iterum dicitur per se de ꝓdicatis, quorum subiecta accipiunt in suis definitionibus. prout sunt rectum & obliquū ipsius lineæ. & impar atq; par numero, & primū & compositum numero, et æquilaterū ac diuersilaterū habētibus latera: & in horū singulis subiecta sunt in suis definitionibus. prout linea in definitione recti & obliqui: & numerus in definitione imparis & paris, & alia, de quibus meminim⁹, dicuntur per se, inquantum sua subiecta capiūtur in suis definitionibus.

Cō.31 Ex quo prędicata per se dicuntur secundum duas species: quarū altera est, ꝙ prædicata sumantur in subiectorū definitione, & hæc prædicata sunt in prędicamento substantię, & in singulis alijs prædicamentis. cępit meminisse de secūda specie prædicatorum per se: & est huius conuersa illius, hoc est, ꝙ subiecta subintrent definitiones prædicatorum.

Et

BYRANA

Dixit Aristo. Et dicitur ꝙ se consist ēt de prædicatis, quorū subiecta accipiūtur in definitione ipsorū: quēadmodum rectum & curuum, quæ insunt lineæ: & par & impar numero, & primū & compositum numero, et æquilaterum & inæquilaterum insunt habētibus latera. & ost⁹ istis insunt subiecta sua. quēadmodum linea in definitione recti & curui, & numerus in definitiōe imparis et paris. et in reliquis: qm̄ oīa ista dicunt ꝙ se, qa subiecta sua accipiuntur in definitionibus ipsorum.

Posteaq̄ ꝓdicata esse tialia dicunt duobus modis: quorum vnus est, cùm prędicata accipiuntur in definitione subiectorum, & hęc prædicata sunt in oratione substantiæ, & in vnaquaq; reliquarum oronū, incępit mētionem facere de secunda specie prædicatiōs per se, quę est conuersa illius, hoc est, vt subiecta ponant in definitionibus ꝓdicatorū.

Et

MANTINVS

Dicitur insuper ip T.c.31
sum ꝙ se de his prædicatis, quorū subiecta in eorū sumūtur definitionibus. quē admodū rectum & obliquū inest ipsi lineæ, & par et impar numero, et primum & compositū, & laterum æqualitas, eorūq; æqualitas his, quæ latera habēt, in oībusq; his sumunt eorū subiecta ī definitionib⁹ eorundē. veluti linea in recti ac obliqui definōne, numerus quoque in imparis ac paris ratione, & quæcunq; dicta sunt, per se dicuntur, ꝙ in suis definitionibus sua reciunt subiecta.

Cùm ꝓdicata ꝙ se di- Cō.31
cātur duobus modis: C
altero quidem, vt ipsa ꝓdicata sumant in definitione subiectorū, & hmōi prędicata possint reperiri in prædicamento substantię, et in singulo alio reliquorū ꝓdicametorū, ideo voluit mētione primo facere de altero modo ꝓdicatorū ꝙ se, q̄ oppositus priori, ī in quo subiecta ingrediebant definitione ꝓdicatorū.

Præ-

ABRAM

D Et huius speciei ꝑdicata non sunt nisi accidentia: et ideo hæc ꝓpria sunt accidentium essentialium. Subiecta vero sunt ꝑdicamenti substãtiæ, & cæterorũ

§§ prædicamẽtorũ. Et talia sunt duarũ specierum, aut ꝙ in suis definitionibus capiatur ipsummet subiectũ, aut suũ genꝰ, vel sui generis genus, mõ nõ trãsgre

E diat genus illius, de quo cõsideratur, id é genus artiũ, cui hoc accidẽs est essentiale: & illud sumit hic loco differẽtię. Et cõtingit opinari, ꝙ non sit cõditionis generis accepti in definitione prædicati non transgredi genus, artis, hoc est ne sit sui generis genus.

F

An in prædicati, seu passionis definẽe li ceat transcendere genꝰ artis.

Prout Alfarabius ait enim in suo Lib. Posteriorũ Analyticorũ, ꝙ quędã accidẽtia essentialia sint prima, & sũt illa, in quę partitur genus illius artis: & quædam non prima, in ꝙ partitur genus generis illius artis. Id autẽ est error notorius. quoniam, qñ in definitionibus accidentium essentialium, aut aliquorum ipsorũ sumit genus generis artiũ, põt esse

SVBANA

Et ꝑdicata in hac specie nõ sunt nisi accidẽtia: & ꝓp hoc appropriant̃ ista accidẽtibus essentialibus. Atq; subiecta erunt in oratiõe substantiæ, & erunt ẽt in reliqs orationibus. & hæ sunt duę spẽs, aut vt accipiant̃ in definitiõib⁹ ipsorũ subiecta ꝑse, aut genus ipsorũ, aut genus generis illi⁹, qd tn non transcendat hoc genus, de quo speculamur, hoc é genus artiũ, cui hoc est accidẽs ꝑse: subiectũ aũt, ꝙ cedit ꝑ modum differẽtię. Et iã existimat̃, ꝙ nõ é ex cõdõnibus generis acceꝑti in definitione ꝑ subiectũ, vt non transcendat genus artis, hoc est, vt nõ sit genus generis ipsius.

Et istud é, qd determinauit Abunazar, qñ ipse dixit in libro suo, ꝙ accidẽtiũ essẽtialiũ, alia sunt prima, & ea sunt, à ꝙbus decidit genus ipius artis: & alia sunt nõ prima, à quib⁹ decidit genus generis ipsius artis. Sed hic é error manifestus. qñ, cũ accidẽtia sunt essẽtialia, aut aliqua ipsorum ex ijs, in quorũ definõnibus accipit̃ genus generis ipsi⁹ artis, igit̃ heri põt, vt aliq d ex ipsis sit,

MANTINVS

Prædicata aũt in hoc ſcdo mõ non sunt nisi accidentia: & ideo hęc propriũ hoc habent, ꝯ vt dicant̃ accidẽtia substãtialia. Subiecta vero in ꝑdicamẽto substantię existũt, atq; in alijs ꝑdicamẽtis. & hęc qdẽ sunt dup̃icia: nã vl in eorũ definitiõe sumit̃ ipsũmet subiectũ, vel genꝰ, vel genꝰ generis, dũmõ nõ trãseat illud genus, de quo consideratur, hoc est, genus earũ artiũ, in quo reperitur hoc accidens essentiale. & qd hic sumitur se habet vt dria. Posset tn quis opinari ꝙ genus sumptũ in definitione nõ sit necessariũ, vt nõ transgrediat̃ genus illius artis, ſ. ꝙ non transeat genꝰ generis eius.

Vt opinatus est Alfarabius dicit. n. ipse in libro suo, ꝙ accidẽtiũ essentialiũ, aliquod est primũ, & est illud, quo diuidit genus illius artis: aliqd vero aliud é nõ primũ, & est illud, ꝙ qd diuidit̃ genꝰ generis illi⁹ artis. Quę qdẽ opinio é manifeste falsa. qñ, cũ accidentia essentialia, vel aliqua eorũ, sumat̃ in eorũ definitionibus eorũ genus generis artiũ, tunc poterit in aliq⁹ eorũ capi

ABRAM

esse, ꝙ in ipsarũ defini tiõe sumat̃ vltẽrius gen°generis generis vsq; ad supremum genus.

Qm̃ nõ differt genus generis artis, & genus generis generis, quãto superius poterit sursum trãsgredi, ex quo omnia egrediũtur genus artium. qm̃, si poneremus essẽtialia, aut quædã ipsorũ talis cõtionis, adeo ꝙ ne processus fieret ad aliquẽ aceruum artiũ, & essent essentialia cõmunia pluribus q̃ vni arti, qñ aũt rescõueniret suisaccidẽtib°essentialib° cõueniũt ſ suis essentijs, & essẽt entia diuersa vni°nãę, qd ẽ sũmè ridiculũ & falsũ.

Sed fit dubium circa hoc genus præmissę artis vniuersalis, quod putatur cõmune pluribus q̃ vni arti. prout est, res æquales vni eidem rei sunt mutuò coęquę. & similiter assereus, proportionalia quando permutãtur sunt proportionalia. videtur enim, ꝙ ipsa ambiant plus q̃ vnum genus, sunt enim vendica de quãtitate cõtinua & discreta.

Nos

BVRANA

sit, qđ accipiat̃ in definiõne genetis generis ipsius generis vsq; ad genus suprem̃um.

Et hoc, qm̃ nõ est differẽtia inter genus generis ipsi° artis, aut genus generis illius, qđ trãscẽdit hoc sursum. qm̃ omnia ea exeunt ex genere artis. quia, si posuerimus essentialia, aut aliqua ipsorum cũ hac disponẽ, fiet cõmistio artiũ, & erunt essentialia communia pluribus artibus. sed, cũ res cõmunicant in accidẽtibus suis essẽtialibus, cõicant ẽt in essentijs suis: & ita erunt entia distincta naturæ vnius: qđ est in extremo erroris et falsitatis.

Sed est dubiũ in hoc genere de propositione vniuersali, de qua existimatur, ꝙ sit communis pluribus artibus. quemadmodum se habet propositio dicens, ꝙ æqualia vni sẽcũdum dispositionem suam sunt æqualia. & consimiliter, quę dicit, ꝙ proportionata, si cõparantur, sunt proportionata. de his.n. existimatur, ꝙ comprehendãt genera plura: quoniam verificantur de quantitate continua & discreta.

Sed

MANTINVS

capi in eorũ definitiõe genus generis generis vsq; ad suprem̃ genus. A

Quia nihil differt inter genus generis artis, vel genus generis generis, dũ sursum ascendi, cùm ola illa proueniant ex genere artiũ. Quòd si ipsa essentialia, vel aliqua eorũ cõcederem° ita se habere, tũc Artes cõmiscerent, et ipsa essentialia essent cõmunia pluribus artib°q̃ vni. Et, cũ res cõmunicant in suis accidẽtibus essentialib°, cõmunicãt ẽt in sua essẽtia, & sic essentia disperata esset eiusdẽ naturæ, qđ ẽ maxime absurdum & falsum. B

Sed insurgit dubiũ circa hoc genus ꝓpõnis vris, q̃ existimat̃ esse cõmunis plurib° artibus q̃ vni. vt sit in illa ꝓpõne, q̃ dicit, ꝙ q̃ cũq; sunt æqualia eidẽ vni tertio, inter se quoque sunt æqualia. Simi literq; illa ꝓpositio, q̃ dicit, ꝙ q̃ sunt inter se ꝓportionata, si permutẽt eorũ ꝓportio, Iter se sunt ꝓportionata, ſ cõmutata ꝓportione: vſ.n. ꝙ hę contineant plusq̃ vnũ genus. nã et de quantitate continua, atque discreta vere dicuntur. C

Sed

ABRAM

D Nos vero explicabimus qualis sit horum dispositio, iuxta illud, vbi Arist. dubitat per hæc principia, an principia essentialia sint propria alicui generi. Dū autem dixit: Quorum subiecta accipiūtur in suis definitionibus. Debet intelligi ipsamet subiecta, aut genera subiectorum, vel E generum genera, quæ capiuntur in definitione illius accidentis, & eius oppositi, modo per hoc non transcendatur genus artis.

Et dum dixit: Prout sunt rectum & obliquum ipsius lineæ. Intendit, quòd omnis linea est obliqua, aut recta vel circularis. Sic par & impar est numero: omnis enim numerus nō euadit quin sit par aut impar. & similiter numerus primus & compositus: omnis enim numerus nō euadit quin sit primus, aut compositus.

Et intendit per primum, qui non constituitur ductu numeri in numerum: & per compositū, qui cōstat ductu

BVRANA

Sed declarabim⁹ quō se habeat dispositio in his præter id, quod dubitauit Aristoteles, vt sint ꝓpōnes per se proportionate generi, quē admodum istæ propositiones. Cùm vero dixit: quorum subiecta accipiuntur in definitionibus ipsorū: opus est, vt intelligātur subiecta per se, aut genera subiectorum, aut genera ipsorum generum, quæ accipiūtur in definitione ipsius accidentis & oppositi sui, sic ꝙ non transcendat genus ipsius artis

Cùm aūt dixit: quēadmodum curuum & rectum, quæ insunt lineæ. sensus est, exēplū accidentiū essentialiū generi, vt rectū & curuum, quę insunt lineę. & hoc, qm̄ omnis linea aut est curua, aut recta, aut circularis, & cōsist par & impar in nūero: & hoc, qm̄ oīs numerus non effugit, qn̄ sit aut par aut ꝑpar: & sist numerus de primo & cōposito. & hoc qm̄ oīs numerus non effugit, quin sit aut primus, aut compositus.

Et intelligit ꝙ primū, qui nō sistitur ꝓ sectionē numeri ꝑ numerū. cōpositū vero, q sistit per

MANTINVS

Sed nos declarabim⁹ quo pacto res se hēat in his, vbi Aristoteles probat, propōnes p se, seu essentiales debere eē ꝓprias vni generi: quod tñ non ita se hēt in his ꝓpōnibus. Et cū dicit: quorum subiecta sumūtur in definitionib⁹ eorū: debet vtiq; intelligi de ipsismet subiectis, vel de generibus subiectorū, vel de generib⁹ generū eorum, quę sumūtur in definitione illius accidētis, & eius oppositi, ita vt nō transgrediatur in hoc genere genus artis.

D.d. Quēadmodū rectū & obliquum inest ipsi lineę. Id est, exemplū accidentiū essentialiū ipsi generi est, vt rectitudo & obliquitas, quæ insunt lineæ. qm̄ quælibet linea vel est obliqua, vel recta, vel circularis. & par & impar in ipso numero. quia oīs numer⁹ necessario est vel par vel impar. sistrq; numerus de primo & de cōposito. nā impossē est, quin quilibet numerus sit vel primus, vel compositus.

Et intelligit ꝓ primū eū, qui non constat ex cōbinatiōe numeri cū numero. & ꝓ cōpositū intelligit eū, q cōstat.

ex

ABRAM

ductu numeri in numerum: & sit æqualitas laterum & ipsorum diuersitas sunt accidentia essentialia latera habentibus: oē enim latera habēs, est æquilaterū, aut diuersilaterū.

Et dū dixit: Et in horum singulis subiecta sunt in suis definitionibus. Intendit per sua subiecta hic genus, qđ partit prima diuisiõe in hæc opposita accidentia: & illud ē genꝰ subiectorū, de quibus prædicant hæc accẽntia vlt prędicatione, & nõ fert in mediũ exẽplũ accidentiũ, in quorum definõe sumunt ipsãmet sua subiecta, cũ illa sint ipsę ꝓprietates, ꝓut ē hois risibilitas, & æqui hinnibilitas.

BVRANA

per diuisionē numeri p numerū. & consist æquilaterū & inæquilaterū sunt accidẽtia p se hñtibus latera. & hoc, qñ oē hns latera, aut est æquilaterum, aut inæquilaterum.

Cũ vero dixit: & in oĩbus his subiecta accipiunt in defiõnib' ipsorum. intelligit subiecta, quorũ genꝰ diuidit p hęc accẽntia opposita diuisiõe prima: & hoc est genꝰ subiectorũ, de q̃bus p̃dicant hæc accidentia p̃dicatione vlt, nõ aũt ꝓcedit de accidentibus, in quorũ definitionib' subiecta p se accipiunt, & hæc sũt propria, quẽadmodũ risibile in hoſe & hinnibile in ęquo ad monstrationem ipsorum.

MANTINVS

ex applicatione numerum numero. Sit q; æqualitas costarum vel laterũ, eorũq; inæqualitas, sunt accẽntia essentialia ipsis habẽtibus latera. nam oē habens latus, vel est æquilaterũ, vel inęquilaterum. A

Deinde cùm dicit: in oĩbus his sumitur eorum subiecta in definitionib' eorũ, intelligit p subiecta hîc, illud genus, qđ diuidit in hæc accidẽtia, prædicatiõe vlt, & nõ attulit exemplũ de accidentibus, in quorũ definitionibus sumunt ipsãmet subiecta, quæ sunt ipsa propria, vt risibile hoīe, & hinnibile in equo, q̃a hæc sunt notissima. B

Contradictio Tomitani.

53 Explicans Auer. secundum modum dicendi per se sit, tunc esse, quando subiectum, vel subiecti genus ponitur in definitione prædicati, dummodo non transcendamus genus illius, de quo est scientia, vel cõsideratio nostra. At in Quinto Quæstio aliud ab hoc diuersum voluisse videtur, vbi tantum accidentia propria dixit in sua definitione suscipere subiectum. & capitulo 7. Meth. idem sensit, quia subiectum assumitur loco formæ, non autem genus subiecti, quod est quasi materia, vt ait Porphyr. Vide fol. Tomitani. C

T 9. pars 54 *Quæcunque autem neutro modo insunt, accidentia: vt musicum, aut album animali.*

Contradictio Tomitani.

54 Ait Aristo. Quæcunque nec in primo, nec in secundo modo dicendi per se prædicantur, per accidens sunt. Enumerauit autem hos modos per se, vltra duos primos, reliquos duos expressit. Quomodo igitur per accidens fuerint, si inter per se modos sunt ab ipso enumerati?

Prædi-

Dixit Quæ-

D

ABRAM

T.c.32 Prædicata aũt quę neutrius harũ duarum ſpecierũ ſunt, illa ſunt prædicata accidentalia. prout ſunt muſica & albedo animalis.

Cõ. 32. Poſtquam enũtianerat, ꝙ prædicata per ſe ſint duarum ſpecierũ, aut quæ prædicãtur de eſſentia ſubiecti, aut ꝙ ipſum met prædicatum

E ſit ipſum ſubiectum. notum eſt, quòd dum cõceſſerimus huius diuiſionis veritatẽ, quòd prædicata hanc illam egrediẽtia, ſint accidentia. Quoniam per ſe notum eſt in hac arte, ꝙ prædicatorũ ſint duæ ſpecies, eſſentialis, & accidentalis.

F Veruntamen æſtimatur eſſe tertia ſpẽs prędicatorum per ſe, ſcilicet, quando alterutra in alterutrius definitione ſumitur: & illa ſunt correlatiua. Similiter putatur, quòd inueniantur aliquæ res per ſe neceſſariæ rei, & non ſumantur in eius definitione. prout eſt maior pars cauſarum efficiẽtium. quoniam non omnes cauſæ capiuntur in deſiõnibs.

Digreſſio. *Deficaltas. An relatiua dicant ſpẽs prędicata eſſentialia ſimiliter excẽ efficiẽtes

Cur

SVRANA

Dixit Ariſt. Prædicata vero, quæ non ſunt ſm vnã iſtarũ duarũ ſpecierũ, ſunt prędicata accidẽtia. veluti muſicum & album de animali.

Poſtraq̃ enumerauit, ꝙ prędicata per ſe ſunt duarũ ſpecierum: aut prædicatum de eſſentia ſubiecti, aut prædicatum, de cuius eſſentia eſt ſubiectum: manifeſtum, ſi confiteamur veritatẽ iſtius diuiſionis, quòd illa, quę tranſcendunt hæc ex ſubiectis, ſunt accidentia. Quoniam planum eſt in hac arte, ꝙ prædicata ſunt duarũ ſpecierum, eſſentialia & accidentalia.

Sed iam exiſtimatur hic, ꝙ tres ſunt ſpecies prędicatorum eſſentialium: & hęc ſunt, quorum vtrũq; accipitur in definitione ſui comparis, & hæc ſunt relatiua. Et cõſimiliter exiſtimat, quòd hic ſunt aliqua eſſentialia neceſſaria rei, quæ non accipiuntur in definitione ipſius, quemadmodum magna pars cauſarum efficientiũ: quoniam omnes cauſæ non accipiuntur:

Et

MANTINVS

Quæcunq; autem T.c.32 prędicata neutro horum modorũ ſunt, vtiq; accidentia. veluti muſica & albedo ipſi animali.

Digreſſio. Difficultates explicatę, quo pacto p̄dicatū primū ſuenire poſſit cōcluſionibus demonſtrationum. 1. Post. ca. 18.

Quare Alexander, vt inqt Themiſtius, fuit coactus ex vi huius dubij, exponere ipsū primū in cōcluſiōe nihil aliud ſignare, q̄ ꝙ fiat ex p̄miſſis primis. Cōtra quē

ABRAM

arguit Themistius, qa hoc ineſt aliqbus concluſionibus. Concluſionum enim ſunt duę ſpecies: quædam ſpecies ex pręmiſſis per ſe notis, & quędam ſpecies ex præmiſſis, quæ ſunt cõcluſiones ſimilium talium pręmiſſarum. & ſm hoc commõſtratio eſſet partialis nõ conferens oĩbus queſitis. Aliqui aũt viri opinant Ariſto. non apposuiſſe cõcluſionibus cõdõnẽ primã ꝑdicationem, ex quo Ariſto. dixit hic: notum itaque euidens ſit demonſtrationis quæſita eſſe res eſſentiales, & non dixit primas.

oc cap. Et hoc quidem opinatus ẽ ipſe Themiſtius. Nos vero conſideremus, an ſequatur eius dictum, ꝙ ſñ demſonis ꝓmiſſæ ſunt eſſentiales primæ, oporteat concluſiones eſſe primas. Et dicimus, ꝙ iã præmiſimus, dicentes primum duo ſignificata ſignificare: quorum vnũ eſt id, qđ non ꝑdicatur de aliqua re ob aliam nãm, ſiue communiorẽ ſubiecto, aut limitatiorẽ, aut æquã. Sed m autẽ eſt, ꝙ prædicatum prędicetur de ſubiecto non ob cãm,

quæ

BVRANA

Themiſtius, ꝙ hoc inuenitur vtiq; in aliquibus concluſionibus. & hoc, qñ concluſiones ſunt duarũ ſpecierũ: ſpecies vna ex propõnibus notis per ſe, alia ex propõnibns, q̃ ſunt cõcluſiones ex huiuſce modi propõnibus. & ſm hoc expoſitio iſta erit particularis, & nõ intellecta in oĩbus q̃ſitis. Aliqui vero viderunt, ꝙ Ariſt. non poſuit conditionem prędicationis primõ in cõcluſionibus: & hoc, qñ Ariſt. vtiq; dixit, igitur planum, quòd queſita demonſtrationis ſunt per ſe, & non dixit primò.

Et hoc eſt, qđ innuit ipſo Themiſti⁹. Nos autẽ ſpeculemur, an ſequatur ex ſermone ipſius, ſi propoſitiones ſunt per ſe & primò, vt cõcluſiones ſint ẽt primò. Dicamus igitur, ꝙ iam præmiſimus & diximus, ꝙ primũ intelligitur ſm duas diſpoſitiones: quarũ vna eſt, vt non prædicetur de re ꝓpter naturam aliã, aut vniuerſaliorẽ ſubiecto, aut apptopriatiorem, aut æqualẽ. ſecunda vero, vt ſit ꝑdicatũ ꝑdicatũ de ſubiecto, & non per cãm ſe-

qui-

MANTINVS

quę arguit Themiſtius dicęs, hoc rẽpiri in aliqbus cõcłonib⁹, cũ duplex ſit gen⁹ cõcłonũ: vnũ quidẽ ẽ, qđ ſit ex propõnibus per ſe notis, alterũ vero ex ꝓpõnibus, q̃ ſunt cõcłiones huiuſcemodi * cõcluſionum. & ſic hmõi expoſitio erit partialis nõ cõferens in hoc cũctis q̃ſitis. Aliqui vero alij opinant Ariſtotelẽ non ſupponere in ipſis cõcłonib⁹, ꝑdicationẽ primã, ſ. vt habeant hãc cõditionẽ, ꝙ ꝑdicẽtur ꝑdicatione prima, nã Ariſt dicit: Notum itaq; ẽ, ac palã, ꝙ q̃ſita demſonũ ſunt p ſe, & non dicit & primum.

A

* a.l. ſentẽtiarum.

B

Et ita eſt opinat⁹ Themiſtius. Nos aũt conſideremus, vtrũ ex hoc, qđ dicit, ꝙ cũ pręmiſſę demſonis fuerint p ſe, & prię, ſequat, ꝙ oporteat concłones debere eſſe primas. et dicam⁹, ꝙ iã ꝑdiximus, ꝙ cũ dicim⁹ ipſum primũ, intelligimus duo: vnũ ſ. ꝙ eſt id, qđ non ꝑdicatur de re, ꝓpter aliquam aliã nãm, tũ vniuerſaliorẽ ipſo ſubiecto, tũ vero propriorẽ, tum ẽt æqualẽ. Alterũ eſt, vt ipſum prędicatũ ꝑdicetur de ſubiecto nõ ꝓpter aliquam cauſam * cõ-

C

* a.l. ſectẽ.

gentẽ

ABRAM

D quæ cogat ipſam eſſe in ſubiecto : hoc autē & primū conueniunt, qua vtrunq; eorū prędicatur ſine medio.

Differunt autē, quia alterū illorū prædicat per mediū, qđ eſt cā in eſſendi hoc ꝑdicarum ſubiecto, & ſi non prædicet per mediū, qđ ſit natura alia cōpoſita ꝑter naturā ipſius ſubiecti, alterū vero nō ꝑdi-
E catur per mediū oīno. Primum itaq; ſit, vt ꝑdicatio angulorū duobus rectis ęqualium de ipſo trigono. hoc enim eſt primum ipſi trigono, prout de eo ait Ariſtotel. qđ ineſt trigono non per aliam naturā, non ꝙ ſit primum ſm ſignificatū, ꝙ non prædicet per aliqđ medium de ipſo trigono.

Quo ſtante hoc ſigni-
F ficato primi, adijcitur conditio ipſarummet pręmiſſarum, ac etiam cōcluſionum : quoniā niſi apponeretur conditio concluſionum, non eſſent quæſita ſm id qđ quid ſunt, nec explicarent naturam cuius ſunt, neq; eſſentialiter. quam rē iam exprælſit Ariſt. Primum itaq; in qſitis eſt, quo quæritur illorum eſſe in ſubiecto, nō per illa ineſſe

SVRANA

quitur, ꝙ ipſum inſit ſubiecto. & hoc & primū communicant, eo ꝙ vnumqđq; ipſorū ꝑdicatur ſine medio.

Et differunt, eo ꝙ alterū ipſorū prędicatur per mediū, qđ eſt cā, vt hoc prędicatū inſit ſubiecto. & ſi accidit, vt nō prędicetur per mediū, qđ ſit natura alia cōpoſita à nā ſubiecti, atq; ſm non ꝑdicabitur per medium omnino. Primū igit eſt, quęa modū prędicatio ęqualitatis angulorum duobus rectis de triāgulo, qm̄ hoc eſt primū triāgulo, quęadmodū declarauit Ariſt. ineſt. n. triangulo nō ꝓp nām aliā, nō ꝙ ſit primum ſm diſpoſitionem, quā nō prędicatur per medium de triangulo.

Quod cùm ita ſit, igitur hęc diſpoſitio primò ponitur in propoſitionibus per ſe & cōcluſionibus: qm̄ ſi non ponereturin concluſionibus, non eſſent qſita aliquo pacto, neque manifeſta de natura, cui inſunt primum, neque per ſe. & hoc iam declarauit ibi Ariſtot. igitur eſt in quæſitis, de quibus quęritur an inſint ſubiecto, non propterea

ꝙ

MANTINVS

gentē ipſum ineſſe ſubiecto. Hoc autē ac ꝑdictū habent hoc cōmune, ꝙ vtrunq; eorum prædicat ſine medio.

Sed differunt in hoc, ꝙ vnū eorū ꝑdicatur per mediū, quod quidē eſt cauſa, vt illud ꝑdicatum inſit illi ſubiecto, licet non prædicet per medium, qđ ſit alia natura compoſita, quę ſit alia à nā ſubiecti. alterū ꝙ, cſm nō ꝑdicat ꝑ mediū vllo pacto. Primum ergo primū eſt, ſicut ꝑdicatio angulorū æqualiū duobus rectis de ipſo triāgulo, quia hoc eſt primū ipſi triāgulo, vt Ariſt expoſuit, & ineſt ipſi triāgulo nō ꝓp aliā naturā, ſed eſt primū, ita vt non ꝑdicet de triāgulo per aliqđ medium.

Hęc ergo eſt ſignificatio ipſius primi, qđ ſupponi debere eē in ipſis ꝑmiſſis, atq; concłonibus. nā ſi id non ſupponeret pro cōdōne in ipſis cōcłonibus tūc non eſſent qſita in eo qđ quid, neq; declararent eā naturā, quā habet primū, neq; per ſe. & hoc iā fuit expoſitū ab ipſo Ariſto. hīc. primū itaq; in ipſis qſitis eſt, vt quęrat, ea ineſſe ſubiecto non ꝓpea

qđ

ABRAM

inęę alteri naturę, neq; communiori, neq; limitatiori, neque ęquali. & notum eſt, ꝙ hęc ſpecies prædicatiõis ſit conditio, quæ debeat adijci oĩbus tribus ſpẽbus demonſtrationũ: hoc eſt, demonſtrationi cauſæ, & demonſtrationi eſſendi, & demonſtrationi ſimpliciter, quæ continet ambas res. Moris n. cauſarum propriarũ, quæ ſumunt medij termini, eſt ꝙ nõ ꝑdicent de ſubiecto per aliam naturam contrariò cauſarum communium.

Hæc igitur conditio eſt communis premiſſis & concluſionibus. Et, dum adijcitur conditio premiſſarum, eſt eius etiã ſcđm ſignificatum primi. Et, dum adijcitur conditio concluſionum, remanet ſe cũdum eius primum, & non ſequitur inde dubium. & ideo conuenientia ſecũdi ſignificati prędicationis primę propria eſt premiſſis demonſtrationum ſimpliciter, & demonſtratiõibus cauſarum. Et hoc nominat Ariſtot. prædicatum immediatũ & cauſas proximas, & non vocat ipſum primum.

Sed

ꝙ infinat naturæ alij, neque vniuerſaliori, neq; appropriatiori, neque æquali. Operæpretũ aũt eſt, vt hæc ſpecies prædicationis ponatur in ꝓpõnibus oĩum ſpecierũ demſonũ trium, hoc eſt demſonis cauſæ, & demſonis exiſtentiæ, ac demſonis ſimpliciter. & hoc é qđ cõprehendit duas diſpõnes. & hoc, qm̃ modus cauſarum appropriatarum, quæ accipiunt in medijs terminis eſt, vt nõ prędicent de ſubiecto ꝓpnaturã aliam in contrariũ cãrũ vſium.

Hæc igitur conditio communis eſt propoſitionibus & concluſionibus, & cùm ponitur in propoſitionibus inuenit in ea diſpoſitio prima & ſecunda, cùm vero ponitur in concluſionibus relinquitur ſuper prima, & nõ ſequitur ex ipſo dubium: & propterea ap propriatur diſpoſitio ſecunda prędicationis quæſitis ꝓpoſitionum demõſtrationum ſimplicium & demonſtrationum cauſarum. & hoc eſt, quod vocauit Ariſt. prædicatum immediatũ & cauſarum propinquarum, & non vocauit ipſum primũ.

Quod

MANTINVS

qđ inſinat alteri naturę nõ vniuerſãlioti, neq; propriori, neq; ęquali. Manifeſtum aũt eſt, ꝙ hoc genus ꝑdicationis debet ſubintelligi ſ. ꝓpõnib' omniũ triũ generũ demſonũ: nẽpe demſonis cauſę, et demſonis ipſius eę, ac demſonis abſolutę, ſeu ſimpłr: q̃ q̃ dẽ amplectitur vtrũq; ſignificatũ. A

Eo ꝙ ipſę cãe proprię, quę ſumunt ꝓ medijs terminis, non ſolent ꝑdicari de ſubiecto ꝓp aliam naturam. cõtra id, qđ in cauſis vniuerſalibus fieri ſolet. Hęc ergo conditio eſt communis ipſis præmiſſis, arq; cõcluſionibus. & cũ cõditio intelligitur in ipſis ſmiſſis, tunc requiet in ea ſcđm ſignificatũ ipſius primi. [ſi vero in ipſis cõcluſionibus, tunc remanebit in ſua primaritate], vt ita loquar, et non ſequetur inde dubium et iõ ſcđm ſignificatum ipſius primę prędicationis eſt propria cõditio propoſitionũ demſonum ſimpłr, ſeu abſolutarũ, ac demſonum cauſarum. & hoc nominat Ariſt. prędicatũ ſine medio, arq; cauſas propinquas, & nõ nominat ipſum primũ. B

Id

*a. I. ſi cõcluſionibus, tũc requiet in ea primũ ſignatum ipſius primi. C

ABRAM

D Sed primum appellat primum significatum quod explicuimus, & est conditio sufficiens & necessaria vtrisq; rebus. Quando enim prę dicatum quæsiti prædicatur de suo subiecto non per aliam naturam, terminus medius est tali modo necessarius, & si sit aliqua causarum maioris termini, est proprius subE iecto, & si fuerit res posterior illo est etiã accidens peculiare.

Euidẽs itaq; hinc est, ꝙ, qñ ꝓdicatio non ponitur conditio quęsiti, non inuenitur in præmissis. qđ est contra id qđ opinati sunt Expositores. similiter ẽt vſ, ꝙ dñ inest ꝑmissis insit ẽt cõclusionibus absq;
F dubio. necessario igit expedit intelligere eius dictũ hic ꝓclare euidẽs, ꝙ demõnis qſita sint res essentiales: hoc est, ꝓ se primę, & ꝙ vnũ sit de quo dr nomẽ essentiale, vt ꝓdictum est.

Indicans autem ipsum iurendisse hãc cõclusionem est id quod dixit: Ex quo res necessariæ sm singulas dispositiones sunt essentialiter & de omni, notũ

DVRAND

Quod aũt vocauit primum, id est, qđ habet dispõnem primã, quã declarauimus: & est cõditio sufficiens in duabus dispõnib⁹ olno ex necessitate. et hoc, cùm prędicatũ quæsiti prædicat de subiecto suo non pp̃ naturã aliã, est medius terminus necessarius sm hãc dispositionem: & si fuerit ex causis termini maioris, appropriabit subiecto, ꝙ si res fuerit posterior ipso, erit consimiliter etiam accidens appropriatum.

Apparet igit iam ex hoc, ꝙ si cõditio ꝓdicationis non ponit in qſito, ꝙ nõ inuenietur in ꝓponibus. & hoc ẽ cõtrariũ ei, qđ opinati sunt expositores. & cõsimſt ẽt apparet, si inuenitur in ꝓponibus qđ inuenitur absq; dubio & in cõclusiõe. igit oportet, vt sermo ipsius intelligat hoc in loco, ꝙ plane manifestum est qſita demõnis esse res ꝓ se, hoc est ꝓ se primo: & hoc est vnũ, de quo dr nomẽ per se, quemadmodum præcessit.

Signũ aũt, ꝙ voluerit hãc cõclonẽ est, qđ dixit: qñ aũt sunt res necessarię I vnaquaq; re, entia p se & de ol, plane mani-

MANTINVS

Id vero, qđ nominat primũ, est vtiq; significatum ipsius primi, vel primũ qđ declarauim⁹, cuius cõditio satis ẽ ꝓ olbus illis duob⁹ significatis, ac vel necessario necessaria. nã cũ ꝓdicatũ qſiti ꝓdicat de suo subiecto, nõ pp̃ aliã naturã, tunc termin⁹ medius erit necessari⁹ hoc pacto. sed, si fuerit aliq̃ cãrũ ipsi⁹ maioris termini, tunc erit quid ꝓpriũ illi subiecto, vel appropriatũ. Qđ si sit q đ posterius eo, erit quoq; accidẽs ꝓpriũ.

Ex his itaq; cõstat, ꝙ si ipsa ꝓdicatio nõ subintelligat in ipso quęsito, nõ reperiet in præmissis. cuius rei oppositũ sunt opinati expositores. similiterq; constat, ꝙ cũ reperit in ꝓmissis, reperit quoque ꝓculdubio in cõclonibus. Cũ igit d ꝑspicuũ itaq; ẽ, ꝙ qſita demonstrationis sunt res essentiales, seu de ꝓ se, intelligit, ꝙ sint per se & prima: & hoc ẽ vnũ ex significatis eius, qđ dr ꝓ se, vt iã prędictũ fuit.

Id vero, qđ indicat ipsum intellexisse huiusmodi cõclonẽ, ẽ id, qđ dicit, cũ aũt res necessarię I vnaquaq; re, sunt de ꝓ se & de ol ꝑspicuũ

ABRAM

tũ itaq; euidens sit demonstrationis quæsita esse res essentiales. Nos autem iam exposuimus modum huius consequentiæ, eiusq; veritatem: nec est modus intelligendi de essentiali hanc rẽ cõem.

BVRANA

manifestũ é, q̃ ſſita demonis sunt cũ disp̃ibus p se. & iã declarauim⁹ nos modũ cõsequẽtię istius & veritatẽ ipsius, & nõ é res, qua intelligatur per se hęc dispositio vniuersalis.

MANTINVS

spicuũ itaq; est, q̃ ſſita demonis sunt res de p se. nos aũt iã exposuimus modũ, quo hoc se habet, eiusq; veritatẽ, et quo pacto p ipsum per se intelligatur illud significatum vniuersale. A

T.19.ps *Quare non necesse est conclusionem scire propter quid est, neq; si sem per esset, non per se autem: [a] velut per signa syllogismi. [b] quod enim per se non per se sciet, neque propter quid. propter quid autem scire est per causam scire.*

B

T.c55. Neq; ẽt si fuerint de numero accẽtiũ inseparabiliũ, nisi fuerint essentialiter. p̃ut sunt sylłi, qui fiũt ex inditis & signis, quos non est nostra dicere vere eẽ demõstratiuos, ex quo inferunt pri⁹ ex posteriori. Primus. n. fuit partus, deinde lac. et priõ fuit ignis, deide fcõ fuit fumus. nec res essentiales faciũt scire vera scia nisi faciant scire per cãm.

Dixit Aristo. Neq; cõsist ẽt si fuerint accidẽtia ſseparabilia, si non extiterint per se: quẽadmodum se habẽt sylłi, qui sunt p̃ signa & n̄otas, de q̃bus non possumus dicere, q̃ sint demõstratiua. q̃m cõcludunt prius per posterius: q̃m prius est efficta, postea lac, & prius est ignis, postea fumus. & res per se nõ sciuntur scia vera, nisi sciantur per cãm.

Neq; n. si fuerit accidẽtia ſseparabilia: verũm ipsa nõ sũt p̃ se, vt sunt sylłi, q̃ fiũt ex signis, vel ex indiciis. cũ quidẽ nos nõ possumus dicere ipsa verè eẽ demõstratiua. q̃m ipsa cõcludunt antecedẽs ex ipso posteriori, cùm prius sit partus, deinde lac. et ignis quoq; pri⁹ sit, fcõ vero sit fum⁹. Neq; res eẽntiales p̃stãt verã scìam, nisi eã p̃stent p̃ cãm. T.c. 55 C

Cõ.55. Postq̃ enuntiauerat, q̃ demonum premissas oporteat esse per se primas: per se autem sunt sm duas species, accidentia, & essentialia, hoc est, posteriora subiectis, aut priora illis. prima autem intentio est

Postea narrauit, quòd oportet propõnes demonis esse p̃ se & primas: q̃q; p̃ se sunt duarũ specierũ, accidẽtalia & essentialia, hoc est, aut res posteriores subiectis, aut priores ipsis: et ĩtẽtio nſa prima est loqui

Posteaquàm narrauit oportere ipsas p̃missas demonũ esse essentiales, seu per se, ac primas & id, q̃d est p̃ se, sit duplex, nẽpe vel accidẽtale, vel subſtantiale, hoc é vel sunt res posteriores ipsis subiectis, vel priores: Cõ.55

ABRAM

D est loqui de condõnibus demſonis ſimplici ter, quæ gignit ſcíam, quę ordine eſt ſummę veritatis. dixit: Neq; ét ſi fuerint de numero accidentium inſeparabilium, niſi fuerint eſſentialiter. i. nec ſufficit etiam ꝓmiſſis demonſtrationis ſimpliciter eſſe de accidentibus inſeparabilibus, q̃ non ſunt eſſentialia.

E Et dum dixit: accidẽtium iuſeparabiliũ, intendit accidentia eſſentialia. Et dum dixit: niſi fuerint eſſentialiter, intendit, ꝙ illa nõ ſint eſſentiæ ſubiecti, i. ꝙ ſubiectũ conſtituat ex illis, ſi medi⁹ terminus demſonis fuerit cauſa amborũ extremorũ ſimul, aut nõ ſint eſſentiæ prędicati ipſius q̃ſiti, ſi medius terminus

F fuerit cã maioris tãtũ. Deinde dixit, ꝓut ſunt ſylli, qui fiunt ex inditijs & ſignis. i. Qđ medij termini, qui fiunt ex accidẽtibus eſſentialibus fiant ex ſyllis, qui inditia dicuntur, & eſt ille, cuius medius terminus eſt aliquod indi tium, & aliqđ ſignorũ maioris termini.

Vide 72. con. Tom.

Deinde dixit: Quos nou eſt noſtra dicere vere

BVRANA

loq de cõdõnibus demſonis ſimplr, ꝙ quã acq rimus ſcíam, q̃ eſt in ordine maxime veritatis, Dixit: Neq; cõ ſimiliter ét, ſi fuerit accidentia inſeparabilia, ſi nõ exiterint per ſe. ſenſus eſt, nec conſimiliter etiã ſufficit in propoſitionibus demonſtratiõis ſimplr, vt ſint ex accidentibus per ſe, cùm non ſunt per ſe.

Cũ vero dixit: ex accidẽtibus ĩſeparabilib⁹, intelligit accidentia eſſentialia. cũ vero dixit, niſi ꝙ ipſa nõ inſunt p ſe ſubiecto: hoc eſt, vt ſtet in ipſis ſubiectũ q̃ſiti, ſi fuerit medius terminus in demſone cauſarũ duarũ extremitatũ ſimul, aut nõ p ſe in exiſtens ſubiecto q̃ſiti, ſi fuerit terminus medius cã maiori tm̃. Deinde dixit: quãdmodũ ſylli, q̃ ſunt p ſigna & notas. ſenſus ẽ, ꝙ medij termini, q̃ ſunt ex accñtibus eſſentialib⁹, erunt vtiq; ex ſyllis, q̃ vocant ſigna. & hoc, vt ſit medius terminus in ipſis ſignũ ex ſignis termini maioris, & nota ex notis ipſius.

Deinde dixit: de quibus nõ poſſumus dicere,

MANTINVS

res: & ꝓpoſitũ Ariſto. primũ fuerit tractare de cõdõnibus demſonis abſolutę, q̃ præſtat ſcíam, quæ ſe habet ve luti ordo finalis ad ipſam veritatẽ. iõ d. Neq; ét, ſi fuerint accidentia inſeparabilia, verũtñ ipſa nõ ſunt p ſe. hoc ẽ, neq; ſatis eſt, vt ꝓmiſſę demſonis abſolutę fiãt ex accidẽtib⁹ inſeparabilibus, q̃ nõ ſunt p ſe.

Et cũ d. ex accidẽtib⁹ inſeparabilibus: intelligit ex accidentibus eſſentialibus. & cũ d. quę tñ ipſa nõ ſunt de p ſe: intelligit, ꝙ nõ ſunt de eſſentia ſubiecti. hoc ẽ, ꝙ cõſiſtat ex ipſis ſubiectũ q̃ſiti, ſi terminus medius ipſius demſonis fuerit cãvtriuſq; extremorũ ſimul, vel nõ inſit p ſe ipſi ꝓdicato q̃ſiti, ſi termin⁹ medius fuerit cã maioris tm̃: & deinde cùm d. vt ſunt ſylli, q̃ fiũt ex ſignis & notis, vel inditijs, intelligit, ꝙ illi termini medij, qui fiunt ex accidẽtibus eſſentialibus, fiũt vtiq; ex illis ſyllis, qui nominant ſigna, quorũ, ſ. terminus medius eſt aliqđ ſignorũ termini maioris, & aliqđ indiciorum eius.

Deinde cũ d. quę qdẽ nos nõ poſſum⁹ dicere

ABRAM

vere esse demonstratiuos. id est, nos autem dicimus, ꝙ non expediat demꝛoni simpliciter medium terminū eē ex inditijs & signis, quę insunt maiori termino, prout fit in demꝛonibus, quæ signa dicūtur: hę n. demꝛones non sunt verę, nec ſummę demꝛones. Demꝛo autem ſimpliciter eſt illa, ꝙ largitur ſummam veritatem. Deinde tulit cauſam, qua ſigna non ſunt demonſtrationes.

Et dixit: ex quo inferunt prius ex poſteriori. primò. n. fuit partus, deinde lac: & primò fuit ignis, deinde ſcḋo fuit fumus, id eſt, qa in illis inferē prius ꝑ poſterius. ꝓut aliqs cōmonſtraret hāc mulierē eſſe enixam, quia habeat lac, & ꝙ ibi ſit ignis, qa ibi eſt ſumꝰ, hoc. n. ſtulit prius per poſterius. Primò nāq; fuit partus, deinde lac, id eſt, ꝙ partus ſit cauſa eſſendi lac: & ſimiliter ignis eſt cā eſſendi fumū. demꝛones autē ſunt cōtrario mō, hoc eſt, ꝙ in illis demōſtretur poſterius ꝑ prius. Sicut aliqs demōſtraret hanc mulierē habere lac, quia ſit enixa.

Et

BVRANA

re, ꝙ ſunt demfatiua. atqui dicimus, ꝙ in demꝛone ſimpłr nō oportet vt medius terminus ſit ſignū & nota eorū, q̄ inſūt maiori termino. quēadmodū. qđ eſt in demfonibus, quę vocātur ſigna: qm̄ demꝛones iſtę non ſunt ſm veritatem, neq; maximę demonſtrationes. Demꝛo autem ſimpliciter ea eſt, quæ exhibet maximam veritatem. Deinde adduxit cauſam, ꝓp quam ſignum non eſt demonſtratio.

Et dixit: qm̄ illa cōclūdūt prius ꝑ poſterius. prius n. eſt efforta, poſtea lac, & priꝰ ē ignis, poſtea ſcḋo fumus. ſenſus eſt, qm̄ concludit prius ꝑ poſteriꝰ quēadmodū, ſi aliqs mōſtraret, ꝙ hęc mulier pepe rit, qa hēt lac, & ꝙ loco eſt ignis, qm̄ in ipſo eſt fumus: hoc. n. cōcludit prius ꝑ poſterius. prius. n. fuit efforta, poſtea habuit lac. qm̄. vt delicet partꝰ eſt cā, vt ſit lac, & ignis eſt cā vt ſit fumꝰ. demfo aūt ſe habet in contrariū huius: hoc eſt, qa in ipſis monſtratꝛ poſterius per prius, quēadmodū ſi quiſpiā monſtraret, ꝙ hęc mulier hēt lac, quia ipſa peperit.

Cùm

MANTINVS

ceere, ipſa ꝙ e eē demfatiua, intelligit, nos aūt dicimus ipſā demfonē abſolutā nō debere habere l ſe, ꝑ termino medio aliqđ ſignorū vel indiciorū, q̄ reperiunt in termino maiori. vt ſit in illis demfonibꝰ, q̄ ſigna dñr. qa hmōi demfones non ſunt verę, & oīno demfones. Demfatio vero abſoluta eſt, quę ꝓſtat omnimodā veritatē. deinde affert cām, ob quā ipſa ſigna n̄ ſūt demfones.

Cū d. Qm̄ ipſa cōclūdunt antecedēs ex ipſo poſteriori, cū prius ſit partus, deſde lac, & ignis quoq; prius ſit, ſe cūdo ꝙ o ſit fumꝰ: hoc eſt, qa in eis concludit añs ꝑ ipſū poſterius. vt ſi qs ꝓbet hāc mulierē eſſe puerperā, qa habet lac, & ꝙ in hoc loco eſt ignis, qa in eo eſt fumus. ſic. n. cōcludet prius ipſum ab ipſo poſteriori, qa prius fuit puerperium, & poſtea fuit lac: hoc eſt, ꝙ ipſum puerperiū ē eā, vt lac repiat. ſimiſtr; & ignis ē cā, vt repiat fumus. At Demfones cōtrario mō ſe habēt, nēpe, qa ꝑ eas ꝓbat ꝓ poſterius ꝑ prius, vt ſi qs ꝓbet hāc mulierē hēre lac, qa eſt puerpera.

Logica R Et

ABRAM

D Et dum dixit, nec res essentiales faciunt scire vera scientia, nisi faciat scire per causam. intendit ꝙ non solum scia accidētiū essentialiū priorum per posteriora est scia nō vera, sed nec accidentia, quę ponunt medij termini talium demfonum, faciūt scire summe vraci scia, nisi faciat scire p suas causas Et hāc

E ob rē Auicenna abnegauit hāc speciem demfonum, ſ. signa. fiet aūt sermo de hoc, qñ Arist. faciet mentionē de Demſrationibus signorū in hoc Libro.

BVRANA

Cùm vero dixit: res aūt p se nō sciunt scia vera, nisi sciantur per eām. sensus ē, ꝙ nō solū scia accidētiū essentialiū priorū per posteriora nō est scia vera, sed accidentia quoq; quæ ponunt termini medij in huiuſcemodi demfonibus, nō sciunt scia vera, hoc est maxima, nisi cū sciuntur p causam suā. Et pp hoc mentitus est Aben Sęna de hac specie demōſtrationum, hoc est signis. ad hoc enim peruenit ſermonis, vt mētionem faceret de Demonſtratiōibus signorum ex iſto Libro.

MANTINVS

Et cùm d. neq; res essentiales ꝑſtant veram ſciam, nisi eā pręſtent p eām: Itelligit, ꝙ ſcia, quæ habet de accidētibus eſſentialibus prioribus per posteriora, nō ſolum non est ſcia vera, ſed neq; ipſa accidentia, q̄ ponunt, p terminis medijs in huiuſcemodi demfonibus, ꝑſtant verā ſciam: hoc est omnimodā, nisi p ſuas cauſas eā ꝑſtēt. Et ob hoc negauit Auicēna hoc genus demfonum, ſ. ipſa ſigna. Sed de hoc adhuc fiet ſermo, vbi Arist. tractat de Demfonibus ſignorum in hoc Libro.

Auicenna negauit de mfonem figni.

ANT. INTER. TEX. XX.

Propter ipſum igitur oportet & medium tertio, & primum medio ineſſe. Non igitur eſt [a] ex alio genere [b] tranſcendentem monſtrare, vt Geometricum Arithmetica.

F

T.c56 Et huius quidē cauſa eſt, qa q̄ curat rē ſcire vera ſciētia nō eſt ei aditus ſciendi illam niſi per cām. hinc itaq; ſequitur, maiorem terminū ineſſe medio eſſentialiter, ac etiam mediū minori eſsētialiter. Re aūt ita ſibi cōſtante, ſposſibilis eſt trāſgreſſ[9] de aliquo genere

Dixit Arist. Cauſa aūt huius eſt, qm̄ q̄ ſtudet ſcire rem ſcia vera, nō habet viā, qua ſciat ipsā niſi p cām. Igit̄ ſequit̄ ex hoc, vt termin[9] maior inſit medio p ſe, & mediū minori p ſe. Cūq; res ita ſe habeat, fieri ergo non poterit, vt tranſferatur demōſtratio de genere

Inquit Arist. Huius autem rei cā eſt, quia quicūq; cupit ſcire rē vera ſcientia nō pōt eā ſcire niſi per cauſam. Oportet ergo ipſum terminū maiorē ineſſe medio per ſe, & mediū minori quoq; p ſe. Ergo impoſſibile ēt eſt, ipſam demōnem tranſcēdere de genere T.c56

ABRAM

genere in aliud genus. vt digrediatur demonstratio de re Geometrica, & fiat de re Arithmetica.

Cō. 56. Postq̄ enūtiauit, ꝙ signa sui occasione nō faciant scire conclusiones vera scīa, quia eis scitur prius per posterius: & enuntiauit etiā ꝙ suę præmiſſæ etiam non sciantur vera scīa niſi qñ sciuntur p suas causas, narrauit cām cōem ambabus rebus simul, id est, essendi signorum conclusiones nescitę vera scīa, & essendi suas præmiſſas.

Et dixit: Et huius quidem causa, id est defectus scientiæ, quæ est conclusionū ipſorum signorum, & defectus suarū præmiſſarū est, quia qui curat rē scire vera scīa nō est ei aditus sciendi illam niſi p causam. & hoc æquidem, quod edixit, est per se manifeſtum, id est, ꝙ scientia, quæ est in ſummo, ſit scientia per causam, & hęc qui dem est scientia cōformis operi naturæ.

Et, postq̄ enuntiauerat, ꝙ medios termi nos demſonum oportеat eē ipſas causas, dicit:

BVRANA

genere aliud, quēadmodū ſi trāsferrēt dmſo, q̄ ē ſm intētionē Geometricā, & ageret ſm ītētionē Arithmeticā.

Posteaq̄ narrauit, ꝙ ſigna nō faciunt ſciri concluſionē ſcīa vera, qm̄ in ipſiſcitur prius per posterius: & narrauit etiam, ꝙ propōnes ipſorum conſiſt etiam non ſciūtur ſcīa vera, niſi cum ſciuntur per cām ſuam: narrat cauſam cōem vtriſq; intētiōibus ſimul: hoc eſt, ꝙ ſigna cōcluſionum nō ſciunt ſcīa vera, & propōnes etiā ipſorū.

Et inquit: cauſa autem huius. ſenſus eſt, defectus ſcientiæ, qui inuenitur in cōcluſionibus ſignorū, & defectus ꝓpoſitionū ſuarum eſt, quoniam qui ſtudet ſcire rem ſcientia vera, nō habet viā, qua ſciat ipſam, niſi p cauſam. & hoc, quoniā ſermo ipſius manifeſtus eſt per ſe, hoc eſt, quia ſcīa maxima eſt ſcīa per cām: & hęc eſt ſcientia per cōſenſum agentis naturalis.

Et, posteaq̄ narrauit, ꝙ oportet definitiōes mediorum in demſonibus eē cauſas, dixit: ſequi-

MANTINVS

genere in aliud genus. vt cum demſo, quæ agit de re geometrica, transferatur & agat de re Arithmetica. A

Posteaq̄ dixit, ꝙ ex Cō. 56. ipſis ſignis nō ſciūtur cōcluſiones vera ſcīa, eorū ſrōne, ꝓpea qa p ea cognoſcitur prius pp posterius, dixitq; rurſus, eorū præmiſſas nō poſſe ſciri ỹ a ſcīa, B niſi ſciātur p ſuas cauſas, iò nūc reddit cauſam vſem, ſeu cōmunē vtriq; iſtorū ſimul, videlicet, ꝙ concſones ſignorū nō ſciunt vera ſcīa, & ꝙ præmiſſæ eorū quoq; nō ſciuntur vera ſcientia, niſi ſcātur per ſuas cauſas.

Et ideo d Huius aūt rei cā, ſ. ipſius defectus ac imperfectionis ſcię, quę reperit in cōcſoni C bus ipſorū ſignorum, atq; in eorū ꝓmiſſis, ē qa quicūq; cupit ſcire rē vera ſcīa, nō pōt eā, ſcire niſi p cām. & hoc, qđ dicit, ē de ſe notū: nempe, ꝙ ſumma ſcīa eſt, q̄ per cām habetur, & eſt illa ſcīa, q̄ correſpondet operi naturæ.

Et, posteaquā dixit, ꝙ termini medij demſonū debēt oīno eſſe cauſæ, ſubiungit &

ABRAM

Dcit,hinc itaq; sequitur maiorē terminū ineſſe medio eſſentialiter, ac ēt medium minori eſſentialiter: & hoc qdē notum eſt p id, qđ dixerat, ſ. quia qñ medius terminus eſt cā maioris extremi in ſe, & eſt cā ipſum ineſſendi termino minori, ꝓ ut in præmiſſis oſtenſum eſt. hoc ē, ꝙ de cōdōnib⁹ demſonis ſimpliciter ſit eius mediū terminum eē cauſam maioris extremi in ſe, & cām ipſum ineſſendi minori. Ex quo, qñ maior prędicatur prędicatiōe prima de minori, ſequit, ꝙ ipſamet res, quæ eſt cā ipſius in ſe, ſit cauſa ipſum ineſſendi minori: medio autem termino in exiſtente hmōi, manifeſtum eſt, ꝙ prędicatio maioris de ipſo ſit ei eſſentialis, quia ſumitur in illius definitione. iam autem dictum eſt, ꝙ vna ſpecierum illius, qđ eſt per ſe, ſit ſubiectum ſumi in definitione prædicati. Similiter etiam illius prædicatio de minori eſt per ſe, quoniā aut cum hoc quōd ſit cauſa maioris extremi eſt cauſa minoris, et ſic

BVRANA

ſequitur igit̄ ex hoc, vt terminus maior inſit medio per ſe, & medius minori per ſe. Et hic ſermo ipſius manifeſtus ē ex eo, ꝙ dixit: & hoc, qñ medius terminus eſt cā maioris extremi ꝓ ſe, & cā, vt ipſum inſit minori extremo, ſm ꝙ in ꝓcedētibus declaratum fuit. hoc eſt, ꝙ ex cōdōnibus demſonis ſimpliciter, eſt, vt medius terminus ſit cauſa maioris extremi ꝓ ſe, & cā, q̄re ipſū inſit minori.

Qm̄ cū maior ſit ꝓdicabilis ꝓdicatiōe prima de minori, ſequitur, vt res, q̄ eſt cauſa per ſe, ipſa ſm diſpōnem ſuam ſit cauſa, quare inſit minori. cūq; medius termin⁹ ſit ita diſpoſitus, manifeſtū, ꝙ maior de ipſo prædicatur per ſe: qñ accipitur in definitione ipſius. iā enim dictum fuit, ꝙ vna ſpecierum eorū, quæ ſunt per ſe, eſt, vt ſubiectū accipiatur in definitione ꝓdicati: & conſtat ēt prędicatio ipſius de minore eſt per ſe. & hoc, qñ ſi cum eo, ꝙ ſcitur eſſe cauſa maioris, eſt cauſa minoris, erit præ-

MANTINVS

dicit, op; ergo ipſū terminū maiorē eſſe medio p ſe, & medius minori quoq; p ſe: & hoc ſatis cōſtat ex his, quæ ſuperius dixerat, ſ. cum terminus medius fuerit cā ipſius met maioris extremitatis, & cā, vt inſit termino minori, vt ſuperius ꝓbatum fuit: nēpe ꝙ vna ex cōdōnibus ipſius demſonis abſolutæ eſt, vt ipſe terminus medius ſit cauſa ipſius maioris extremi, & cauſa, vt ille inſit minori.

Cuiuſnam rei cauſa ſit medius terminus in demſone ſimpſt. vide idē ſupra cō. 11.

Propterea, q̄a cū maior ꝓdicaſ ꝓdicatione prima, tunc oportet vt id, qđ eſt cā ipſius, idē ſit cā, vt inſit minori. Sed, cū terminus medius ita ſe habeat, palā ergo eſt, ꝙ maior ꝓdicabit̄ de eo p ſe, q̄a ſumit̄ in eius definitiōe. Iā aūt fuit dictum, ꝙ vnus ex modis dicēdi p ſe ē, cū ipſum ſubiectū ſumit̄ in definitione ꝓdicati. pari quoq; rōne p ſe prædicabit̄ de minori: qñ ſi cum hoc, ꝙ ē cā maioris extremi ſit cauſa minoris, tūc ꝓdicabit̄ de minori in eo mō dicendi p ſe, in quo ꝓdicatū ſumit̄ in definitiōe ſubiecti. at, ſi nō ſit cā ipſius minoris, tūc oportebit

ABRAM

sic fit eius prædicatio de minori ſpecies per ſe, qua ꝓdicatū ſumit in definitiõe ſubiecti, aut nõ eſt cã minoris, & oportet neceſſariõ ꝙ ſumat in eius definitione, & ſit ei ꝓdicatio de minori illius generis, cui' é ꝓdicatio maioris de eo. Maior aũt pars demſonũ ſimplr fit de accñtibus eſſentialibus, ob cãm ꝙuam infra exponam.

75

Et, poſtq̃ hinc notificatũ eſt, ꝙ oporteat ꝓmiſſas demonũ eſſe p ſe, cũ iã oſtenſum ſit & ipſas eé neceſſarias, intulit hinc, ꝙ impoſſe ſit demſonẽ trãſgredi de arte in artẽ. Et dixit: Re aũt ita ſibi cõſtãte impoſſ eſt trãſgreſſus de aliquo genere ĩ aliud genus, vt digrediat demſo de re geometrica & fiat de re arithmetica. Et circa hæc dicta, eſt locus vehemẽtis ꝓſecutationis, & magna difficultas. Si ipſe nãq; intendit per demſonis tranſgreſſum de genere in genus, translationẽ ipſarũmet ſuarum ꝓmiſſarũ ab arte in artẽ, hoc eſt, ꝙ duę illæ ꝓmiſſę fiãt in duabus artibus vno mõ, hoc eſt mẽdaciũ. ſecꝰ nanq; inde q̃ſitũ eſſe vnũ, &

Digreſſio. Quo pacto fieri poſſit demonem translato de genere in gen. & de arte in artẽ.

ter-

BVRANA

ꝓdicatio ipſius de minore ex ſpẽ p ſe, in qua accipit ꝓdicatũ in definitione ſubiecti. ꝙ ſi non fuerit cã minoris ſequit ex neceſſitate, vt minor accipiat' definitione ipſius, & erit ꝓdicatio ipſius de minore ex genere, ſm qđ ꝓdicat' maior de ipſo. Et magna pars demſonum celebratarũ, ſunt accidẽtia eſſẽtialia pp cãm, q̃ poſterius declarabit'. Poſtea vero q̃ declarauit, ꝙ oportet propõnes demſonũ eé p ſe, & iã monſtratum hoc conſiſt fuit ex eo, ꝙ ſunt neceſſarię, concludit ex hoc fieri non poſſe, vt demſo trãſferat' de arte in artẽ, & dixit: cũq; res ita ſe habeat, igit fieri nõ põt, vt trãſferat' demſo de genere in genus aliud, quẽad modũ ſi trãſferret' demſo ſm ſtẽtionẽ geometricã, & efficeret' ſm ſtẽtionẽ arithmeticã. Et ĩ hoc, qđ dixit, é locus vehemẽtis ſqſitiõis & durę nimis. & hoc, qñ aut ipſe ſtẽ ligit p translationẽ demſonis de genere ĩ genꝰ, trãslationẽ ꝓpõnũ ſuarũ p ſe đ artẽ ĩ artẽ, hoc é, vt faciat vtrasq; ꝓpõnes ĩ ambabꝰ artibus ſm modũ vnũ, & hoc

MANTINVS

tebit neceſſariò ipſum A
* ſumi ĩ eius definitio- *a.l.mino
ne. & tũc eius ꝓdicatio rem.
de minori, erit eius generis ꝓdicatiõis, ĩ qua maior ꝓdicat' de ipſo. Et ſic maior ps demſonũ ſimplr, ſeu abſolutarũ, fient p accidẽtia eſſentialia, pp eã rõnẽ, quã poſt hoc explicabimus. Et, poſtea quã probauit ex dict's, præmiſſas demſonũ opor- B
tere eſſe de p ſe, probauit quoq; ex hoc debere eé & neceſſarias, cõcludit ex his, ipſam demſonẽ non poſſe trãſferri de arte in artem. & hoc eſt, qđ dicit: ergo impoſſibile eſt ipſam demſonẽ tranſcẽdere de genere ĩ aliud genus. vt cũ demſo, q̃ agit de re geometrica, trasferat & agat de re C
arithmetica. In hoc tñ eius dicto, magna inſurgit difficultas, magnaq; idiget cõſideratione. Nã vel p translationẽ ipſius demſonis de genere ĩ genus intelligit, ꝙ ipſemet ꝓmiſſę trãſferãtur de arte ĩ artem, videlicet ꝙ vno & eodẽ mõ fiant vtraq; ꝓmiſſarum in vtraq; artiũ, qđ q.dem eſt falſum, q̃ ſequeretur ex hoc, vt ipſum q̃ſitũ eſſet vnũ, atq; ipſe

ABRAM

D terminum positum, id est subiectum quæsiti, & terminum medium etiam vnum: qđ neminem latet esse impossibile. & duæ artes essent vna ars, quæ positæ iam sunt duæ artes: quod est absonum inconueniens.

Aut ꝙ minor præmissa sit differens subiecto in duabus scientijs, & maior prçmissa vna: hoc est, ꝙ medius terminus et maius extremũ in ambabus sit vnum, qđ putatur esse posse, qñ concederemus quædam accidẽtia essentialia esse communiora genere, & ꝙex talibus prçmissis fiant demfones, & ꝙ vnam rẽ esse quęrat in duabus artibus, aut inueniãtur duę artes, quæ considerẽt genus continens illa, prout totum hoc significauit Alpharabius in suo libro.

Et mirum est de Alpharabio, qui concedit duas artes considerare vnum quæsitum, & non concedit hoc fieri per vnum medium terminum. quando autem concedimus esse accidens commune, aut genus commune duabus artibus, possibile

BVRANA

hoc est falsum: qñ ex isto sequitur, vt ꝙsitũ sit vnũ, & terminus positus vnus. i. subiectũ ꝙsiti, & terminus medius cõsistẽt vnus: sed nulli dubium, ꝙ hoc fieri nõ põt. tunc. n. essent duę artes ars vna: sed iã positę fuerunt duæ: qđ est impossę & non coherent. Aut erit minor propõ diuersa fm subiectũ in ambabus scientijs, & maior propõ vna. hoc est, vt sit termin⁹ medius, & maior extremitas in ambabus vna: qđ qđẽ existimãdũ ẽ fieri posse, si fateamur ex accidentibus essentialibus aliqua eẽ vñora genere, ꝙꝙ; demfones erũt ex huiuscemodi ꝓpõnibus: ꝙꝙ; sit res vna, cuius existẽtia ꝙrat̃ I ambabus artibus: aut inueniãt̃ duę artes, ꝙ speculẽtur de genere cõpręhendẽte ipsas. quęadmodum videtur Abunazar innuere omnia hæc in libro suo.

Sed opinio Abunazaris fuit, vt fateat̃ duas artes speculari de ꝙsito vno, nõ aũt fateret̃, ꝙ hoc est ꝑ vnũ terminũ medũ. si enim fateamur, ꝙ est accidẽs cõmunicans duabus artibus, aut genus cõicãs, iam

MANTINVS

terminus positus erit vnus. Ipsum ꝓdicatũ ꝙsiti, & ipse terminus medius quoque erunt vnũ. qđquidẽ neminẽ latet eẽ impossę. sic. n. ambę artes essent vna ars, cũ tñ iã fuerit concessum ipsas esse duas artes: hoc ergo est impossibile & absurdũ.

Vel minor ꝓmissarũ differet subiecto in illis duabus scientijs, & ipsa maior ꝓmissa erit vna. hoc est, ꝙ terminus medi⁹ & maior extremitas in vtrisq; erit vnũ: possetq; existimari, hoc esse posse, si cõcedamus, aliqua accidentia essentialia eẽ vñora ipso genere, & demfones posse fieri ex huiuscemodi ꝓpõnibus, et sic possit queri vna & eadẽ res, quę reperiat̃ in duabus artibus, vel ꝙ repiant̃ ambę artes cõsiderare genus, qđ eas amplectit̃, vt inuenimus Alpharabium concedere totum hoc in suo libro.

Sed admirandũ est de Alpharabio, cũ concedat duas artes cõsiderare idẽ ꝙsitũ, & nõ fateat̃ hoc fieri ꝑ vnum terminũ medũ. Sed si fateamur dari aliquod accidẽs cõe vtrisq; artibus, vel aliqđ gen⁹, tũc ter-

ABRAM

bile eſt terminum me diū eſſe illis cōem, ſicut ē hoc poſſibile de quęſito. qñ vero adiecerimus conditionē ipſis per ſe, vt ſint prima, tanto fortius in illis, q̄ nō tranſcendāt ipſum genus, manifeſtum eſt q̄ non ſit poſſibile demōſtres trāsferri, neq; hoc mō, ideſt, vt maior prēmiſſa ſit prima I ambobus generibus ſimul, neq; dum non eſt prima, ſed eſt propria generi.

Quod vero illæ, quæ ſunt per ſe, non expediat, q̄ tranſgrediantur genus ipſum, hoc eſt genus artis, id eſt illius ſubiectum, circa quod conſiderant, manifeſtum fit ex his, quæ dicam. Res enim quæ per ſe ſunt generis, non euadunt quin ſint de his, quæ capiantur in generis definitionibus, aut ipſum genus capiatur in definitionibus ipſorum. Si ſint ex his, quæ capiuntur in definitionibus generis, non euadit quin ſint cauſę huius generis propriæ, aut non proprię, ſi ſint propriæ, prædicantur in quid de hoc genere, & ſic ſunt per ſe huius artis: ſi autem ſint non

BVRANA

iam ergo fieri poterit, vt medius terminus ſit cōicans ipſis: quemadmodū poſſe eſt hoc in quæſito. Atqui, cū poſuerimus cōditionē in ijs, quę ſunt per ſe, vt ſint prima, quę tñ non tranſcendāt genus, planū vtiq; fiet, q̄ impoſſibile eſt transferri demōſtres, & nō ſm hūc modū: hoc eſt, vt efficiatur ꝓpoſitio maior prima in duobus generibus ſimul, & non cū erit prſa, & erit appropriata generi. Atqui non oportet ea, q̄ ſunt per ſe, tranſcendere genus, hoc eſt genus artis, ideſt ſubiectum ipſius, in quo fit conſideratio. Planum igit' ex eo, qđ dictum eſt, q̄ nihil prohibet ea, q̄ ſunt eſſentialia generi, eſſe ex ijs, quę accipiuntur in definitiōe generis, aut in quorum definitionibus accipitur genus. & ſi fuerint ex ijs, quę accipiuntur in definitione generis, nihil vetat, vt ſint cauſæ appropriatę in hoc genere, aut nō appropriatæ. q̄ ſi fuerint appropriatæ ꝑdicatæ de ipſo per viam ſm q̄ ipſum eſt hoc genus, erūt vtique p ſe huic arti, ſi vero non fuerint appropriatę

MANTINVS

terminus medius poterit eſſe cōis ipſis, vt põt quoq; hoc fieri in ipſo q̄ſito. At, cū nos ſupponimus, vt vna ex cō ditiōibus eorū, q̄ ſunt p ſe, ſit vt ſint prſa, longe ergo magis dicēdū erit, vt nō trāſcendant genus. Manifeſtū igit' eſt, q̄ demōſtres non põt tranſcēdere ēt hoc modo, videlicet, vt fiat prima ꝑmiſſa I vtroq; genere ſimul, neq; ēt ſi non fuerit ei prima, ſed fuerit ꝓpria genere. Quòd aūt ea, quę ſunt p ſe, non debeant trāſcēdere genus, ſ genus artis, hoc eſt, eius ſubiectum, de quo tractat, manifeſtū eſt ex his, quę nūc dicā. Nępe, q̄a ea, q̄ inſunt p ſe alicui generi, neceſſū eſt, vel vt ſint ex his, q̄ ſumunt' in deſiōnibus generis, vl' ex his, I quorū deſiōnib' ſumit' genus. ſi igit' ſint ex his, q̄ ſumunt' in definitionibus generis, tūc neceſſe eſt, vel vt ſint cāe propriæ illi generi, vel nō ꝓpriæ: & ſi propriæ, & ꝑdicent' de eo in eo qđ q̄d eſt illud genus, tunc manifeſtū eſt, q̄ inſunt p ſe illi arti. Et ſi nō ꝓpriæ I eo qđ q̄d eſt illud genus, tūc palā eſt, q̄ inſunt p ſe illi

R iij natu-

ABRAM

D non ꝓpriꝫ ī eo qđ qd est hoc genus, manifestū ē, ꝙ sint essentiales naturæ ambienti hoc genus, & primæ illi.

Artis itaq; genus, qñ est hęc nā ambiens, dū illā posuerim⁹ genus artis, artis genus esset species. Id itaq;, qđ posueramus artis genus, non esset genus, qđ est repugnans absonū. Et perinde vī, ꝙ impoſ
E sit eſſe duas artes subiecto differētes, quę subintrēt vnū gen⁹, qđ de illis dicat vniuoce: hoc est, in quas hoc genus partiat diuisione prima. Artes.n. quę huiuscemodi sunt, illæ sunt duę artes partiales vnius totalis artis, ꝓut sunt artes, quę speculātur corpora sphærica rectilinea, quæ subintrant artē Geometriç:
F Ars aūt Geometrica ē vna ars. Simīr impoſ est eē ens accīntale p se duaꝝ artiū subo differētiū, qm̄ ñ euadit hoc accīs p se, qn accipiat in ei⁹ definitiōe genus artis: hoc ē, illi⁹ subiecti, aut gen⁹ sui gñis, ꝓut ait Alpharabi⁹: si accipiat in eius definitiōe gen⁹ illi⁹ artis, notū ē illud eē illi arti ꝓpriū, si aūt capiat ī ei⁹ definitiōe gen⁹ generis illius

BVRANA

priatę p viā qđ est hoc genus, planū vtiq;, ꝙ erunt essentiales nāæ cōpræhendenti genus istud, & primæ ipsi.

Igit genus artis erit hęc natura cōpræhendēs. Cūq; posuerimus ipsum gen⁹ artis, & genus artis alteri⁹ ē spēs: igit, qđ posuimus genus artis nō ē genus artis: qđ ē impoſ, & nō coheret. Et ex hoc apparet, fieri nullo mō posse, vt duæ artes diuersę fm subiectū, ponant sub vno genere, qđ dicat p cōsensum. hoc est, ꝙ diuidat ī ipsas genus istud diuisione prima. Qū artes, ꝙ ita se habēt, sunt duę artes ꝓticulares ex arte vī. quēadmodum ars, ꝙ speculat de aspectib⁹ rotūdis & rectis: ipsę.n. ponunt sub arte Geometriæ, & Ars Geometrię est ars vna. Et cōsimīr fieri nō ꝑt, vt inueniat accidens p se duabus artibus diuersis fm subiectū. & hoc, qm̄ hoc accidens p se nō effugiet, quin in ipsius definitiōe ponat⁹ gen⁹ illi⁹ artis, hoc ē subiectū illius, aut genus generis: quēadmodū dicebat Abunazar. ꝙ si accipiat in ipsi⁹ definitiōe gen⁹ artis illi⁹, planū,

MANTINVS

naturę, ꝙ amplectit illud genus, & erūt etiā primæ ei. Genus itaq; artis est illa nā amplectēs si ponat eē genus artis, genus vero alterius artis erit spēs. ergo id, qđ fuit positū gen⁹ artis, nō erit genus, qđ implicat cōtradictionē, qđ ē impoſ. Hinc pōt apparere, ꝙ duę artes differētes subiecto, nō pñt includi sub vni co genere vniuoce dicto, ſ. ꝙ diuidat in eas illud gen⁹ diuisiōe prima. Quia artes ita se habētes sunt duæ artes particulares vnius artis vīs. vt est illa ars, ꝙ cōsiderat solida, sphærica, atq; plana. nā ipsę subīgrediunt artē Geometricā, ars aūt Geometrica, est vnica ars. pari rōne quoq;. nō ꝑt aliqđ accīns ēentiale, vī p se, ieſle duab⁹ artibus diuersis, qa illud accidēs essentiale necessario vtiq; sumet ī eius definitiōe genus artis, hoc ē ei⁹ subiectū, vel gen⁹ generis eius, vt dicit Alpharabi⁹. Quōd si id, qđ sumit in definitiōe eius, sit gen⁹ illius artis, manifestū tūc ē, ꝙ ē ꝓpriū illi arti. Sed si id, qđ sumit in definitiōe eius, sit gen⁹ generis illius artis, tūc pa
lam

ABRAM

illius artis, notũ est illud cẽ primũ per se genus generis illius artis, & nõ sciretur illud nesse illi naturæ, nisi per accũs: hoc est, id quod posuim⁹ genus artis, i. qa insit nãe cõiori genere generis illi⁹ artis.

Et, vt vniuersalius inquam, illius proportio ad genus illius artis, est sicut proportio equalitatis angulorũ duobus rectis ipsi trigono equilatero & scaleno, put pri⁹ expositum erat. Arist. quo cõstito, id, qđ positũ fuerat artis genus, non est illius genus. Et pinde apparet, ea accidentia p se, q̃ putantur esse cõia plurib⁹ q̃ vni generi, q̃ ipsa sint equiuocæ, ñ vniuocæ dicta, put est ꝑdicatio equalitatis de quãtitate continua & discreta, & q̃ nomen quantitatis dicitur æquiuoce de illa. infra Aristo common strabit. Id enim, qđ dubitãdum est hic, est de talibus præmissis.

Iam itaq; manifestat hinc, q̃ impossibile sit demonst. transferri de arte in artem: hoc est. q̃ maior præmissa, aut ipsæ ambæ præmissæ transferãtur ab arte in artem. Quod vero in vna illarum fiat maior præ-

BYRANA

planum, q̃ est primũ & p se generi generis artis ipsius: neq; scim⁹, q̃ sit in illa natura naturę, nisi per accũs, hoc est, quod posuimus genus artis. i. qm̃ inest natura vłiori, q̃ sit gen⁹ generis illius artis.

Et I summa ꝓportio ipsius ad artẽ illã, erit quẽadmodũ ꝓportio æqualitatis angulorũ duob⁹ rectis ad triãgulum equilaterũ & gradatũ, sm q̃ declarauit Aristo. supertius. Cũq; hoc ita sit, igit qđ ponit genus artis, nõ est gen⁹ ipsi⁹. & ex hoc apparet, qui existimauit accña p se cõicare pluribus artibus q̃ vni, q̃ ipsi dicũt p equiuocationẽ, nõ p cõsensum: quẽadmodũ ꝑdicatio equalitatis de scĩa cõtinua & discreta: q̃ nomen assignatũ ipsi dr p cõicationẽ. & hic declarabit istud Aristo. quẽadmodũ &postea: sed in hoc sufficit sillirudo istarũ propõnum.

Iam igitur ex hoc declaratum fuit, fieri nõ posse, vt demo transferatur de arte in artẽ: hoc est, vt maior propositio trãsferatur de arte in artẽ, aut ambæ ꝓpõnes per se. q̃ autẽ in vna ipsarum propõ maior

MANTINVS

lam est, ipsum esse primum & p se generi generis illius artis, & non scieꝯ ipsum inesse illi nãe, nisi per accũs: quãꝯ posuimus esse genus artis. hoc est, quia inest illi naturæ, q̃ est vłior genere gñis illius artis. A

Et, vt verbo dicã, eadem erit rõ, vel proportio eius ad genus artis, quæ est equalitatis angulorũ duobus rectis in triangulo eqlatero, & inequilatero, vt superius Aristo. declarauit: sic igit id, quod ponit esse genus artis, nõ erit genus ei⁹. Hinc quoq; constat, q̃ ea accitia est sentialia, q̃ existimant esse cõia pluribus generibus q̃ vni, q̃ illa sunt equiuoce dicta nõ vniuoce, vt æquale, quod prædicat de quãtitate continua & discreta, & nomen quantitatis dr de ea equiuoce. Aristo telesy⁹ dicit post hoc, q̃ id, quod vr esse dubiũ circa hoc, sunt huiusce modi propõnes. B C

Ex his igit dictis patet, ipsam demonstrationem nõ posse transferri de arte in artẽ, s. vt maior ꝑmissa transferatur de arte in artẽ, aut vtraq; præmissarum. At fieri quid põt, vt illa, quæ est maior ꝓpõ in vna earũ,

AERAM

D præmissa illa, quæ in altera fuerit cõclusio, hoc non est impossibile, prout dicit Aristo. hoc autem est in artibus subalternis, hoc est dictu, ꝙ in particulariori fiat maior ꝓmissa illa, quæ in vniuersaliori fuerat cõclusio.

BVRANA

maior sit, quæ in altera est conclusio, nihil prohibet, quẽadmodũ dixit Aristo. & hoc in artibus, quarũ aliquæ sunt sub aliquibus, hoc est, vt facias in particulari propositionẽ maiorem, quæ in vniuersali est conclusio.

MANTINVS

earũ sit cõclusio in altera, & hoc nõ est incõueniens, vt inqt Arist. hoc tñ intelligit in illis artib⁹, q̃ sunt subordinatæ altera subaltera. intelligo quidẽ, vt in ipsa particulari sit maior prẽmissa illa, q̃ erat in ipsa vlt conclusio.

Contradictio Tomitani.

75 E *Auer. hic in quodam suo proposito dicit, quòd maior pars demonstrationum simpliciter fit de accidentibus essentialibus. id quod obster affirmauit 2. Poste. com. 41. 47. 94. & in Quæsito. 3. Huius contrarium voluit 2. Poste. com. 12. vbi dixit, demonstrationes simpliciter fieri pro maiori parte de accidentibus propriis, & semper, & vbi quando addi, immo semper. hæc aũt inuicem pugnare manifestum est. Vide fol. Tom.*

20. ps *Tria enim sunt, quæ sunt in demonstrationibus: vnum quidem, quæ demonstratur, ipsa conclusio: hoc autem est, quod ineſt generi alicui per se. Vnum autem, dignitates: dignitates autem sunt ea, ex quibus. tertium, genus ipsum subiectum, cuius passiones & per se accidentia declarat demonstratio.*

T.c.57 F Res aut, ex quibus constituitur demonstratiõis natura, sũt tres. Quarũ vna est ipsum prædicatum, q̃d scilicet commonstrat ineſſe subiecto p se: secunda notitię illarũ, quæ notę sũt, quæ sunt ipsæ s. prẽmissę, quib⁹ cõmonstratur prædicatum ineſſe subiecto: et tertia ẽ ipsa natura subiecta, qua fit demonstratio de signis & accidentibus, quæ illi insunt per se.

Dixit Aristo. Res autem, ex quibus cõstruitur natura demonstrationis sunt tres: vna ipsarũ prędicatum: & hoc est quod monstratur ineſſe subiecto per se. secunda, scita: & hec sunt propositiones, per quas monstratur prædicatum ineſſe subiecto. tertia vero, natura subiecti: de cuius signis & accidentibus sibi per se inexistẽtibus est demonstratio.

Inquit Arist. Tres aũt sunt res, ex quibus natura demonstrationis constat. quarũ vna ẽ ipsum prędicatũ, quod quidem probabitur ipsum ineſſe subiecto p se: secunda vero sunt scita nota: quæ s. sunt illæ ꝓpones, quib⁹ probaẽ prædicatũ ineſſe subiecto: tertia ẽ natura subiecti, qua demõstratio fit de signis & accidentib⁹ inexistentibus ei per se.

T.c.57

Postq̃ Po- Po-

ABRAM

Cō.57 Postq̄ enuntiauerat, q̄ impossit demōstrationem transferri, cœpit distinguere res, quibus cōstituuntur artes speculatiuæ, vt ostenderet, q̄ ob illarum varietatem in artibus nō oporteat q̄ demonstratio transferatur. Et dixit: Res autem, ex quibus constituit demonstrationis natura, sunt tres res. idest, quod ex quibus est natura demonstrationis sunt tres res. quarū vna est prædicatū, quod commonstratur inesse subiecto p se. Dixit vero inesse, & nō dixit, quod ostēdit inesse, aut nō inesse subiecto, quia affirmatiuæ demonstrationes sunt veræ demōstrationes.

Et dum dixit: Secunda notitiæ illarū, quæ notæ sunt, quæ sunt ipsæ s. præmissæ, q̄bus cō monstrat prædicatum inesse subiecto. Debet inde intelligi, q̄ nihil sint p̄missæ vltra prædicationē medij termini de minori, qđ est quæsiti subiecti, & maioris, qđ est quæsiti prædicatū, quod commonstratur inesse subiecto. Et dum dixit: Et tertia est ipsa natura subiecta, idest gen⁹, circa qđ speculatur illa ars.

Deide

BVRANA

Posteaquàm enuntiauit fieri non posse, vt transferatur demōstratio, cœpit distinguere res, per quas cōstituuntur artes speculatiuæ, ac si monstraret, q̄ oportet, vt diuersitas ipsārum in artibus nō trāsferatur. Et inquit: res autem, ex quibus constituit natura demonstrationis, sunt tres. sensus est, q̄ ex quibus est natura demonstrationis, sunt tres res: vna ipsarum prædicatū, quod monstratur inesse subiecto per se. & non dixit, quod monstratur inesse subiecto, aut nō inesse: quoniam secundum veritatē demōnes sunt affirmatiuæ.

Cū vero dixit: Secunda, scita: & hęc sūt propōnes, per quas monstratur p̄dicatū inesse subiecto, opus est, vt intelligat ex hoc, q̄ propositiōes nihil amplius sunt, q̄ prædicatio termini medij de minore, qđ est subiectū quęsiti, & maioris de medio: quod est prædicatum quæsiti. & hoc est quod monstrat inesse subto. Cū vero dixit: tertia vero, nā subiecti: intelligit genus, qđ considerat in illa arte.

Et

MANTINVS

Posteaquā dixit, demonstrationē non posse transferri, nunc vult distinguere res, ex quibus constant artes contemplatiuę, vt ꝓbet, q̄ ꝓpea, quòd sunt diuersæ in ipsis artibus, ideo non possunt trāsferri. & hoc est quod dicit: Tria ăt sunt ea, ex quibus nā demōnis constat. id est, ea, ex quib⁹ fit natura demōnis, sunt tres res: prima est, ipsum prędicatū, quod quidē probabit ipsum inesse subiecto per se. Dixit autē, q̄ inest, & nō dixit, quod probabit ipsum inesse subiecto, vel nō inesse, quia demonstrationes affirmatiuæ sunt veræ demōnes. Et cùm dixit: Secūda vero, sunt scię cognitæ, seu scita nota: quæ s. sunt illæ propositiones, quibus probat prædicatū inesse subiecto. debet intelligi, q̄ nihil aliud penit⁹ sunt ipsæ p̄missæ, q̄ prędicatio termini medij de minori, q̄ est subiectū quæsiti: & maioris de medio, qui est p̄dicatū quęsiti, quod probabit inesse subiecto. & cū dixit: Tertia est nā subiecti, ītelligit gen⁹ illud, de quo tractat illa ars.

Et

Cō.57

Cō.57

A

B

C

ABRAM

D Deinde dixit: qua fit demõstratio de signis & accidentibus, quæ illi insunt per se, idest natura cuius conditionis est, vt de ea instituantur demõstrationes in arte, quod est genus consideratum. & intendit per signa, accidentia efficiẽtia: & per accidentia, reliqua accidentia. Sunt vero peculiariora accidẽtia in
E ter reliquas res, quæ quæruntur in genere. quia accidentia, quorum esse quæritur, prę ualent in arte, & illa sunt, de quibus fiunt demõstrationes essendi & causarum.

BVRANA

Et cùm dixit: de cuius signis & accidentibus sibi p se inexistentibus est demonstratio: hoc est natura, cuius via est, vt super ipsa constituant demonstrationes in arte. & hoc est genus, de quo speculamur. & per signa, intelligit signa facta: & per accidẽtia, intelliguntur reliqua accidentia. Atqui per accidentia proprie, intelligimus reliquas res, quæ quæruntur in genere: quoniã accidentia sunt, cuius existentiam quærim⁹ in arte, & ipsa ea sunt, in quibus adducitur demõ existẽtiæ & causarum.

MANTINVS

te procedunt. & concluſio illa
ta ex neceſſarijs pꝛęmiſſis eſt ne
ceſſaria, & illata ex pꝛęmiſſis, q̃
E vtplurimum ſunt, eſt vtpluri
mum. ex quo autem quod per
accidens eſt neutrius horũ eſt,
de illo non fit demonſtratio.

Cõ.181 Dum dixit. Verumtñ id, qđ per
accidens fit, nõ ſcit demſtrone. Intẽ
dit, q̃ non fit nobis aditus vt capia
mus duas demſtrones, q̃ nobis cõſita
re faciant eſſe id, qđ eſt per accidẽs.
Deide tulit huius cauſam, Et dixit:
Id.n. qđ p accidens fit, nõ fit neceſſa
rio, nec procedit pro maiori parte
rei. i. qa id, qđ fit per accidẽs, nõ fit
ex ſuis cauſis neceſſario, néque fm
F maiorẽ partẽ, ſed pter has duas na
turas, i. q̃ fiat vt in minori parte, &
ideo illius non ſunt cauſæ naturali
ter terminate, quando autem illius
non ſunt terminatæ cauſæ, & ſcien
tia quæ fit de re eſt ob illius termi
natas cauſas: manifeſtum itaq; eſt,
q̃ de eo, cuius non ſunt terminatæ
cauſæ nõ fit demonſtratio. Et poſt
quàm poſuerat q̃ de eo qđ fit p ac
cidens, non fiat neceſſario, neque
pro maiori parte, Dixit. Demſtratio
autẽ eſt de altera harum duarum. i.
demſtro fit de eo, qđ eſt neceſſarium,
aut de eo, qđ eſt pro maiori parte.

Et

SVRANA

Dixit Ariſt. Quod vero inno- T.c.18
uatꝰ per accidẽs nõ ſcit̃ p demſtro
nẽ: qm̃ eius, qđ innouat̃ p accñs
innouatio nõ eſt ex neceſſitate,
& nõ ꝓcedit vtplurimũ: ſed eſt
extra ambo hæc: ſed demſtro eſt
de vno iſtorũ duorũ: qm̃ oĩs ſyl
logiſmus aut ẽ ex ꝓpõnibus ne
ceſſarijs, aut ex propõnibus ꝓce
dẽtibus vtplurimũ. Concluſio
aũt, q̃ ſequit̃ ex propõnibus ne
ceſſarijs eſt neceſſaria, & quæ ſe
quit̃ ex propõnibꝰ vtplurimũ
eſt vtplurimũ: qm̃ qđ eſt per ac
cidens, non eſt fm vnũ iſtorum
duorum, nõ eſt demſtro de ipſo.

Et dixit: qđ vero innouatur p acci Cõ.18
dens, nõ ſcit̃ p demſtrone ſenſus eſt:
q̃ nõ habemus viã, qua accipiam
duas demſtrones cõſtitutas ſup exi
ſtẽtia eius, qđ eſt per accidens: po
ſtea adduxit cãm ſ hoc, & dixit: qm̃
eius, qđ innouat̃ per accñs, non eſt
innouatio ex neceſſitate, neq; ꝓce
dens vtplurimum: ſenſus eſt: qm̃
eius, qđ innouat̃ per accidẽs nõ eſt
innouatio ex cauſis ſuis neq; ex ne
ceſſitate, neq; vtplurimũ: ſed qđ in
nouat̃ per accidens eſt extra ambas
iſtas naturas, hoc eſt, qm̃ innouat̃,
vt in pauciorĩbus: & ꝓpꝛea nõ habet
eãs determinatas fm nãm, cũq; nõ
habuerit cãs determinatas: & ſcia ẽ
re ſit pp cãs determinatas. Planũ igi
tur, qđ nõ eſt de eo demro, qđ non
hẽt cãs determinatas: & poſteaq̃ po
ſuit, q̃ illud, qđ innouat̃ p accñs, nõ
innouat̃ ex neceſſitate neq; vtplm:
dixit: & demro ẽ de vno iſtorũ duo
rũ: ſẽſus ẽ: & demro vtiq; erit de eo,
qđ ẽ ex neceſſitate, aut de eo, qđ eſt
vtplm:

ABRAM

Et notum est, ꝙ qñ ponimus: ꝙ accidens non fiat necessario, neq; pro maiori parte: hinc cõcluditur in secunda figura, ꝙ de accidente nõ fiat demso. Postq̃ autem præassumpserat duas præmissas huius ſylli, ꝙ demonstratio sit de eo, qđ est necessario, & de re, quæ est pro maiori parte, Cœpit dirigere ad modum vnde occurrat veritas huius, & tradidit eius causam. Et dixit: Omnis n. ſyllſus aut fit ex ꝑmissis necessarijs, aut ex præmissis ꝙ pro maiori parte procedunt: demſonũ aũt cõclusiones sunt necessariæ, aut pro maiori parte, qñ demonstrationũ præmissæ sunt harũ duarũ cõditionũ. hoc est, necessariæ, aut pro maiori parte. modi autem conclusionum necessario sequuntur modos præmissarum, prout in libro Priorum commonſtratur. Et hoc intendebat dum dixit: Et conclusio illata ex necessarijs præmissis est necessaria, & illata ex præmissis, quæ vtplurimum sunt, est vtplurimum. Deinde dixit: Ex quo autem quod per accidens est neutrius horũ est: oportet ꝙ de illo non fiat demõſtratio.

ĒVRANA

vtpſm: manifeſtũ aũt, cùm posuerimus hoc, & posuerimus, ꝙ accidẽs nõ est ex necessitate, neq; de eo, qđ est vtpſm, ꝙ cõcludet ex hoc I secũda figura: ꝙ de eo, qđ est ꝑ accidẽs, nõ erit demso: & posteaq̃ accepit binas propõnes iſti⁹ ſylli: ꝙ demſo vtiq; est de eo, ꝙ est ex necessitate, & vtpſm: cœpit vere dirigere re, ex q̃ cadit ꝓ itas I hoc, & tradit dãm ipſi⁹ & dicit: qñ oĩs ſylls, aut erit ex binis ꝓpõnib⁹ necessarijs, aut ex binis ꝓpõnib⁹ vtpſm: & cõclones demſonũ aut erũt necessarię, aut vt multũ qñ ꝓpõnes demſonũ sũt ex duab⁹ istis diſpõnib⁹, hoc ẽ, aut necessarię, aut vtpſm: & modi conclusionũ ex necessitate conſequunt modos propõnum: quẽadmodũ declaratũ fuit in lib. ſylli: & hoc est: qđ voluit: eũ dixit: & cõclones cõſequẽtes ex propõnibus necessarijs sunt necessarię, & cõſequẽtes ex propõnibus vtpſm sunt vt plurimũ: deinde dixit: qñ quod est ꝑ accidens, nõ est ſm vnã duarũ iſtarũ ſpecierũ, non est de ipso demſo: ſenſus est: qñ qđ innotur per accidẽs non est ſm vnã iſtarũ duarum ſpeciervm: ſequitur itaque, ꝙ non sit de ipſo demõſtratio.

A

B

C

ts.43. [a] *Neq; per ſenſum eſt ſcire. ſi enim eſt ſenſus huius,* [b] *& non huius cuiuſdam, ſed ſentire neceſſarium eſt hoc aliquid & alicubi & nunc, vniuerſale vero, quod eſt in omnibus, impoſſibile eſt ſentire: non enim eſt hoc, neque nunc, neq; enim eſſet vtique vniuerſale: quod enim ſemper & vbique vniuerſale eſſe dicimus. Quoniam igitur demonſtrationes quidem vniuerſales ſunt, hæc autem non eſt ſentire, manifeſtum eſt, quod neque ſcire per ſenſum eſt. Sed planum quod & ſi eſſet ſentire triangulum, quod duobus rectis æquales habet angulos, quæreremus vtique demonſtrationem, & non quemadmodum dicunt nonnulli, ſciremus: ſentire quidem enim neceſſe eſt ſingulare,*

Dgulare, scientia vero est in cognoscendo vniuersale. Quare & si supra Lunam essemus, & videremus obiectã terram, non vtique sciremus causam defectus, sentiremus enim nunc quòd deficit, & non propter quid omnino, non enim erat sensus ipsius vniuersalis, sed ex eo, quòd speculamur hoc plerunq; contingere, vniuersale vtq; venati demõstra tionẽ habemus: ex singularibus n. pluribus vniuersale manifestũ est.

Contrarietio Tomitani.

109 Vult sensum habere pro obiecto rẽ singularẽ. Contrariõ leges. 2. Post. 26. Vide Sol.

110 Dicit Arist. si essemus super Lunam tempore defectus, videremus ipsam deficere, nõ tamen ex eo fieret in nobis vniuersale. Oppositũ videtur velle. 2. Post. t. 1. Vide Sol.

ABRAHAM

T.c.181 Amplius nõ ẽ aditus ad sciam per sensum. sensus. n. hoc singulare cõprehendit, et non cõprehendit hoc alterũ, & eius cõprehensio in tpe est, et qua singulare ẽ i loco: vlt aũt in oĩ re est, et in tale nequeunt sensus occurre re: nã nõ est i hoc singulari ꝓter hoc singulare, neq; i aliquo tpe ꝓter hoc tẽpus, neq; in eo qđ est vlt: vlt. n. est de oĩ & semper: et ex quo demõnes sunt rerũ vniuersaliũ, sensus aũt non habet aditũ ad illorũ cõprehensionẽ: notũ est, ꝙ non sit aditus vt res ꝙ sensum sciatur. si vero eẽt aditus procedẽs ad ipsos sensus de tres trigoni angulos eẽndo duobus rectis ęquales, demõ abinde hoc mõ quæreret: sensus. n. offendit indiuiduũ & particulare: scia vero fit de vli. Et hanc ob cãm, si supra Lumã essemus, & terrę interpositionẽ videremus qualis illa eẽt nõ occurreret nobis cã ipsius eclipsis. id. n. quod cõprehẽderemus, eẽt hęc eclipsis sciam vero cãę suę eclipsis, ñ, qa ñ obiacit sensui, ꝯ venamur vlt ex

BVRANA

Dixit Arist. Amplius nõ ẽ via ad sciam per sensum: et hoc, qm̃ sensus vtiq; assequit hoc indiuiduũ, & nõ assequit hoc vnũ: & assecutio ipsius est in tpe, & sm ꝙ indiuiduũ est in loco: vlt autẽ est in oĩ re, quẽadmodũ hoc, impossibile est, vt cadãt sensus, nõ est in hoc indiuiduo absque hoc indiuiduo, neq; in tempore absq; tpe: neq; qđ fuit, erit vlt: et hoc, qm̃ vlt est de oĩ & semp: & posteaq; demõnes sunt de vltibus: & sensus nõ habet viã, vt assequatur ipsa. Planũ vtiq; ꝙ non est via, vt sciatur aliqđ ꝙ sensum: atqui si forte esset via ꝓcedẽdi ad sensus, ꝙ triãgulus hẽt tres angulos ęquales duobus rectis: vtiq; de ipso demõ sup hoc: & hoc: qm̃ sensus vtiq; assequitur separatũ & particulare: scia vero semp est de vlti: & ꝓp hanc causam si essemus altiores Luna, & videremus obstipationem terræ qualis sit: nõ euenisset nobis cã de defectu ipsius: igitur non propterea ꝙ sensus non assecutus est: sed vlt obser-

ARAM

ex repetitione ſingularis ꝺ ſenſu pluries: vniuerſale enim putatur verum ex repetitione ſenſuum pluries.

Cō.182 Eius intentio in hoc capitulo eſt, ꝙ notificet ꝙ demſonis ſcīa nō aduenit nobis ex pte ſenſus, & ꝙ nobis eueniat ob aliā vim nobiliorem ſenſu, qui eſt ipſe intellectus. Et ꝺ̄ dixit: Ampli⁹ nō eſt adit⁹ ad ſcīam ꝑ ſenſum. Intendit notā eſt ꝙ ñ fit nobis aditus, ꝙ ſciamus nām aliqu⁹ ſpēi, neq; aliquius entis ꝑ ſenſum. Et Poſtq̄ narrauit rem, cuius cōmonſtratione inteḋit. Incœpit illius cōmonſtrationē, Et dixit: Senſus. n. hoc ſingulare cōprehendit, & non cōprehendit hoc alterū: id eſt, non cōprehēdimus ſpeciei nām per ſenſum, quia ſenſus de ſpecie cōprehēdit vnum ſingulare, aut plura ſingularia, ꝑter ꝙ cōprehendat illius ſingularia, q̄ ſunt infinita. D.d. Et eius cōprehēſio in tpe eſt, & qua ſingulare eſt in loco: id eſt, ſenſum rē cōprehēdere connectit certo tēpore & loco, non ꝙ ſit æquale ſem per & vbiq;. D.d. Vſe autē in oī re eſt, i. res vīs, quę nobis obijcit, eſt in oī ſingulari, & vbiq; & ſp. Et ex quo id, qđ ex his duabus ꝓmiſſis cōponitur in ſcḋa figura, eſt ꝙ ſenſus non cōprehendat ipſum vniuerſale. ꝺ. Et in tale nequeunt ſenſus occurrere. nā non eſt in hoc ſingulari, prꝫter hoc ſingulare, neq; i aliquo tpe prꝫter hoc tēpus, id eſt vniuerſale autē eſt in omnibus ſingularibus, omnibus & tēporibus, & in hoc loco ſummauit concluſionem & ſyllogiſmum. Et vice huius inuenitur in traductione Matth. ſic, Ac iterū non

BVRANA

obſeruans ex multiplicatiōe in- 4
diuidui: quoniam vniuerſale vtique venamur in veritate & ex multiplicatione ſenſuum.

Intētio ipſius in hoc capitulo eſt, Cō.182
docere, ꝙ ſcīa demſonis nō prouenit nobis ex parte ſenſus: ſed prouenit nobis pp potentiā vnā honoratiorē ſenſu, quę eſt intellectus: & dixit: qđo eſt via ad ſcīam ꝑ ſenſum: ſenſus eſt: & manifeſtū, ꝙ nō habemus viā, vt ſciamus nām aliquā ſpeciē, & aliquod entiū per ſenſum: & poſteaq̄ cōmemorauit rē, quam B
ſtēdit exponere, cœpit ipſum declarare, & dixit: & hoc, qm̄ ſenſus aſſequit hoc indiuiduū, & nō aſſequit hoc vnū: ſenſus eſt: atqui nō aſſequitur nām ſpeciei pp ſenſum: q̄m ſenſus vtiq; aſſequit de ſpē indiuiduū vnū, aut indiuidua multa abſq; eo, ꝙ aſſequat indiuidua infinita: dixit: & aſſecutio ipſius erit vtiq; in tpe & ſm ꝙ indiuiduū eſt in loco: ſenſus eſt: & aſſecutio ſenſus de re eſt vtiq; cōpoſita ī tpe aliquo & loco, & nō equaliter abſoluit in omni tēpore & in oī loco: D.d. & vīs eſt C
oī re: ſenſus eſt: & intētio vīs, quā aſſequimur eſt in omni indiuiduo, & in omni loco, & in oī tempore. & poſteaq̄ fuerit, qđ complicat ex duabus iſtis propōnibus in ſcḋa figura, hoc eſt, ꝙ ſenſus nō aſſequitur vīs: & dixit: quēadmodū hoc non eſt poſſibile, vt cadant ſenſus in ipſo, quoniā nō erit in hoc indiuiduo abſq; hoc indiuiduo, neq; in tēpore abſq; tpe: ſenſus eſt: & vīs eſt in oībus indiuiduis & in oībus tpibus: & ex ſermone iſto cōprehēdit cōclusionē: & inuenit locus iſte per trāſlationē

ABRAM

D non est aditus ad receptionē scientiæ per sensum : licet enim sensus non sit talis, neq; in hoc. Verum tñ oportet sensus esse in hac re, & vbi, & nunc. huius autem dicti significatum est, ꝙ si quis diceret, ꝙ sensus sint talis rei, non huius rei, oporteret ꝙ in sensuum cōprehēsione, ipsi sensus nō indigerent, vt sensata sint, neq; ꝙ sint in loco signato, neq; in tpe signato. Verū tñ inuenimus ipsos sensus, ꝙ sint ad cōceptionē huius signatæ rei, & ipsam esse in loco signato, & tpe signato : sensus itaq;

E non cōprehendit sensatorū similitudinē : & intendit per similitudinē, rē, qua similia sunt singularia, q̄ sunt vnius speciei. Et post̄q̄ cōmōstrauit ꝙ sensus nō comprehendat ipsam rē vllam, Dixit: Et ex quo demonstrationes sunt rerum vniuersalium : sensus aūt non habet aditū ad illorū comprehensionē, notū est, ꝙ nō sit aditus vt res per sensum sciat. Et syllogismus componitur sic: omnis scia est de rebus vniuersalibus : nullum autem vniuersale scit per sensum : cōcluditur ergo ex duabus his præmissis in prima figura necessario, ꝙ nulla scia

F sit ex sensu. Et incœpit primo & approbauit præmissam negatiuam, p duas præmissas, quas prædiximus: deinde connexit illi affirmatiuā, & concluſit, qd concludere intēdebat. Ex quo aūt in hac figura p se nota est præmissa, quæ asserit, ꝙ scia fiat de rebus vniuersalibus, posset aūt æstimari, ꝙ hoc contigerit sciæ, ex quo nō est aditus ad sensationes conclusionum ipsius, & ꝙ illæ sint apud nos appositæ, & ꝙ si illæ essent sensatæ, non sufficerent ex earum scientia ad

AVERANA

stationē q̄ñ : & consimiliter et non est via ad susceptionē scientiæ per sensum: & hoc iq̄ñ est, & si fuerit sensus, nō est vt hoc, qđ nō est in hoc: sed op3, ꝙ sint sensus in hac re, & ibi, & tunc & intētio istius sermonis est: ac si diceret aliqs, ꝙ sensus vtiq; sunt de tali re, non de hac re: sequit̄ itaq;, vt sint sensus in assecutione ipsorū sensuum, nō indigent, vt inueniant sensibilia, neq; vt sint in loco designato, neq; in tpe designato : sed inueniuntur sensus ee, eū sunt de formatione istius rei designatæ, & sunt in loco designato, & in tpe designato : igitur sensus non assequit similitudinē sensibilium : & intelligit per similitudinē intentionē, per quā posuit exemplū indiuiduorū, quę sunt ex spē vna, & posteaq̄ declaranit, ꝙ sensus nō assequitur aliquid vlē : dixit : & posteaquā fuerint demōnes, erūt vtiq; de rebus vniuersalibus, & nō poterit sensus ipsa assequi: manifestū igitur, ꝙ nō est via, vt sciamus aliquid p sensum: & syllogismus cōponit̄ et sic : oīs scia est de rebus vniuersalibus, & nullū vniuersale scit per sensum : ergo cōcludit ex duab' istis propōnibus in prima figura ex necessitate, ꝙ nulla scia erit a sensu : & cœpit ipse primo & verificauit propōnē negatiuam p duas propōnes: de quibus mentionē fecimus: deinde retulit ad ipsam affirmatiuā, & concluſit, qđ intendebat cōcludere: & q̄ñ propō in hac figura erat nota p se, hoc est dicēs, & scia vtiq; peruenit per res vniuersales, & iā existimat, ꝙ hoc accidit sciæ ex ptē, qua nō ē via ad cōsuetudines cōcessionū ipsa, & ꝙ ipsa sunt p̄dicata apud nos, & ꝙ ipsa non sunt visitata nō dubitatur ex

scia

ABRAM

ad rem vniuersalem cœpit notificare, ꝙ res sit contra hanc æstimationem, & ꝙ si sentiremus aliquã conclusionem, aut aliquã causam rei, cuius causa est ignota, non esset sensationis illarum, neq; suę cã sufficientia, vt sciamus naturam huius rei sensatæ: & ꝙ sciamus hanc esse illius causam, & cõmonstrauit hoc exemplis, Et dixit: Si vero esset aditus procedẽs ad ipsos sensus, de tres trigoni angulos essendo duobus rectis æquales, demonstratio abindẽ hoc mõ quæreretur, Dicit, ꝙ non esset nobis per sensum sufficientia, si per ipsum comprehẽderemus ipsas conclusiones. qm̃ si æstimaremus, ꝙ sit nobis aditus ad nostros sensus pro essendo angulos duobus rectis æquales, de quo ostẽditur demonstratio in Scientia Geometrię, ex quo esset nobis sufficientia p illos sensus, vt sciatur, ꝙ trigoni natura sit huius naturæ, illa esset res, pro qua constitueretur demõstratio: nos vero post hanc sensationem quærimus, vt nobis adueniat huius rei scientia, & quærimus illam ab ipsa sensatione, sicut illam sentimus. Deinde tulit causam, qua, si hęc sensatio esset trigoni, non esset scientia de illius scientia. Et dixit: Sensus enim offendit indiuiduum & particulare, scientia vero fit de vniuersali: id est, huius causa est, quia sensus cõstituit hanc rem particularem in subiecto particulari, hoc est, quòd constituat, quòd huius trigoni anguli signati in hoc signato trigono sint duobus rectis æquales: vnde itaque nobis esset quòd hoc cuique trigono insit:

& ꝙ

AVRANA

scia ipsorum de re vsi: cœpit docere, ꝙ res se habet in contrarii istius existimationis, ꝙq; non vsi fuimus aliqua ex conclonibus, aut aliqua ex causis rei ignotæ causæ: non erit in vsitatis ipsi, neq; ad cãm ipsius p dubitationem: vt sciamus naturã rei istius sensibilis, & vt sciamus, ꝙ hæc est causa ipsius: & post hoc per exempla: & dixit: & forte si esset via procedens ad sensus, ꝙ tres anguli trianguli sunt æquales duobus rectis: quæreretur vtiq; de ipso demso: sm hoc dictum fuit: atqui non esset nobis per sensum dubitatio, si assequeremur per ipsam conclusionem: qm̃ si forte existimaremus, ꝙ haberemus viã ad sensum, ꝙ anguli sunt æquales duobus rectis: & hoc est, de quo eodem exposita fuit demso in Scientia Geometrię: posteaq̃ fuit in illis sensibus dubitatio, vt sciatur, ꝙ natura trianguli est ex hac natura: & hęc est dispõ, super qua cõstituit demsonẽ: sed nos post hoc vsitatum, declarabimus & inquiremus, ꝙ preuenit nobis scia istius rei, & inquirem° de ipsa sm consuetudinẽ ipsius. Postea adduxit cãm, pp quam si inueniretur hæc cõsuetudo de triangulo, nõ eẽt in scia ipsius dubitatio: & dixit: qm̃ sensus vtiq; apprẽhendit separatum & particulare: scia vero est vtiq; de vsi sensus est: & causa in hoc est: qm̃ sensus vtiq; constituitur super hæc re particulari per subiectũ particulare, hoc est, ꝙ constituitur vtique super eo, quod est: angulos istius trianguli designatos in hoc triãgulo designato esse ęquales duobus rectis: non est itaque nobis, vt sciamus, ꝙ hoc ineſt oĩ triangulo:

& hæc

ABRAM

D & ꝙ hanc proprietatē enuntiet trigoni natura inquantū est trigonus ipse? nisi ꝑ vim quę comprehendit ipsum vltę, qui intellectus vocatur? Et postq̄ exemplificauit de hac re ꝑ exemplū rerū geometricarū: tulit ēt ad hoc exemplū de rebus, quæ sunt Scientiæ Astrologicæ, quia propio res sunt vt sint sensatæ, & ꝙ ęstimet, ꝙ si illud cōtigerit de eis sensus sufficeret sibi. Et dixit: Et hāc ob causam, si supra Lunam essemus, & terræ interpositionem videremus, qualis illa esset, nō occurreret nobis cā E ipsius eclipsis. Id.n. quod comprehenderemus: esset hæc eclipsis: sciēt iam vero causæ suæ eclipsis non: id est, & similiter est de illo, quod est naturaliter sensatū, sed non est possibile ꝙ ipsum sentiamus ob eius loci distantiam à nobis: sicut si nos essemus supra Lunam, adeo ꝙ nos sentiremus ꝙ eclipsetur suo accessu ad terræ vmbram, non occurreret nobis causa, cuiusq; eclipsis inquantum eclipsis est, ex parte ipsius sensus, sed per sensum perueniret causa huius eclipsis. sensus.n. compre- F hendit rem particularem, non vniuersalē. causa autem nobis euenit ex parte rei vīs, & non intendit, ꝙ si sentiremus causam eclipsis nō indigeremus commonstrare suæ causæ demonstrationem, sed intendit ꝙ si sentiremus suę eclipsis causam non perueniret nobis quōd sit causa cuiusque eclipsis ex parte sensus, sed ex parte intellectus. & hoc quando repetitur hic sensus, donec intellectus enuntiet, quōd quādo Luna eclipsatur sui eclipsis causa est hæc, scilicet eius accessus ad terræ vmbram. Et ideo dixit. Sed venamur

AVERANA

& hæc appropriatio iudicabit à natura triāguli in eo, ꝙ triangulus: si non per potentiā, quę apprehendit vltę, & est ea, quæ vocat intellectus: & posteaq̄ posuit exēplū in hac re ꝑ similitudinē rerū geometricarum: adduxit in hoc exemplō ex rebus, q̄ sunt in scīa astrologiæ: qm̄ sunt ꝑpinquiores, vt sint sensibiles: & ad hoc, ꝙ existimat, ꝙ sensus in ipsis, forte accidit, vt dubitet: & dixit: & pp hanc causam si essemus altiores Luna, & videremus obstipationem terrę qualis sit, & nō proueniret nobis cā de defectu ipsius: & hoc, qm̄ quod apprehendimus est defectus, scīam vero de causa defectus nō: sensus est: & consimiliter de eo, ꝙ est sensibile sm̄ naturā: prętereā ꝙ fieri non pōt, vt attingamus ipsum ꝑ eloogationem loci à nobis: quēadmodū de Luna, si essemus super ipsam, ita vt apprehenderemus, ꝙ ipsa deficit, per obstructionē vmbræ terræ: non proueniret nobis scīa ꝙ cām ois defectus in eo, ꝙ est defect⁹ ex parte sensus: sed prouenit vtiq; nobis pp sensum causa istius defectus: qm̄ sensus vtiq; assequitur rē particularem non vīem: & cā prouenit vtiq; nobis ex parte intentionis vīs: & nō vult, ꝙ si attingerem⁹ cām defectus, nō oporteret nos declarare demfonē causæ ipsius: atqui voluit, ꝙ non attingamus cām defectus ipsius, ꝙ non assequamur, ꝙ sint cāæ omnis defectus ex parte sensus, sed ex parte intellect⁹: & hoc cām multiplicauerimus ipsum per hunc sensum: quousq; abstruxerit intellectus, ꝙ Luna deficit: cā igitur ipsius defect⁹ est hæc, hoc est obstructio vmbræ terræ: & pp hoc dixit:

sed

ABRAM

mur vſe ex repetitione ſingularis à ſenſu pluries: vſe. n. putatur verum ex repetitione ſenſuum plurium, id eſt, vſe autem & ſi non obijciat ſenſui, intellectus tñ cõprehendit ipſum, repetitione ſuarum partiũ ad ſenſum pluries, aut pauciorib⁹ vicibus. & non eſt cuiuſq; dicere, ꝙ q cõprehendit vniuerſale comprehendat particulare: vniuerſale. n. & particulare ſunt duæ res oppoſitæ: oppoſitas autẽ res comprehendentes oportet eſſe oppoſitos, & vt vniuerſalius inquam, diuerſos, ſicut materiæ diuerſarum formarum ſunt diuerſæ. Nec eſt alicuius dicere, ꝙ intellectus in cõprehenſione vſus non indigeat ſenſu, ſicut cõperimus credere loquentes noſtri temporis, cũ hoc ꝙ maior eorum pars neget eẽ vſe. commonſtratur. n. ꝙ adeptio vniuerſalis indigeat ſenſu: ex quo cui deeſt aliq⁹ ſenſus ab ortu, deeſt vniuerſale ſenſibilium illius ſenſus.

BVRANA

ſed vſe vtiq; formaẽ per multiplicationẽ indiuidui ſm ſenſum qm̃ vſe vtiq; innuit in alia ex multiplicatione particularium: ſenſus eſt: & vſe ſi nõ apprehendit ꝑ ſenſum: apprehendet vtiq; ipſum intellectus ꝑ multiplicationem partiũ ſuarum à ſenſu vicibus, aut multis aut paucis: & non põt aliquis dicere, ꝙ qui apprehendit vſe is eſt: qui apprehendit particulare, qm̃ vſe & particulare ſunt duæ intentiones oppoſitæ: & ſequitur, ꝙ intentiones oppoſitæ habeant apprehenſiones oppoſitas & in ſumma diuerſas: quemadmodũ materię formarum diuerſarũ ſunt diuerſę neq; põt aliq⁹ dicere, ꝙ intellectus non indiget ſenſu in apprehẽſione vſus: quẽadmodũ inueniũtur nõnulli noſtri tẽporis credentes hoc, cũ eo, ꝙ multi ipſorũ aſſenſerunt vſe eſſe: qm̃ monſtratũ fuit, ꝙ aſſecutio vſus indiget ſenſu: qm̃ cui deficit aliquis ſenſuum in tẽpore generationis, eidem deficit vniuerſale ſenſibile illius ſenſus.

A

B

C

pars 43. [a] *Vniuerſale autem honoratum eſt, quoniam ſignificat cauſam.* [b] *quare de talibus vniuerſalis notitia honoratior eſt ſenſibus, & intellectione, quorumcunq; altera eſt cauſa: ſed de primis eſt diuratio. Manifeſtum igitur eſt, quòd impoſſibile eſt, ſentiendo aliquid ſcire demonſtrationum, niſi quiſpiam ſentire hoc dicat, ſcientiam habere per demonſtrationem: ſunt tamen nonnulla, quæ referuntur* [c] *in ſenſus defectum* [d] *in problematibus, quædam enim, ſi videremus, non vti que quæreremus, ſed non tanquam ſcientes, eo quòd videmus, ſed vt habentes vniuerſale ex eo, quòd videmus: quemadmodum ſi vitrũ perforatum videremus, & lumen permeans: planum vtique eſſet,* † al. l. illuminat. *& [e] propter quid † combureret, & ex eo planè, quia videremus fieri ſeorſum in vnoquoque, intelligeremus ſimul, quòd in omnibus ſic eſt.*

Hinc L. cũ og Auer. CCC Dixit

ABRAM

D Hinc notum est, ꝙ vñe sit præ-
T.c.183 stantius, ipsum.n. est cā scientię
occursus. hoc aũt ita constante,
præstantius est ipsum q̄ sensu
cōprehensa, ac præstantius etiā
est q̄ intellectiui cōceptus à suis
causis separati: de primis vero
alius est sermo. manifestū itaq;
& euidēs est, ꝙ impossibile sit,
ꝙ dispositio nostrę comprehen
sionis sensu, & nostrę scíæ p de-
mōstrationē, sit vna dispositio,
nisi aliquis vir cuperet vocare
scientiam per demr̄onem sensa
E tionē quandā. Verumenimue-
ro nos inuenimus aliquas res,
quarū scía caremus, carentibus
sensibus suis ꝑticularibus. quas
dam.n.res si ipsas sensu compre
henderemus non scrutaremur
illas. hoc aũt non fit ob scíam, q̄
sensibus occurrat. sicut si nos
sentiremus vitri poros, & cer-
neremus lumen illos penetrās:
manifesta iā nobis esset suæ cō-
bustionis causa. si.n. hoc nos cer
neremus de vno ipsorū, hinc so
lū estimaret ipsum vniuersale.
F

Cō.183 Dum dixit: Hinc notū est, ꝙ vñe
sit ꝑstantius: ipsum.n. est cā scię oc
cursus. i. ex prębabitis notum est, ꝙ
vñe sit præstantius particulari, ꝙ cō
prehenditur sensu: vñe enim est cā
aduentus demonstratiuæ scię in no
bis. notum autem est, ꝙ demōstra-
ua scía præstantior sit q̄ scía ipsorū
sensuum. Deinde dixit: Hoc aũt ita
constante, præstantius est ipsum q̄
sensu comprehensa. i. qñ vñe præ-
stātius est particulari, & particulare
est

SVRANA

Dixit Arist. Manifestū autem T.c.183
ex hoc, ꝙ vniuersal ē honorati⁹,
qm̄ est cā in casu scíæ: qđ cū ita
sit: est igit honoratius, q̄ id, qđ
apprehendit ꝑ sensum: & hono
ratius cōsimiliter ēt, q̄ formę i-
tellectuales sepate à causis suis:
de primis vero alius est serm̄o.
Iā itaq; manifestū & apparet, ꝙ
fieri nō pōt, vt intētio, quā asse-
quimur per sensum, & scimus
ꝑ demr̄onē sit intentio vna: nisi
aliquis ꝑ deū vellet nuncupare
scíam ꝑ demr̄onē sensū aliquē:
nisi ꝙ nos vtiq; inuenimus ali-
qua, in quibus deficit scía ꝑ de-
fectū sensuum in suis particula-
ribus: qm̄ de multis, si sentire-
mus ipsa per sensum, nō quę-
remus: & non est hoc ppea ꝙ
scía accidat ꝑ sensus: quēadmo-
dū si nos sentiremus foramina,
quę sunt in vitro, & videremus
lumen transiens ꝑ ipsum: mani
festa vtiq; esset cā illuminatiōis
suæ: & hoc, qm̄ si videremus
istud in vno ipsorum, existima
retur per se de hoc vniuersali.

Dixit: manifestū aũt ex hoc, ꝙ vñe Cō.183
est honorati⁹, qm̄ est cā in casu scíę:
sensus est: & manifestū ex eo, ꝙ pre
cessit, ꝙ vñe est honoratius particu-
lari: & particulare id est, qđ appre-
henditur per sensum: qm̄ vñe ē cā,
ꝙ prouenīat nobis scía demōstra-
tiua: q̄ ē honoratior cognitiōe sen-
sitiua: D.d. qđ cū ita sit, est igit ho-
noratius, q̄ id, qđ apprehendit per
sensum: sensus est: cūq; vñe sit ho-
noratius particulari: & particulare
est,

ABRAM

est id qđ comprehendit ipse sensus: manifestum itaq; est, ꝙ vltē fit præstantius his, q̄ cōprehendit sensus: D. d. Ac prestantius ēt ē q̄ intellecti ui cōceptus à suis causis separati. i. ꝙ cōprehensio intelligibiliū p suas causas præstantior sit illorum comprehensione sine suis causis, & per hoc intendit cōclones nō primas, & pmissas mediatas. Et iō dixit: De primis vero alius ē sermo. Dixit au tē sic, q̄a primæ sunt præmissæ immediatę, & dicit, ꝙ ipse non intēdit hoc ad cōparandū inter præmissas & cōclones, q̄a alibi cōparauit īter illas. Deinde narrauit quid cōmoꝝ strat ei ex hui⁹ oratiōis summa fm demōstrantiū cōsuetudinē. Et dixit. Manifestū itaq; & euidēs est, ꝙ impossē sit, ꝙ dispō nse cōprehēsionis sensu, & nostrę scīæ per demsonē, sit vna dispō. i. ostensum itaque nobis est ex hac oratione, ꝙ cōprehensio scīæ sit alia à cōprehensione sensuū. Et intendit hoc p scīam, rē, q̄ est demsone cōmōstrata. Deinde adiecit cōdōnē, Et dixit: Nisi aliqs vir cuperet vocare scīam p demsonē sensationē quandā. i. ꝙ scīa p demsonē non est cognitio p sensationem, nisi aliqs vir nominaret scīam demsone acquisitam sensationem: quia si aliquis hoc faceret non deciperet ipsum hoc, postq̄ prænouerit dīam inter duas res, & nomē sensationis apud illum diceretur equiuoce, & non esset nomen sensus qđ signiſicaret cōprehēsionem sensuū, ipsum nomē sensus qđ significaret cōprehēsionē scīarū. Postq̄ aūt enūciauit, ꝙ comprehendens scīam sit alius à cōprehēdēte sensum, meminit de nexu q̄ est īter illos, Et dixit.

Ve-

ẒVRAMA

est, qđ apprehenditur per sensum: manifestum vtiq;, ꝙ vltē est honoratius, q̄ id, qđ apprehendit̄ p sensū: D. d. & honorati⁹ cōstat ēt, q̄ formationes intellectuales separatæ à causis suis: sensus est ꝙ assecutio intelligibilium p causas suas est honotior, q̄ assecutio ipsorum sine causis suis: & intelligit per hoc conclones nō primas & propōnes mediatas: & ppea dixit: de primis aūt est alius sermo: atqui dixit hoc: qm̄ prima sunt ꝓpōnes immediatę: & ipse dixit: qm̄ non intendit hoc ad cōparandū inter positiones & cōclusiones: qm̄ ipse cōparauit inter hæc in alio loco ab hoc: deinde cōmemorauit de eo, qđ declarati est ipsi de summa istius sermonis fm consuetudinē artificū demsonis: & dixit: manifestū igit̄ & apparet fieri non posse, vt intentio eū assequmur per sensum & cognitio nſa per demsonē sit res vna: sensus est: manifestū itaq; nobis ex hoc sermone, ꝙ apprehēsio scīarū ē alia ab apphēsiōe sensuū: & intelligit p scīam illud, qđ oñdit̄ per demsonē: deinde posuit cōdōnē & dixit: nisi p deū vellet aliquis vocare scīam p demsonē sensum: intelligit, ꝙ scīa p demsonē nō est cognitio p sensum: nisi p deum vocaret aliqs cognitionē, q̄ acquirit̄ p demsonē, sensum: qm̄ si ipse faceret hoc, faciēs nō errabit in hoc, posteaq̄ didicerit dīam inter duas intētiones: & dicet nomē sensus apud ipsum de ijs p equiuocationē, & nō erit nomē sensus: qđ significat sup apphēsiōe scīarū: & posteaq̄ cōmemorauit, ꝙ apprehēsio scīę est alia ab apprehensione sensuū, cōmemorauit sylm: q est inter ipsa: & dixit:

CCC ij ꝑterq̄

ABRAM

D Verũ enim uero nos inuenimus aliquas res, quarũ ſcia caremus carẽtibus ſenſibus ſuis particularibus: id eſt, ſed nos inuenimus quaſdã res, quarũ cauſarũ ſcia carem⁹, ex quo caremus ſenſu illarũ cauſarum. D. d. Quaſdam. n. res, ſi ipſius ſenſu cõprehenderemus, non ſcrutaremur illas: id eſt, caremus ſcia de eã quarundam rerum, donec de illa cõſtituatur demſo, qm̃ nõ eſt nobis aditus ꝙ ſentiamus cauſas quarũdam rerum. D. d. Hoc autem non fit ob ſciam, ꝙ ſenſibus occurrat: id eſt, nõ

E ſequitur ex eo ꝙ caremus ſcientia eãꝫ quarandã rerũ, quia non ſentimus particularia ipſarũ cauſarũ, ꝙ ſcia ſit particularis, adeo ꝙ ſcia nobis perueniat ab ipſo ſenſu, id eſt, ꝙ ex ſenſu ſit nobis adit⁹ ad ſciam cauſę vſus huius entis, & ſit nobis huius ſciæ eã ex primis ſciitis. D. tulit exẽplum huius rei, quã dixerat, Et dixit: Sicut ſi nos ſentiremus vitri poros & cerneremus lumen illos penetrans: manifeſta iam nobis eſſet ſuæ cõbuſtionis eã: id eſt, huius exemplũ eſt, quia q̃rit in ſcia de ſpecu

F lis, cur vitrũ cõburat? qđ intelligit qñ ponit obiectu Solis. Si aũt ſentiremus radiorũ reflexionẽ in locũ cõbuſtionis vitri, ſatis nobis eẽt demſo de hac cauſa. D. d. Si enim hoc nos cernerem⁹ de vno ipſorũ, hinc ſolum eſtimaretur ipſum vniuerſale: id eſt, hoc aũt non fit, quia ſenſus faciat nos adipiſci cauſam vitri cõbuſtiõis, ſed quia nos videremus hoc ob eius particularia peruenire nobis ipſum vſe, qđ eſt huius diſpõnis, & conſtaremus nobis de cauſa huius præter ꝙ indigeamus demõſtratione. hoc autem ſignificat ꝙ cauſa

SVRANA

ꝑterq̃ ꝙ nos inuenim⁹ aliq̃, I q b⁹ deficit ſcia pp defectũ ſenſuũ I ſuis particularibus: ſenſus eſt: ꝑterq̃ ꝙ nos inuenimus aliqua, I q bus deficit cognitio per cauſas ipſorum, ppea ꝙ deficit ſenſus particulariũ ipſarum cauſarũ: D. d. qm̃ de nõnullis, ſi ſentiremus ipſa per ſenſum, nõ q̃reremus: ſenſus eſt: atqui deficit ſcia p ſim in nõnullis, quouſq; cõſtruxerimus ſuper ipſis demſonẽ, qm̃ de quibuſdã nõ habemus viam, vt ſentiamus cauſas ipſorum: D. d. nõ eſt hoc, quia ſcia proueniat per ſenſus: ſenſus eſt: neq; ſequitur ex eo, ꝙ deficit ſcia per eã in quibuſdam rebus: qm̃ nos non ſentimus particulares eãs, vt ſit ſcia ꝑticularis ita, vt ſcia ꝓueniat nobis ꝑ ſenſũ: ſenſus ẽ: ſi à ſenſu erit via, vt ſciat eã vſus de hoc ente, & habeam⁹ ſciam iſti⁹ eãꝫ à ſciitis primis: deinde adduxit exẽplũ rei iſtiꝰ, cũ d. & ait: quẽadmodũ ſi nos ſentiremus foramina, ꝙ ſunt in vitro, & appareret lumẽ tranſiẽs per ipſa: eſſet nobis manifeſta eã illuminationis ſuæ: ſenſus eſt: exemplũ huius, qm̃ q̃rimus vtiq; I ſcia apparentiũ, ꝓp quid vitrũ cõburit: cũ poſuerimus ipſum e regione ſolis: & ſi apprehẽderemus refractionẽ radiorũ in vitro ad locũ cõbuſtionis: extricata vtiq; eſſet demõſtratio ſuper hac eã: deinde dixit: & hoc, qm̃ ſi nos videremus hoc in vno ipſorũ exiſtimaret ꝓ ſe de hoc vſi: ſenſus eſt: & non eſt hoc, quoniã demſo, ꝓueniꝫ nobis de cõcluſione vitri: ſed qm̃ ſi nos videremus hoc, ꝓueniret nobis ꝓp particularia ſua vſe exiſtens cũ hac diſpõne, & cõſisteremus ſup eã in hoc abſq; eo, ꝙ indigeremus demſone. & hoc

ſignifi-

ABRAM

causa maioris partis illorū, q̄ sunt apud nos naturaliter ignota, fit, q̄a impossibile est q̄ ea sentiamus, q̄a non sint sensata, aut q̄a sunt de genere sensatorū, sed nō fit nostrę naturę illa sentire, aut q̄a caremus sua sensatione ob sensus carētiā, aut q̄a nō occurrit nobis videre illa, & nō est aliquid sua nā apud nos ignotū. Et quia Intelligibilia apud nos sunt, q̄a ipsa nō sunt generis sensatorū, aut q̄a nos nequimus illa sentire, cū ipsa sint generis sensibiliū, Dixit: Quasdam.n.res, si ipsas sensu cōprehenderemus, nō scrutaremur illas: & non dixit, quia causa omnium rerum ignotarum sit, quia nō est nobis aditus ad illarum sensationem.

BVRANA

significat: quòd in magna parte eorum, quæ ignoramus secundum naturam causę, fieri non potest, vt sentiamus: aut quoniam non est sensibile: aut quoniam est ex genere sensibilium: quæ non sunt in natura, quam sentimus: & si deficiat sensibile ipsius per priuationem sensus, aut quia non accidit nobis, vt videamus ipsum: & non est ignotum secundum naturam apud nos: & quoniam sunt ignota apud nos, aut præterea quòd nō sunt ex genere sensibilium, aut quoniā nos non possumus sentire ipsa: & ea sunt ex genere sensibilium. A 9 B

Non omnium syllogismorum eadem esse principia possi. Cap. 23.

Aut.43. EA *Adem vero principia omnium esse syllogismorum impossibile, primum quidem logice considerantibus: hi quidē.n. veri sunt syllogismorum, illi autem falsi: quandoq̄.n. sic erit verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit. Veluti si A de C verū, medium aūt B falsum: neq̄.n. A ipsi B inest, neq̄ B ipsi C: sed si harum media accepta fuerint propositionum, falsa erunt propōnes, eo quòd omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris, altera autem sunt falsa & vera.*

T.c.184 Omnium vero syllogorum principia impossibile est eē vna sm se. primo quidem, qñ ponimus nostram qōnem logice, scimus quosdā syllos esse veros, et quosdam esse falsos: & si fiat conclusio vera ex præmissis falsis, hoc quidem semel fit, sicut A sit de C verum, medium autē, quod sit B, sit falsum. A enim non insit B, nec B insit C, sed quando accipērētur hę duę præmissæ mediæ, fiunt præmissæ falsæ: conclusio

Dixit Arist. Prīcipia vero oēm syllorū n̄ pñt eē vna et eadē: primū qdē, cū posuerimus qōnem nr̄am p̄ viā logicā, scim⁹ q̄ aliq̄ syllorū sūt veri, et aliq̄ sūt falsi: et si ē cōclo vera ex propōnib⁹ falsis: hoc vtiq; erit aliqñ, quādo modū si eēt A, de C, verū: & esset medii: qđ ē n: falsum: & hoc, q̄ A, nō ē est B, et B, nō ē est C, p̄terq̄ q̄ cū ipse accepit inter has duas propōnes media, erunt vtiq; p̄pōnes falsę: qñ cōclo falsa, cō- T.c.184 C

ABRAM

D clusio enim falsa cõcluditur ex duabus præmissis falsis, vera autem ex præmissis veris: veritas autem & falsitas differunt.

BVRANA

cludit vtiq; ex duabus propõnibus falsis, & vera ex duabus propositionibus veris, & verũ & falsum sunt diuersa.



E

Cõ. 184 Dicit, Impoſſe eſt oẽs ſyllorũ prẽmiſſas eſſe vnas ſm ſe, adeo, ꝙ qđcũq; ſitũ cõtigerit cõmonſtrare q̃ buſdã ꝓmiſſis, ſ̃q cõtigerint: hoc aũt appet, qñ poneremus primã cõmonſtrationẽ logicę. p ſe. n. notũ eſt, ꝙ qdã ꝓmiſſę ſunt falſę, & qdã ſunt verę, & ꝙ falſum ſit ꝓpmiſſe falſę cõcludãt cõcſiones veras, & ſi inueniant̃ prẽmiſſæ falſę, & ſ̃q concludant concluſonẽ verã, hoc fit p accñs. ꝓut ſi ꝙ A inſit c, ſit verũ, & iter ea capem̃ me F diũ falſum, ſicut ꝙ capiamus A ineſſe B, qđ ſit falſum, & B ineſſe c, qđ etiam ſit falſum, cõcluderet hinc, ꝙ A inſit c, qđ eſt verũ, ex duabus ꝓmiſſis falſis ſit prĩa figura. Hui⁹ aũt exẽplũ ex materijs eſt, ꝙ capiamus oĩs hõ eſt idolũ: & oẽ idolũ eſt aĩal: ſicq; cõcludit hinc, ꝙ oĩs hõ ſit aĩal, qđ eſt verũ ex duabus ꝓmiſſis falſis. Dixit: Sed qñ acciperent̃. i. inter extrema ꝓmiſſę falſæ, quę. gña exẽpli, ſint, ꝙ hõ ſit idolũ, medi⁹ termin⁹: illud neceſſario fit falſum: hoc ẽ, ꝙ duę ꝓmiſſę, ſ̃q cõponunt̃ ex hoc medio termino, ſint falſę, q̃ a illa ꝓmiſſa falſa ſit cõclo illarũ duarũ ꝓmiſſarũ,

Dixit. Fieri aũt non põt, vt oẽs ꝓ põnes ſyllorum ſint vnę & eædem: ita vt monſtretur, quoduislibet ſ̃ſi ſitũ, ex q̃buſuis: & ꝓpõnib⁹ hoc apparebit, cũ poſuerim⁹ mõſtrationẽ primã per viam logicã: & hoc, qñ manifeſtum eſt per ſe: ꝙ propõnũ aliquę ſunt falſæ, & aliquę ſunt verę: & falſum ꝙ propõnes falſæ concludant concluſiones veras, & ſi ex propoſitionibus falſis inueniũt̃ concluſio vera: hoc vtiq; eſt per accñs: quẽadmodũ ſi eẽt verũ A, ineſſe B, & acciperemus inter ipſa mediũ falſum: quẽadmodũ ſi acciperetur A, ineſſe c, & eſſet hoc falſum: & c, ineſſe B, & eſſet cõſimiliter ẽt falſum: & concluderet̃ ex hoc, ꝙ A, ineſſe B, qđ eſt verũ ex duabus propõnibus falſis in prima figura: exemplũ vero huius ex materijs, ſi acciperetur, oĩs homo ſtatua terminus medius eſſet vtiq; ex neceſſitate falſus, hoc eſt, ꝙ ambæ propõnes, ſ̃q cõponunt̃ ex hoc termino medio ſunt falſæ: qñ illa propoſitio falſa eſt cõcſio illarũ duarũ propõnũ, ſ̃q componuntur ex accepuone medij termini cũ duabus

Cõ. 18

farũ, q̃ cõponunt ex acceptiõe medij termini, cũ duob⁹ ipsis extremis. Iã aũt cõmõstratũ ẽ in lib. Priorũ, ꝙ cõclo falsa sit ex p̃missis falsis, sicut ibi cõmõstratũ elt, ꝙ cõclo vera sit p se mediãtibus p̃missis veris, & intẽdit p totũ hoc, cõmõstrare ꝙ q̃n cõclo p̃missarũ falsarũ est, sicut concło verarũ, nemo putare hẽt ꝙ sylli, qui cõponunt ex p̃missis veris, neq; illorũ p̃missæ sint vnę. Tu aute iã sciuisti ex lib. Priorũ, ꝙ p̃missę verę cõcludant necessario cõclones veras: & si hoc non conuertat: & ꝙ cõclusio falsa fiat necessario ex p̃missis falsis, licet hoc nõ conuertat.

duab⁹ extremitatib⁹: iã ỹo declarũ fuit I lib. Sylli, ꝙ cõclo falsa ẽ vtiq; ex ꝓpõnib⁹ falsis, quẽadmodũ declaratũ ẽ ibi, ꝙ cõclo vera ẽ vtiq; p se ex ꝓpõnib⁹ veris: aũ volnit p hoc totũ mõstrare: ꝙ cũ fuerit cõclo ꝓ põnũ falsarũ, ñ cõclo vera: nõ etiã mabit vtiq; vn⁹ syllorũ, q̃ cõponũtur ex ꝓpõnibus veris, ẽ idẽ, cũ alij quo syllorũ: q̃ cõponunt ex ꝓpõnibus falsis: neq; ꝓpõnes ipsoꝝ vnæ. Tu ỹo iã sciuisti ex lib. Sylli: ꝙ ꝓpõnes verę cõcludunt ex necessitate cõclones veras: & si hoc ñ cõuertit: & ꝙ cõclo falsa erit ex necessitate ex ꝓpõnib⁹ falsis, & si hoc ñ cõuertit. B

urt.43. *Posłea neq; falsa ex eisdẽ sibyłsis: est.n. falsa adinuicẽ et contraria & impoßibilia simul esse, velut insłitiam esse inusłitiã, aut timorẽ, & hominem equum, aut bouem, & æquale, aut maius, aut minus.*

T.c.185 Nec iterũ p̃rcipia falsorũ sylłbrũ sũt vna fz eẽntiã: falsi.n. sylłrũ sũt mutuo cõtrarij, et ñ pñt vni rei ineẽ. sicut ſigs diceret, ꝙ q̃dlitas morũ sint ob mores, q̃ sunt ob excessũ ad mediũ, aut ob imminutionẽ à medio: & ꝙ homo sit equus, aut bos, & ꝙ æquale sit minus, aut maius.

T.c.185 Dixit Arist. Amplius neq; sylłogiſmorũ falsorũ p̃rcipia sunt vna & eadẽ: & hoc, q̃n sylłi falsi sunt vtiq; inter se cõtrarij, & impoſsibiles ineẽ rei vni: quẽadmodũ sermo de equalitate, ꝙ est mensura, & ꝙ hõ est equus aut bos, et ꝙ æquale est paruũ, C aut magnum.

C.3.185 Dicit: Nõ commõstrat, ꝙ p̃missæ nõ sint vnę fm eẽntiã, q̃a q̃dã earũ sint verę & q̃dã falsæ, sed hoc cõmõstrat q̃a p̃missę falsæ nõ sunt vnæ: q̃n in p̃missis falsis ſueniunt cõtraria, cõtraria aũt ipoſe ẽ ꝙ sint vnæres, fm essentiã: p̃missę aute, q̃ sunt cõtrarię & sunt falsę, sunt sicut dicim⁹, æquale est maius, aut min⁹, maius.n & minus sunt cõtraria, & vtraq; sunt falsa de ipso æquali. Et ītẽdit p illos, q̃ sunt ob excessũ ad mediũ, sicut

Cõ.185 Dixit: Neq; mõstratũ fuit, ꝙ ꝓpõnes sunt vnę & eẽdẽ, q̃a aliq; iplarũ sũt ỹe & aliq̃ sũt falsę: ſ mõstratũ ẽ hoc, q̃n falsę ñ sũt ꝓpõnes vnę & eẽdẽ: & hoc, q̃n in ꝓpõnib⁹ falsis ſueniunt cõtraria, et cõtraria ñ pñt eẽ aliq̃ vna & eadẽ: & ꝓpõnes, q̃ sũt cõtrarię sunt falsę, quẽadmodũ ſi dicam⁹, æq̃le est magnũ, aut paruũ: & hoc, q̃n magnũ & paruũ sũt cõtraria, et vtraq; falſiſicãt de æq̃li: & ītel ligũt, q̃ sũt ꝓp ad dictam ẽt ſi sup me-

50 1/2a

ABRAM

D sicut sunt temeraria audacia & effrenis libido: & p illos q sūt ob Iminutionē à medio sicut ē vera pusillanimitas, tertiū vero exēplū, & si nō sit de rebus cōtrarijs ē de reb⁹ diuersis.

SVRANA

diū: quēadmodū iustitia ſt̄perātiæ & cōcupiſcētię: & intelligit, qđ ē pp defectū à medio, quēadmodū timidus vere: ſed in tertio exēplo, ſi nō ē ex rebus cōtrarijs, ē ex reb⁹ diuerſis.

pars.43. *Ex poſitis vero ſic, neque enim verorum eadem principia omnium, altera enim multorum genere ſunt principia, & neque conuenientia, quemadmodum vnitates punctis non conueniunt, illæ enim non habēt poſitionem, hæ autem habent.*

T.c.186 Iam aūt cōmonſtratum eſt, q̄ principia verorū ſyllogiſmorū non ſint ſm eſſentiam vna ex ip
E ſiſmet rebus, hoc mō: multarū enim rerū principia naturaliter ā ſeinuicem differunt, & nō cōueniunt mutuo: ſicut vnitates non ſunt veræ & conuenientes punctis: vni.n. non eſt poſitio, puncto autem eſt poſitio.

Dixit Ariſt. Iamq̄ declaratum T.c.18
fuit, q̄ principia ſyllogorū verorū non ſunt vna & eadē, de rebus eiſdē ſm hūc modū: & hoc, qm̄ principia multorū diuerſificant inter ſe ſm nām: et nō cōſentiūt ſibīuicē: quēadmodū vnitates nō indigēt: et nō cōueniūt cum pūctis: & hoc, qm̄ vnitas nō habet pōnē & pūctus hēt pōnem.

Cō.186 Dicit: Iam cōmonſtratū eſt: q̄ p̄miſſæ demonſtrationū diuerſarū artiū nō ſint vnæ ſm eſſentiā ob naturā rerū, quas conſideraut: p ſe.n. euidēs eſt, q̄ prima & p̄miſſę, quibus vtit̄ maior pars artiū ſint differentiū natu-
F rarū: ſicut eſt dria pūcti, qđ eſt principiū magnitudinis, q̄ eſt ſubiectū Geometricæ artis: & vnius, qđ eſt principiū Artis Aritḥmeticæ: licet .n. vnū conueniat cū puncto, quatenus ambo ſint res impartibilis, differāt tn̄, quia res impartibilis, q̄ eſt vnius, nō habet poſitionē: & res impartibilis in alio, qđ eſt ipſe pūctus, hēt poſitionē: qa eſt lineę vltimū. Et intēdit, q̄ qn̄ cōmōſtrauimus q̄ artiū ſubiecta differant dria ſuorū principiorū, hoc eſt, o b ſuarū cauſarum dria, & p̄missæ q̄ ſumuntur in artibus ſint ex ipſiſmet cauſis qđ

Dixit. Iam vero declaratū fuit, q̄ Cō.18
propōnes demonſtrationū in artib⁹ diuerſis nō ſunt vna & eadē pp naturam eorū, quę cōſiderant in ipſis: & hoc, qm̄ manifeſtū p ſe, q̄ prima & propōnes, q̄ pertractant in pleriſq; artib⁹ ſunt diuerſarū naturarū: quēad modū diuerſitas puncti, q̄ eſt principiū magnitudinis, quæ eſt ſubiectū artis geometricę: & vnū qđ eſt ſubiectū artiū numeri, & hoc, qm̄ licet vnitas cōſentiat cū puncto in eo, q̄ ambo ſunt indiuiſibilia: diuerſificant tn̄ in eo, q̄ res indiuiſibilis vnitate nō habet poſitionē, & res indiuiſibilis, quę eſt pūctus habet poſitionē, qm̄ eſt extremū lineę, atqui vult, cū mōſtrauerimus, q̄ ſubiecta artiū diuerſificant per diuerſitatem principiorū, hoc eſt, p diuerſitatem cārum ſuarum: & ſunc propōnes, quæ

ABRAM

quod fit in demſonib⁹ abſolutis,cõmonſtratũ itaq; eſt ꝙ ꝓpriſſiæ differant,hæc aũt cõmonſtratio eſt propria eſſentialis. Dixit aũt: Multarũ rerũ. Quia putat,ꝙ inueniant præmiſſæ, in quibus cõueniãt plures q̃ vna ars:& ſiſt putatur,ꝙ plurium q̃ vnius artis ſint vna principia, hoc e, cauſæ ſuorũ ſubiectorũ:hæ autẽ differunt ſm modum conſiderationis, ob difficultatẽ aũt commonſtrandi rem in his poſuit rem ſm quòd eſt uidens de quibuſdam artibus.

BVRANA

quæ accipiunt in artibus ex cauſis ꝓ A ſe,& hoc in demſonibus ſimplicib⁹: igit̃ mõſtratũ eſt, ꝙ ſunt ꝓpõnes diuerſæ:& hęc e mõſtratio appropriata & ꝓ ſe, atqui dixit: multorũ,q̃m iã exiſtimat, ꝙ hę ſiunt ꝓpõnes, q̃ cõicant plurib⁹ artibus:& cõſiſt exiſtimat vtiq; ꝙ plures artes hãt principia vna,hoc eſt cauſas ſubiectorũ ſuorũ,& hæc vtiq; diuerſificant per modũ ſpeculationis, & difficultatẽ monſtrationis rei: ac ſi poſuiſſet rẽ ſm ꝙ apparet in aliquibus artibus.

T.43.ps e

a *Neceſſe autem eſt, aut in media conuenire, aut ſurſum, aut deor-* B *ſum, aut hos quidem intro habere, illos autem extra terminorum.*

T.c.187 Neceſſario autem oportet, ꝙ cõueniant mediis, aut ꝑdicatis, aut ſubiectis:aut ꝙ vnius ſcẽtiæ ſint media, & alterius ſciæ extrema: punctus aũt nõ ſit ꝑdicatũ, neq; ſubiectum, neq; mediũ in ſyllo Aiithmetico:neq; ſit ſimul ſubiectũ in ſyllo Arithmetico: & prædicatũ in ſyllo geometrico, ſed ꝓprie cõcernit vnũ ſyllorum:ꝙ vero ſit medium in vna illarũ, & in altera extremũ non.

Dixit Ariſt. Iã vero ſequit̃ ex T.c.187 neceſſitate, vt cõſentiant, aut in mediis, aut ĩ ſubtis, aut in ꝑdicatis: aut vt ſint vni duarũ ſciarũ media, & ſciæ alteri extremitates: punct⁹ aũt nõ erit ꝑdicatũ, neq; ſubiectũ, neq; media ĩ ſyllo nũeri: neq; erit ſubiectũ in ſyllo numeri, & ꝑdicatũ in ſyllo geometrico ſimul:ſed appropriabit̃ vni ſyllorũ:vt vero ſit medium vni ipſorũ, & alteri ſimul, non. C

Cõ.187 Dixit: Oportet neceſſario, ꝙ ſi cõueniant ſciæ differentes ſubiecto in vno termino trium terminorũ ſylli,ꝙ aut cõueniant in medio termino, aut in termino ꝑdicato, aut in ſubiecto:& hoc,ſiut ꝙ hic terminus cõis ſit in vtriſq; ſcietijs medius terminus,aut terminus prædicatus, aut terminus ſubiectus: aut in vna ſit terminus medius,& in altera prędicatũ, aut ſubiectũ,aut in vna ꝑdicatũ,& in altera ſubiectũ:non inueniuntur aũt ſcientiæ conuenientes in

Dixit.Iã vero ſequit̃ ex neceſſita Cõ.187 te,ſi cõicãt ſcię diuerſę ſubto in termino vno ex trib⁹ terminis ſylli,ꝙ cõicent, aut in termino medio, aut termino ꝑdicato, aut ſubto,& hoc, aut ꝙ ſit termin⁹ cõicãs in hoc. aut in termino medio Iambab⁹ ſcietijs, aut ĩ termino ſubto, aut ĩ termino ꝑdicato,aut erit ĩ vna ipſarũ terminus medius & ĩ ſecũda ꝑdicatũ, aut ſubiectũ ĩ vna ipſarũ,ꝑdicatũ in altera,aut ꝑdicatũ in vna,ſubtũ in altera:& nõ inueniunt ſcię cõicantes in

termino

ABRAM

B in syllogismorum demonstrationum terminis vllo horum modorum. verbi gratia, quia impossibile est, quòd punctus sit medius terminus in scientia Arithmetica, & scientia Geometrica simul, neque in ipsis simul prędicatum, hoc est, maius extremum, neque ipsárum, subiectum, ideſt minus extremum, & impossibile est, quòd in scientia Arithmetica sit medius terminus, & in sciętia Geometriæ maius extremũ, aut minus, vel econtra, quando autẽ
E omnes hi modi, quibus possibile est ꝙ cõueniãt scientiæ in syllogismorum terminis sunt impossibiles: non tum est, quòd artes differentium naturarum non cõueniant in præmissis proprijs essentialibus.

EVRANA

termino syllorũ demõstratiuorũ ſm viã aliã ab iſtis modis: vt in exẽplo, punctus nõ põt eẽ termin⁹ medius in ſcia numeri & ſcia geometriæ ſiʒ, & nõ erit prædicatũ in ipſis ſimul, hoc est extremitas maior, neq; ſubiectũ in ipſis, hoc ẽ extremitas minor: & fieri nõ põt, vt ſit in ſcia numeri ter min⁹ medius, & in ſcia geometricæ extremitas maior aut minor, aut econuerſo, neq; cõſiſt ẽt, vt ſit in ſcia numeri extremitas maior & in ſcia geometricæ extremitas minor, aut econuerſo, cũq; fuerint oẽs iſti modi, quibus poſſunt cõicare ſcię in terminis ſyllorũ: & ſint oẽs prohibiti: manifeſtũ vtiq; ꝙ non cõicabunt artes diuerſárũ naturarũ in ꝓpõnibus appropriatis ſubſtantialibus.

T.43.ps *Sed neq; cõium principiorum poſſunt eſſe aliqua, ex quibus ẽia monſtrabuntur: (dico autem cõia, veluti omne affirmare, aut negare) generа enim entium altera ſunt, & hæc quidem quantitatibus, illa vero qualitatibus inſunt ſolis, cum quibus monſtrantur per communia.* T.c.18

T.c.188 Neq; ẽt principia cõia, quorũ moris eſt, ꝙ in eis cõueniãt mul
F tæ ſciæ poſſunt eſſe vna ſm eſſẽ tiã aliquibus rebus, ſicut eſt oſo dicẽs, ꝙ de qualibet re vera eſt affirmatio, aut negatio. ex quo enĩ naturę generũ rerũ differũt, & inueniunt quædã res, q̃ quantitatẽ proprie cõcernunt, & proportionatam reddũt: & aliquæ, q̃ qualitatẽ proprie cõcernunt: demõ itaq; completur ex his et ex communibus præmiſſis.

Dixit Ariſt. Neq; conſiſt etiã principia vſia, in quibus cõſueuerũt cõicare ſcię multę, poſsũt inueniri vna & eadẽ in aliquib⁹ reb⁹: quẽadmodũ ſermo dicẽs, ꝙ de omni verificat affirmatio, aut negatio: & hoc, qm̃ naturæ generũ rerũ ſunt diuerſę: et ſunt aliquæ, q̃ appropriant &, ꝓportionant quãtitati, & quædã appropriant & ꝓportionant qualitati: demõ igiẽ perficietur ex iſtis & ꝓpõnibus vniuerſalib⁹.

Cõ.188 Dicit ꝙ neq; ẽt ꝑmiſſę cões oſibus artib⁹, aut plurib⁹ q̃ vni arti põt fieri ſ artib⁹ differẽtib⁹ diſtinctis ſm eſſentiã, niſi illis cõnectant præmiſſę ꝓpriæ

Dixit. Neq; ꝓpõnes ſ arte, aut plurib⁹ artib⁹, põt ptractari in artib⁹ diuerſis ſe patis ſm ſpeculationẽ abſq; eo, ꝙ cõplicent ipſis, ꝓpõnes appropriatę Cõ.1

ABRAM

proprie ſingulis artib⁹. ,,put eſt præ-
miſſa, q̃ aſſerit, ꝙ affirmatio & nega
tio diſcernũt veritatẽ & mendaciũ:
his enĩ vtunt oẽs artes cõnexis ꝑmiſ
ſis proprijs illi arti, q̃ illis vtit. huius
aũt cã eſt, quia ex quo rerũ naturæ
ſunt alicũde differẽtes, & alicũde cõ
ueniẽtes, & ex ꝓte qua differũt ſſunt
eis propria & ,,ꝓportionata ꝑdicata:
,,put eſt æqualitas, q̃ proprie concer
nit quantitatẽ: & ſiſſitudo, q̃ proprie
cõcernit qualitatẽ: & ex ꝓte qua con
ueniũt, inſunt eis res cões: oportet ꝙ
demfones de illis perficiant ex his
duabus ſpẽbus ꝑmiſſarũ: hoc eſt, cõ
munibus & ,,ꝑprijs. Hanc aũt ora-
tionẽ edixit: aut ſm modũ ſpermen-
tiũ aduerſarios, aut ſi nõ ſit ita, iã cõ
monſtrauit, ꝙ ꝑmiſſis logicis non
vtat aliqua artiũ particulariũ, quã-
tenus ſint demfonis pars, ſed vtitur
eis vt regulis: ꝑmiſſis aũt quæ non
ſunt logicæ, q̃ ſunt ſupioris ſcĩæ, iã
dictũ eſt q̃ uo ipſis vtat ars ſubalterna. prout eſt diſpoſitio ſcientiæ Per
ſpectiuæ cũ ſcĩẽtia Geometriæ, hoc
eſt, ꝙ ſcientia ſubalterna vtat illis,
quatenus ſint cauſæ rerũ, quæ illius
ſunt, ꝑmiſſæ vero, in quibus conue-
niunt plures q̃ vna ars, & non ſunt
vnius artis, neq; cões, neq; propriæ,
ſunt ille, quæ dicuntur ſm aliquem
modorũ noſs æquiuoci. Prout eſt
præmiſſa, quæ aſſerit, ꝙ res, quæ vni
rei ſunt æquales, ipſæ ſunt coequę, &
iã dictum eſt de his. Et poteſt eſſe ꝙ
intendat q̃n dicit hic: Demonſtra-
tio itaq; completur ex his & ex com
munibus præmiſſis. i. ꝙ quando cõ-
nectunt ſubiecto ſcientiæ, quæ illis
vtitur, & hoc modo redduntur plu-
res, & ſecundum hanc expoſitionẽ
non eſſet ſpernere aduerſarium.

BVRANA

priatę ſingulis artib⁹: quę admodũ A
,,ꝓpõ dicẽs, ꝙ affirmatio & negatio
diuidũt verũ & falſum: q̃m hæ pera
ctant in oĩbus ſcĩẽtijs, q̃ referunt ad
,,ꝓpõnes appropriatas illi arti, q̃ pera
ctat, & cã in hoc ẽ: q̃m nãt intẽtio-
nẽ entiũ ſunt diuerſę ex ꝓte, & cõſen
tiũt ex ꝓte: & ſunt ex ꝓte aliqua di-
uerſa, q̃ b⁹ inſunt ꝑdicata appropria
ta & proportionata: quę admodum
ęqualitas, q̃ appropriat quãtitati, &
quãtitas: q̃ appropriat qlitati, & ex
ꝓte, qua cõſentiũt, ſſunt ipſis intẽtio
nes cõiũctes: ops, vt ꝑficiant demfo-
nes in ipſis, ex duab⁹ iſtis ſpẽb⁹ ,,ꝓpõ B
nũ, hoc eſt vſſium & appropriatarũ:
& hũc ſermonẽ dixit vtiq; ꝓ modũ
mus, ſi terra eſt in medio mũdi, aut
non, aut eſt in medio inter Lunam
& Solem, in defectu Lunæ: atqui
vult commemorare, q̃ hæc quęſtio
ſi eſt quæſtio exiſtentiæ eſt æqualis
quæſtioni exiſtentiæ cauſæ: & hoc,
quoniam quod dicimus, ſi terra eſt
in medio, eſt æquale ei, quo quæri
mus ſi hoc hẽt cãm aut nõ: & dixit:

Et

ABRAM

De omnib⁹ enim his apparet, quod quæstio quid sit, & cur sit, vna, eadem sit: vsque ibi terræ obiectu occultatur. Intendit, quando sibi constat quòd omnes quæstiorum species redeunt ad quæstionem essendi causam; aut quæstionem quid sit causa, manifestum est, quòd res, quæ quæritur per dictionem, quid sit, & per cur sit, sit vna eadem res: differunt vero secundum modum. exempli gratia, quia non est differentia inter id, quo respondetur quando quæritur quid sit eclipsis, aut cur sit eclipsis. respõdetur enim ad quęstionem per quid sit eclipsis, quod sit Lunæ priuatio luminis Solis ob occultationem eius per terram à Sole, & respondetur ad quæstionẽ per cur sit eclipsis, quòd sit ob occultationem eius per terram à Sole. Res itaq; qua respondetur in ambobus locis est vna: differunt tamen modi responsionum à modis interrogationum. Et sic quando quærimus quid sit harmonia, & dicimus ipsam esse secundum grauedinem & acuitatem secundum proportionem superparticularis, aut secundum proportionem numeri superpartientis, quæ inest vocibus grauibus & acutis. & quando interrogamus cur sit harmonica, quia est secundum hanc proportionem, aut quia ei insit hæc proportio. Et hoc significat quando dixit: Quid est harmonia & dicitur proportio numeralis, quæ inuenit inter voces graues & acutas.

Deinde

DVRANA

Et hoc, qm̃ in omnibus hic apparet quod quæstio quid est, & propter quid est sunt vna & eadem, vsq; ad id, quod dixit: eo qđ auferet ipsum sensus est: cùmq; stabilitum fuerit, quod omnes species quæsitorum redeunt ad quæstionẽ existentiæ causæ, aut ad quæstionẽ quid est causa. Planum vtiq; ꝙ id, quod quæritur per signũ quid est, & propter quid est, est vnum & idem: sed diuersificantur in modo: vt in exemplo, quoniam non est differẽtia in eo, quòd respondetur ad id, quod interrogatur, quid est defectus, aut propter quid est defectus: & hoc, quoniam respondetur ad interrogationem, quid est defectus? ꝙ est priuatio luminis Lunæ à Sole, eo ꝙ obstruit ipsum terra à Sole: & respondetur ad interrogationem propter quid est defectus, eo ꝙ obstruit terra inter ipsam & Solem: res igitur per quam respõdetur in duobus locis est vna: sed diuersificantur modi responsionum ad modos interrogationum: & consimiliter, cùm interrogauerimus, quid est cõsonantia? dicemus, quia inuenitur in grauitate & leuitate fm proportionẽ numeri supaddentis partẽ, aut ꝓportionũ numeri supaddẽtis partẽ, quę ẽ in cauſis grauiũ & leuiũ: cũq; interrogauerimus pp quid est consonantia? dicemus, qm̃ inuenitur fm hanc proportionẽ: aut qm̃ hæc proportio inuenitur in ipsis: & hoc est, quod significauit, cum dixit: qđ est cõsonãtia? proportio numerorum in graui & leui. sensus est: & quem admodũ, cũ interrogat, qđ est cõsonantia? & dr, ꝙ est ꝓportio nũeri, ꝙ inuenit inter voces & graues & leues.

D. d.

D

AVERAM

Deinde dixit: Cur harmonicum sit acutum graui, quia proportio acuti & grauis similis est perfectæ proportioni numerorum, ideſt quando quærimus cur harmonicum sit acutum graui, ideſt cur sit inter illa consonantia ipſi auditui, dicimus, quia inter tonum acutum & grauem est proportio numerorum superpartiens. Dum autẽ dixit: Quando accepimus ꝙ sint, quærimus quę sit eorum proportio, ideſt quando manifeſta nobis fuerit ipſa harmo-

E nia, quærimus quid sit concinens in ferens consonantiam: & quando cõ monſtratum nobis fuer.t, ꝙ ibi sit proportio diiudicans consonantiã, quærimus quid sit illa proportio.

Expedit autem, ꝙ ſcias quod per quod vere reſpondetur reſponſis ad quid sit, impoſſibile est, ꝙ eo reſpõdeatur reſponſis cur sit, ex ipſis cauſis. quod enim reſpondetur reſponſis ad quid sit, ſunt cauſæ, & sunt formę: quo autem reſpondetur reſponſis ad cur sit, ſunt cauſæ extrariæ: &

F digniſſima illarum est cauſa finalis, & quarundam rerum est efficiens. Quo conſtante, expedit te ſcire, ꝙ ſignificatum illius, quod Philoſophus dicit, ꝙ quæſitum quid sit, & cur sit, vnum idem sit, vt in exemplo huius loci, qui quærit quidditatem, quærit quidditatis cauſam, & ex hac parte est quæſitum vnum: ſed est vnum ſubiecto ſecundum veritatem, duo ſecundum modum, prout expoſuimus in eius dictis: & ſi fit veriſimile, videamus eius verba, & videamus verba quorundam expoſitorum.

D.d. Propter qd est cõſonãtia grauis qm ꝓportio grauis est ꝓportio numerorũ: ſenſus est: cũq; interrogauerimus: ꝓp quid est cõſonantia grauis? hoc est, ꝓp quid inuenit inter ipſa conſonantia in auditu: dicimus, quoniam inuenitur inter conſonãtiam grauis & leuis proportio numerorum ſuperaddentium partem: & dixit: cùmq; acceperimus, ꝙ ipſa ſunt, quæremus, quæ sit proportio ipſorum: ſenſus est: cùmq; monſtrata nobis fuerit conſonantia, interrogabimus, quid est proportio conſequens conſonantiam? cùmq; declaratum fuerit ꝙ nomen proportionis indicat conſonantiam, interrogabimus, quid est illa proportio.

Scire autem debes, quòd illud, per quod reſpondetur in veritate in reſponſionibus, quid est, nõ est illud: per quod reſpondetur in reſponſione propter quid est de cauſis: & hoc, quoniam quod reſpondetur in reſponſionibus quid est ſunt cauſæ & ſunt formæ: quod autem reſpondetur in reſponſione propter quid est ſunt extrinſecæ: & quæ maxime conuenit ex ipſis est cauſa finalis: & agens in aliquibus rebus: cùmq; res ita fuerit: ſcire debes, ꝙ intentio ſermonis ſapientis, qui quærit quid est, & propter quid est, est vna & eadem: exemplum huius loci, qui quærit eſſentiam ipſe vtiq; quærit cauſam eſſentiæ: & ex hoc modo ẽ quæſitum vnum, præterq̃ quòd est vnũ in ſubiecto ſecundum veritatem, æqualia in modo; ſecundum quòd declarauimus in ſermone noſtro: & ſi fuerit ſimile, apparent verba noſtra, & apparent verba quorundam expoſitorum.

Quod

1.1.pars *Quòd autem est medy quæstio significans, quorumcunq; medium est sensibile, quæri mus enim cum non sensimus, veluti de eclipsi si est, aut non: si vero essemus supra Lunam, non vtiq; quæreremus neq; si sit, neq; propter quid, sed simul vtiq; manifestum esset: ex eo enim quod sentitur, & vniuersale nobis factum est scire, sensus nanq; est. quod nunc obstruitur, manifestum enim est quòd nunc deficit: ex hoc autem factum vtiq; fuit vniuersale. Quẽ admodũ igitur discimus, quid est scire, idem est, & propter quid est, hoc vero simpliciter & nõ inexistentiũ alicui, aut inexistentiũ, vt quòd duo recti sunt, aut quòd maius, aut minus est.* A

ABRAHA

Tex.c.7. Quod vero quæstio sit medũ, significant res, quarum mediũ est sensatũ. nos enim quærimus non sentientes ipsam eclipsim, an sit, nec ne: si autem essemus supra Lunam non quereremus, nec an sit eclipsis, neque cur sit, sed simul videretur à nobis ambæ res: iam enim ductæ nobis sunt ex ipsis sensibus, vt sciamꝰ ipsum vniuersale: sensus enim est, quòd terra occulueritmanifestum enim est, ꝙ terra obꝺciatur: & hinc fit nobis ipsum vniuersale: scientia autem, vt dictur de eo quod quid est, & de cur est, vna eadem est: et hoc aut simpliciter, non alicui rerũ quæ sunt, aut alicui rerum, quæ sunt: vt quòd sint duo recti, aut ꝙ sit maius, aut minus.

Com.7. Dicit: ꝙ vero quæsitũ entis simplr, & compositi: & quæsitũ causæ cõpositũ, & simplr, redeant ad rem quæstionis medij termini, hoc ẽ, ꝙ ꝗstio causæ ad sciam quid sit cã, quę sit medius terminus, apparet: ex quo quando sentimus causam inesse rei cuidã, nõ quærimus esse rem quæsitam

BVRANA

Tex.c.7. Dixit Arist. Quòd aũt quæstio sit de medio, significant illa, quorũcunq; mediũ est sensibile: & hoc, qm̃ nos vtiq; quęrimꝰ & nõ sentimus de defectu si est, aut non: & si essemus supra Lunam, nõ inuestigaremus, neq; si est defectus, neq; ꝓp quid ē: sed apparerent nobis ambæ simul: qm̃ prouenit nobis à sensibus, vt sciamus de vtl, quoniã sensus vtiq; ẽ, ꝙ terra obstruit: & hoc: qm̃ planũ est, ꝙ terra suscipit defectũ: & ex hoc iã vtiq; habebimus vsl: quẽadmodum dictum fuit, quid est, & ꝓp quid est sunt vnũ & idem: & hoc, aut simplr, nõ de aliquo inexistẽtiũ, aut de aliquo inexistẽtiũ, vt in exẽplo in eo, ꝙ sunt duo recti, aut in eo, ꝙ ẽ magnũ, aut in eo, ꝙ ẽ paruũ. B C

Com.7. Dixit. Atq; qm̃ qõ existẽtiæ simplex, & cõposita, & qõ causæ cõposita & simplex reducunt ad intentionẽ qõnis termini medij: hoc est, qm̃ qõ existentiæ reducetur ad qõnem causæ nois: & qõ causæ, ad cognitionem q̃d est cã: q est terminꝰ mediꝰ, manifestũ igit, ꝙ cùm sentimus existentiã

ABRAM

D sitam per vtrum, idest vtrum illius sit aliqua causa, neq; quid sit illa causa? verbi gratia, quia qñ nos nõ sentimus eclipsim, quærimus an sit, nec ne? & quando commonstratum nobis est, ꝙ sit, & ꝙ eius sit aliqua causa, quærim⁹ quid sit illa causa? Si autem, gratia exempli, essemus in loco, vbi est Lunæ eclipsis, quãdo sentiremus eclipsis causam, non quæreremus, neq; an eclipsis sit, neq; cur sit: sensu enim viderentur ambę res simul. Et dũ dixit: Quod vero quæstio sit medij, significant res, quarũ
E medium est sensatum, idest ꝙ vero quęstio sit medij termini, q est omnium quęsitorum causa, id significant res quarum medium, quod est causa illarum, nos sentimus, idest ex quo quando sentimus causam, satisfactum est quæstioni de re, & ablatum est desiderium, & non remanet ibi quæstio neq; desiderii penitus. D.d. Nos enim quærimus non sentientes ipsam eclipsim an sit, nec ne? si autem essemus supra Lunam, nõ quæreremus nec, an sit eclipsis, neq; cur sit, sed simul viderentur à nobis
F ambæ res. i. huius exemplũ est: quia quęrimus vtrum eclipsis sit, quia nõ sentimus illam, & qñ oratione nobis cõstat ipsam esse quærimus post hoc cur sit? si autem essemus in loco Lunæ, adeo quòd sentiremus eclipsis causam, non scrutaremur, nec vtrum eclipsis sit, neque cur sit, quia essent manifestæ nobis ambę res simul, ob nos sentire causam. Et quia sensus comprehendit res particulares, & iam præmiserat & dixerat, quòd causa sit vniuersalis rei vniuersalis, & posset aliquis dicere, quonam pacto satisfit desiderio per com-

BVRANA

stentiam causæ rei alicus, non quęri mus neq; existentiã rei quæsite p si, hoc est si habet causam, neq; quid ẽ illa causa: vt in exẽplo, cùm nõ sentimus defectũ, quærimus si est: aut non: cùmq; monstratum nobis fuerit, quod est, & quod hẽt cãm, quęrimus, quid est illa causa: & si essem⁹ exẽpli gratia in loco, in quo est defectus Lunæ in tpe, in quo est, causam defectus sentiremus, nõ quæreremꝰ neq; si est defect⁹, neq; pp quid est: qñ essent p sensum nobis duo manifesta simul: cũ vero dixit: Quòd aũt quæstio sit de medio significãt ea, quorũ medium est sensibile: sensus est: ꝙ aũt quęstio sit de termino medio: qui est causa in obsus quęstis, significant ea, quorum sentimus terminũ medium: qui est causa in ipsis: hoc est, ex parte, qua cùm sentimus cãm cessat quęstio de re, aut aufert interrogatio: neq; derelinquit ibi quæstio, neq; interrogatio penitus. D.d. Et hoc, qñ nos vtiq; quærimus, & nos non sentimus defectum exempli gra, si est, aut non: & si essemus supra Lunam, non inuestigaremus, neq; si est defectus, neq; pp qd est: sed iam nobis apparerent ambo simul: sensus est: & exemplũ huius: qñ iã: quærimus si est defectus: qñ non sentimus ipsum: cùmq; steteri mus in sermone super existentia ipsius, quæremus post hoc, pp quid ẽ, & si essemus in loco Lunę ita, vt sentiremus cãm defectus, nõ inuestigaremus, neq; si est defectus: neq; pp quid est: qñ essent nobis ambo manifesta simul eo, ꝙ sentimus cãm: qñ vero sensus assequit vtiq; particularia, & iã præmisit & dixit: ꝙ cã ẽ vñs de re vñ: & posset aliqs dicere:

quo

AVRAM

comprehensionem causæ per sensum, cum id, quod comprehendit sit aliud ab opato quæsito: quæstio enim erat de vniuersali: & sensus comprehendat particulare. Enuntiauit, quòd ob sensationem intellectui aduenit res vniuersalis apud id, quod sensus comprehendit rem particularem, Et dixit: Et hinc fit nobis ipsum vniuersale, idest fistit autem desiderium ipsum apud nos sentire rei causam, quia ex nostro imaginari hoc particulare, aduenit intellectui ipsum vniuersale, qd inest huic particulari. Deinde dixit: Scientia autem, vt dicitur de eo quod quid est, & de cur est, vna eadem est, id est, & ex omnibus, quæ diximus de his rebus videtur, quòd scientia adepta apud quæstionem per dictionem quid sit, & cur sit, redeat ad vnam eandem causam. Deinde dixit: Et hoc aut simpliciter non alicui rerum, quæ sunt, aut alicui rerum, quæ sunt, idest, & hoc contingit aut in quæsitis simpliciter, quæ sunt secundum se, non quæ sunt alicui rerum, aut rebus, quæ sunt in alijs: id est, quòd quæsitum quid sit, & cur sit, sit vnum & idem in vtroque quæsito. iam enim quæritur quid sit in quæsito composito, & cur sit, & quæritur etiam in quæsito simplici, licet quæstio quid sit, sit propria simplici: & ideo eam posuit in specie quæsiti simplicis. & similiter quæsitum causæ per dictionem cur sit, est proprium quæsito composito, & si quæritur in simplici. Dum adit dixit: Vt ꝙ sint duo recti, aut quòd sit maius, aut minus.

Inædit

BVRANA

quomodo cessat interrogatio per- A
prehensionem causæ per sensum, &
quod apprehenditur hoc, est aliud
a quæsito interrogato: q̃n quæstio
est de re vñ, & sensus sequitur particulare: enuntiauit, ꝙ pp sensum, proueniet intellectui intentio vniuersalis apud id, quod apprehendit sensus intentionem particularem: & dixit. Et ex hoc iã habebimus vñe: sensuset: asqui stabit interrogatio, cũ sensu erimus causa rei: q̃n ex imaginatione nostra de hoc particulari B
ꝓueniet intellectui vñe: quod inuenietur per hoc particulare. D.d. Et scientia, quemadmodum dictũ fuit, de eo, quod est quid, & de eo, quod est propter quid, est vna & eadem: sensus est, & apparet ex omni eo, qđ commemorauimus de his rebus: ꝙ scientia, quam assequimur per quæstionẽ quid est, & propter quid est, reducit vtiq; ad eãm vnã & eandẽ. D.d. Et hoc aut simpliciter non de aliquo inexistentium: sensus est: & hoc accidet, aut in quæsitis simplicibus, aut quæ sunt per se, non quæ sunt in aliquo, aut aliquibus, quæ sunt in alijs: sensus est: q̃n quæstio C
ꝓpter quid est, & quid est sunt vnũ & idem in vtroq; duorum quæsitorum: q̃n iam quæritur quid est in quæsito composito, & ꝓp quid est: iamq; quæsiit consistit etiam de quæsito separato: & si fuerit quæstio qd est appropriata in separato: & hoc, q̃n quid est in specie quæsiti separati, & consistit quæstio per eãm in alio ꝓp quid est in quæsito composito ap propriato, iamq; quæres de separato: eãm vero dixit, vt in exemplo, scientia in eo, ꝙ duo recti, aut in eo, ꝙ magnum, aut in eo, ꝙ paruum.

ABRAM

D Intendit exemplum, quòd scientia propria quæsiti quid sit, & cur sit, redeat in vnam rem vnius eiusdem quæsiti, est vt quæreremus, cur trigoni anguli sint duobus rectis æquales, & quæreremus quid sit trigonus: ambæ enim responsiones huius redirent in vnam rem: & scientia proueniens huic esset scientia vnius rei: & similiter in quantitatibus: quarum quidditates sunt, ϕ ipsæ sint maiores aliqua quantitate, aut minores, prout est maior pars linearum: & ob hanc causam,

E quam dixit, demonstrationes sunt definitiones in potentia, quoniam inter id, quod largitur demonstratio: & quod largitur definitio, non est differentia, nisi secundum modum, hoc est, quia demonstratio tradat illud ad modum enuntiationis, & definitio ad modū orationis compositæ compositione cōditionis ad corroborationem.

EVRAN

sensus est: & exemplum, ϕ sit scientia appropriata in quæsito quid est, & pp quid est, reducitur ad idem in quæsito vno & eodem: velut, cùm quærimus, pp quid trigulus habet angulos æquales duobus rectis, & quærimus, quid est triangulus: qm̄ duæ respōsiones in hoc reducunt ad vnum: & scta proueniens ex hoc est scta de re vna: & consist cùm quærimus, pp quid hæc mēsura est parua aut magna, & quid est hæc mēsura: qm̄ hæc duo reducunt consist etiā ad vnū: & hoc de mensuris, quarum essentia est, vt sint maiores mēsura, aut minores: quēadmodum magna pars linearū, quæ sunt in mensuris: & pp hoc, quod dixit, sunt demonstrationes magnæ in potentia, qm̄ non est dria in eo, ϕ tradit demfo, & quod traditur definitio, nisi in modo: & hoc qm̄ demonstratio traditur per modū orationis definitæ, & definitio per modū orationis compositæ cōpōne conditionis & ligamenti.

ANT. INTER. TEX. 11.

F *Quòd igitur omnia, quæ quæruntur, est medij quæstio, planum. Quomodo aūt quòd quid est monstratur, & quis modus reductionis, & quid est definitio, & quorum, dicamus, cùm dubitauerimus primo de ipsis.*

Tex.c.8. Quod autem quæsitorū cuctarum rerum quęstio sit de medio, est manifestum euidens. Quomodo vero videatur quid res sit, quæ quidem est aditus quo offendatur, quid sit ipsa definitio: & quarum rerum, enuntiabimus hoc, quatenus primo insinuabimus circa hāc rem dubium quoddam.

Dixit Arist. Atqui quòd in omnibus quæsitis est quæstio de medio, plane manifestū est: quomodo autem appareat intentio quid est: & quæ via, qua assequamur ipsam, & quid est definitio, & quæ sint, enuntiemus vtique de hoc per modum primo designatum super hac re dubia.

Tex.c.8.

Postq̄ Posteaq̄

ABRAM

Com.8. Postq̃ ex hoc sermone declarauit, ꝙ oſa quæſita redeant ad duas res, ad quæſtionẽ eſſendi cãm, & illa eſt quæſtio quæ ſcrutat ſolum eſſe, & ad quæſtionẽ, quæ ſit ipſa cauſa, & illa eſt queſtio, quę ſcrutat ipſam cauſam, & illa eſt quã ab initio rei intendebat, narrauit hoc, Et dixit: Quod aũt queſitorũ cunctarũ rerũ queſtio ſit de medio eſt manifeſtũ euidens. i. ꝙ vero cunctarũ rerum ſcibilium queſtio ſit de medio, qui eſt cauſa, hoc eſt manifeſtũ euidens ex his quæ diximus. Diximus aũt cunctarũ rerũ ſcibilium, quia q̃ſtio eſſendi rem, nõ eſt virtutis queſtionis eſſendi illius cãm „niſi in rebus, quę ſunt generis rerũ, quarum eſt cauſa: & in his, qñ commonſtratur eſſe ipſarũ aliquam cauſam, cõmonſtratur eſſe queſtionem quid ſit illa cauſa, & ideo regulę logicę pro maiori parte ſunt veræ. Et poſtq̃ cõpleuit hoc, Incœpit notificare quę ſit eius intẽtionis primę commonſtrare ĩ hoc tractatu. Et dixit: Quo modo vero videat quid res ſit, quę quidem eſt adit' quo offendatur quid ſit ipſa definitio, & quarum rerum enuntiabimus hoc. i. vnde vero nobis eueniat ſcia rei, i. eius definitio, & quę regula ipſam dirigat ad hanc ſcientiam, & quę ſit definitio q̃ quærenda eſt per hanc ſcientiam, & quæ ſint res, quarũ eſt hęc definitio, quæ ſunt queſita enuntianda in hoc Libro, nos inſinuabimus hoc, quatenꝰ primo incipiemus & enuntiabimus in quibus horum ſint dubia. Diſtinxit aũt hoc. qñ ſcięntia perfecte euenit, qñ ſic enuntiatur poſt cognitiõnem dubiorum propriorum ꝓportionatorum contingentiũ in illa.

Vide prio Poſte. c. 31

BVRANA

Poſteaq̃ monſtrauit ex hoc ſermone, ꝙ oſa q̃ſita reducunt ad duo, ad qõnẽ de exiſtẽtia eſſe: & eſt qõ qua inueſtigamus de exiſtẽtia tm̃, & ad qõnẽ, q̃ eſt eſſ: & eſt qõ, qua inueſtigam' de eſſ: & hoc eſt, de qua fuit intentio à principio: commemorauit hoc: & dixit. Forteſſe, ꝙ ſ olb' q̃ſitis eſt qõ de medio, plane vtiq; manifeſtũ ẽ: ſenſus ẽ. Forteſſe, ꝙ in olb'ijs, q̃ ſciunt, qõ eſt de termino medio, q̃ eſt eſſ, hoc vtiq; plane manifeſtũ ex eo, qđ dixim', dixim' aũt de olbus ijs, q̃ ſciunt, qñ qõ de exiſtẽtia rerũ nõ hẽt potentiã qõnis exiſtẽtiæ ipſius, niſi in reb', q̃ ſunt ex gñe eorũ: q̃ ſunt ipſius eſſ: & in his, cũm declaratũ fuerit, ꝙ hñt cãm, mõſtrata vtiq; erit exiſtia cauſę, quid ẽ illa cauſa, & ppea res logicæ ſunt vtilm multę: & poſteaq̃ ꝓfecit declarationem huius: cœpit docere, q̃ ſit intẽtio ipſius ad intentionẽ primã, quã monſtret ꝑ hunc ſermonẽ, & dixit: Forteaũt, q̃ño appareat intẽtio quid eſt res, q̃ eſt via, qua perficit quid eſt de finitio, & de quibus reb' eſt, enũtiemus vtiq; in hoc: ſenſus eſt: forteaſſe aũt vnde prouenięt nobis ſcięntia de re, hoc eſt definitionis ipſius, & qualis ſit via, qua aſſequamur hanc ſcięntiam: & quę ſit definitio, quam quærimus in hac ſcientia: & quę ſint ea, quibus ineſt hęc definitio: quæ ſunt quæſita, de quibus enũtiauit in hoc Libro: nos vtiq; deſignabimus hoc per modum, quo cœpimus primo: & incipiem' ab eo, quod dubitatur in hoc: acqui diſtinxit hoc, qñ ſcia de re, prouenit vtiq; ad perfectionẽ, quãdmodum in hoc poſt ſcięntiam dubiorũ inueſtigatorum de ipſa ap propriatorum & proportionatorũ.

Com.8. A

B

C

D Disceptatio, quòd demonstratio, & definitio non sint eiusdem. Cap. 2.

PRincipium vero sit futurorum, quod est conuenientissimum habitis sermonibus. Dubitare enim quispiam posset, anne est idem & secundum idem definitione scire & demonstratione? An impossibile: definitio nanq; ipsius quid est esse videtur, quid est autem omne, vniuersale & predicatiuum: syllogismi vero sunt, bi quidem priuatiui, illi autem non vniuersales: veluti qui quidem in secunda figura, prima timi omnes, qui vero in tertia, non vniuersales.

ABRAM

Tex.c.9. Et sit initium dictorum conducentium rem, quæ sit dictorũ
E connexorum, ꝙ iam quis dubitaret, & diceret: vides ne? quòd vna res vno modo sciatur definitione: & demonstratione, aut sit impossibile: putatur enim ꝙ definitio sit cur res sit, & quid res sit secundum totã eius summã vniuersalis & affirmatiua. Syllogismorum autem quidam sunt negatiui, & quidã non sunt vtles. exempli gratia, syllogismi qui sunt secũdꝫ figurꝫ, sunt vtles negatiui, & qui fiunt in tertia fi
F gura non sunt vniuersales.

Com.9. Intẽdit ꝑ dicta cõducentia illa, q̃ intẽdunt vltimũ & finẽ huius scrutinij, & sunt illa quæsita, q̃ narrauerat, & illa sunt quæ intendit qñ dicit: Dictorũ connexorũ, illa enim cõnectunt̃ perscrutationi eorũ, quæ illis ꝓcedunt: fines n. connectunt̃ subiectionib⁹. Et dicit, ꝙ ipse intẽdit ponere pscrutationis initiũ ex rebus, q̃ ordinẽ huius pscrutationis institutũ, & illa sunt cõsequẽtia illa, & sũt illa, de q̃b⁹ est primo intẽtio ei⁹ hic, ex rebus, q̃ magis sunt illis cõnexæ, hoc est, ꝙ ponet initium perscrutationis

BVRANA

Dixit Arist. Sit aũt principiũ Tex.c.9.
sermonũ attingẽdorũ, quod sit dispõ sermonum cõsequentiũ: dubitaret enim vtiq; aliqs, an sciat aliquid vnum per modum vnũ per definitionẽ & demõnem: aut hoc sit impossẽ: & hoc, qm̃ existimat de definitione, ꝙ sit de quid est res: & quid est in summa est vlẽ & affirmatiuum: ex syllogismis vero aliqui sunt vtles, & aliqui sunt non vtles: vt in exemplo: syllogismi, qui sunt in secunda figura, sunt vniuersales negatiui: qui vero sunt in tertia non vniuersales.

Intelligit ꝑ sermones attingẽdos, Com.9.
qui intẽdunt̃ postremo & ad finem illius inuestigationis: & sunt q̃ sita illa, de quib⁹ mentionẽ fecit, & quę voluit: sermones vero cõsequentes sunt: q̃ cõsequunt̃ ꝓcedentes in inuestigatione, qm̃ ipsi sunt finales cõsequẽtes dubitata & ipse dixit, ꝙ vult ponere principiũ inuestigatiõis de ijs, q̃ ordinant̃ in hac inuestigatione q̃ sunt cõsequentia: & ea sunt, de q̃b⁹ intẽdit inuestigare hic pcõsmonib⁹, q̃ sũt magis cõsequentes ipsa, hoc ẽ, vt ponat principiũ ingressionis:

cùm

ABRAM

tionis ex illis, quasen⁹ narret hic dubia, quæ propriora & vehementiora sunt de illis reb⁹, quæ perscrutari intendit. Deinde incœpit meminisse de dubijs, q̄ accidunt primo quæsito. Et potest esse q̄ per consequentia, intẽdat dicta dubia. nam s̄m rei veritatem, consequuntur ea, quæ scire intendit, & est ac si dixisset, & ponemus perscrutationis initium de rebus intentis ab illo, quod est vehementioris cõuenientiæ inter res dubias, differentiæ enim dubiorũ quædam sunt proportionata, & quædã non proportionata, & hoc modo interpretatus est hunc locum Mathius. & nulli dubiũ est, quòd illud traduxerit ab expositoribus, & fortasse etiam ipse explicuit. Dum autem dixit: Vides ne quòd vna res vno modo sciatur definitione & demonstratione, aut sit impossibile, idest quòd dubia, quæ conueniunt perscrutationi ex processu quo educatur quid res sit, & quòd dubitetur & dicatur, o vtiam scirem an possibile sit educere vnum idem quærirum demonstratione & definitione simul, aut impossibile sit. Dixit autem vno modo, nam aliquando contingit quòd vna res commonstretur definitione & demõstratione, sed duobus modis, amborum enim modorum compositio est de specie compositionis demonstrationis, & ideo dicitur de quibusdam definitionum speciebus, quòd sint demonstrationes differentes positione. Themistius autem dicit, quòd dixerit hoc, quoniam res secundum eius substantiam explicat definitione, & aliquod suorum accidentium explicat demonstratione, prout

AVERROIS

cùm cõmemorauerit hic de dubijs, quod est magis appropriatũ & valdioris proportionis in ijs, quæ intẽdit inuestigare. Deinde cœpit mentionẽ facere de dubijs: quæ accidũt in primo quæsito, & innuit, vt velit per consequentes sermones dubitationes: q̄m ea in veritate consequuntur id, quod intendimus scire, ac si dixisset: & ponemus principiũ inuestigationis de rebus intẽtis, & hoc est maioris cõuenientiæ, q̄ ea, q̄ dubitant: & hoc q̄m dubitant de re: aliqua sũt proportionata, & aliqua nõ proportionata: & s̄m hanc intentionẽ exposuit aliq̄s hunc locum Mathius, & nõ est dubiũ, q̄ ipsum transtulerit ab expositoribus: & fortasse ipse declarauit & dixit: an ne sciatur aliq̄d vnum s̄m modũ vnum p definitionem & demonem: aut hoc est impossẽ: sensus est: q̄ dubia cõuenientia inquisitioni, p quã venamur, q̄d est aliquid, ea sunt, vt dubitet & dicat, quis tradet mensuram, qua fieri possit, vt extrahat vnũ & idem p definitionem & demonem simul, aut hoc est impossẽ, ac si diceres, quęsitũ quid est: sensus est, & ante hoc, ops, vt quęramus, si fieri põt, vt oẽ, quod inueniat per demonem extrahatur p definitionem, aut est impossibile: dixit autẽ per modũ vnum: q̄m accidet vtiq; vt monstret aliquid vnũ p definitionem & demonẽ, sed per duos modos: q̄m cõpositio duarum rerũ fuit de spẽ vna cõpõnis demonis: & p̄pea dixit: de aliquib⁹ spẽbus definitionũ: q̄ sunt demones varię tę põne. Themistius vero dixit: q̄ dixit vtiq; hoc, q̄m iã monstrat aliq̄d idem p definitionẽ, & o!tẽ dit a iq̄d accidentiũ suorum p demonem:

ABRAM

D proor ostendimus quid sit trigonus definitione, & æqualitatẽ duorum angulorum duobus rectis ostendimus demfone, hoc autem non est scire vnã rem ex duabus partibus, sed est duas res de vna re scire, aut vnam rem fm duas res scire. Ex quo aũt res ita est q̃ si vna res sciatur de finitione & demonstratione simul vno modo, oportet quicquid sciẽ demonstratione, sciatur definitione, cœpit notificare rem nõ ita esse, Et dixit: Putatur enim q̃ definitio

E eius summam vniuersalis affirmatiua: syllogismorũ aũt quidã sunt negatiui, & quidam non sunt vltes, ideſt videtur q̃ nihil quod eueniat demonstratione educatur definitione, quia quod definitione educitur, est affirmatiuum, definitione enim educitur rei quidditas, demonstrationibus autẽ, quatenus sunt syllogismi, educuntur affirmatiuum & negatiuum, & vlte & particulare. qd autem res sit, quod definitione educitur, est vlte, ergo nõ quicquid educitur demonstratione educitur defi

F nitione: qñ autem non quicquid edũcitur demonstratione educitur definitione, ergo non est aditus ad sciendũ rem eẽ illiusq; causam, quę demonstratio positione differẽs vocatur, nisi ambo aditus essent partiales vnius quæsiti secundum se.

BVRANA

quẽadmodum ostenditur, quid est triangulus p definitionẽ, & ostẽdimus æqualitatẽ angulorũ duob⁹ rectis p demfonẽ: sed hoc non est scia de re vna p duos modos, sed est scia duarum dispõnum de aliquo vno: aut scia alcuius vnius p duas dispositiones: & postea q̃ fuit hoc. i. si sciatur aliquid vnum p definitionẽ & demfonẽ simul p modũ vnum, sequit ex ipso, vt omne, quod scit per demfonẽ, sciat per definitionẽ: cœpit docere, q̃ res nõ est ita: & dixit: & hoc, qñ existimat de definitiõe, quę est pp quid, & quid, q̃ sit in summa vltes & affirmatiua: sed ex syllis aliqui sunt vltes, & aliqui non vltes: sensus est: & apparet, q̃ oẽ id, quod progredit per demfonẽ non ꝓdeat p definitionẽ: qñ quod progredit p definitionẽ est affirmatiuum: qñ definitio vtiq; extrahit essentiã rei: & demfones ex parte: qua sunt syllſi, extrahũt affirmatiuum, & vlte, & negatiuum & particulare, quid est aũt res inuentum per definitionem, est vlte: ergo nõ omne illud, quod progreditur per definitionem, prodit p demonstrationem: igitur via, qua scim⁹ essentiam rei, & est definitio, non est eadem cum via, qua scimus existentiam rei, & causę ipsius, & est ea, quæ vocatur demonstratio: neq; si fuerint duæ viæ particulares de quęsito vno & eodem.

T.2.par *Posteaneg, prædicatiuorum omnium, qui sunt in prima figura, est definitio, vt quod omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio, quoniam scire, est demonstratiue demonstrationẽ habere: quare, si in talibus est demonstratio, planum quod non esset vtiq; ipsorũ & definitio: scire enim posset aliquis & secundum definitionẽ non habens demonstrationem, nihil enim prohibet non simul habere.*

Vlterius Dixit

ABRAM

T.c 10. Vlterius non oĩum affirmatiuorũ, q̃ sunt primę figurę, ẽ definitio. Nã qđ est, oẽm trigonũ habere tres angulos duobus rectis equales, gratia exempli, de eo est demõ, & nõ est de illo de finitio. scĩa. n. demonstratiua, sl demõne acquiritur. talium ergo, de quibus est demõ manifestum est ꝙ non sit definitio: sin autem, hominis esset illas definitione scire, præter ꝙ habeat de illis demonstrationem, & nihil impediret quin huius non sit acquisitio aliqua.

Cõ. 10. Postq̃ notificauit, ꝙ definitio & demõ non sint vnius modi, nec ẽt sunt duo modi, quorum vno educatur qđ p alterũ educĩ. Intendit notificare ꝙ impossĩle sit, vnã eãdẽ rem cõmonstrari simul demõne & definitione. Et dũ dixit. Vlterius non oĩum affirmatiuorũ, quę sunt primæ figurę, est definitio, i. vltra id, qđ commonstratum est, ꝙ non oẽ quæsitum, qđ demõne commonstrat, definitione cõmonstret, & ꝙ definitio sit affirmatiui, demõ aũt aliq̃n sit negatiui. Sicq; cõmõstrat, ꝙ impossĩbile sit definitione ostẽdi oẽ affirmatiuũ, qđ demõne commonstrat, prout aliquis posset dicere, ꝙ hoc sit possĩbile ĩ affirmatiuis, quæ sunt primæ figurę, quia sunt vĩes: & affirmatiuę, & definitio est vĩs & affirmatiui. Dicit illi, ꝙ conclusio affirmatiua non cõmonstret definitione: ostendit. n. ꝙ definitio sit alia à demõne, & nõ est modus illius, cuius conditionis sit commõstrari demõne, ꝙ ostendatur sine demõne. v. g. qa nostra scĩa ꝙ trigoni

BVRANA

Dixit Arist. Postea neq; oĩum affirmatiuorũ quę sunt ĩ prima figura est definitio: vt in exemplo, ꝙ omnis triangulus hẽt angulos equales duobus rectis: de hoc est demõ & non definitio: qm̃ scĩa fm viam demõnis, est possĩdere demõnẽ: ergo si de talibus ẽ demõ, manifestũ vtiq;, ꝙ nõ erit de ipsis definitio: amplius si nõ põt aliquis scire ipsa p definitionem consist ẽt absq; eo, ꝙ habeat demõstrationem: & hoc, quoniã nihil prohibet, ꝙ non sit ipsi possessio. A T. c. 10. B

Posteaq̃ docuit, ꝙ definitio & demõ non sunt p viã vnã: & nõ sunt duæ viæ, per quarũ vnã prodeat illud, qđ progredĩ per alterã: vult, ꝙ nõ est posse, vt ostendat vnã & idẽ per definitionẽ & demõnẽ simul: & dixit: Postea neq; oĩum affirmatiuorũ, quę sunt in prima figura est definitio: sensus est: & post id, qđ diximus, ꝙ non oẽ q̃ntũ, qđ ondĩt per demõnẽ: ostẽdit per definitionẽ: & definitio ẽ affirmatiua, & demõ vtiq; erit de negatiuo: oĩum est vtiq; ĩ, fieri nõ posse, vt monstretur per definitionẽ oẽ affirmatiuũ: qđ ostẽdit per demõnẽ: quẽadmodũ si aliquis diceret, ꝙ hoc est possĩbile in affirmatiuis, quæ sunt in prima figura: qm̃ ipsa sunt vĩa & affirmatiua: & definitio est vĩs & affirmatiua: & dixit. Quod cõcĩo affirmatiua nõ monstrat p definitionẽ: qm̃ iã monstratũ fuit, ꝙ definitio est aliud à demõne: & non est via, qua sciamus illud, cuius via est, vt sciat p demõnẽ, absq; demõne: vt in exẽplo, scĩa, ꝙ anguli trianguli Cõ. 10. C

ABRAM

D goni anguli sint duobus rectis æquales, aduenit nobis demonstratione, & si nobis adueniret sine demõstratione, id quod aduenit nobis demonstratione, aduenire nobis sine demonstratione. Dum autem dixit: De eo est demonstratio, & non est de illo definitio idest, quòd scientia ꝙ trigoni anguli sint duobus rectis æquales, proueniat nobis demonstratione, & quòd non proueniat nobis definitione. Dum autem dixit: Scientia enim si demon-
E stratione acquiritur idest hoc est: quia nostra demõstratiua scientia ꝓuenit nobis ob nos acquirere demonstrationem. i. quia nos acquirimus demõstrationem agentẽ scientiam demonstratiuam, non ob aliã rem omnino. Et dum dixit: Talium ergo, de quibus est demonstratio ꝙ est manifestum nõ sit definitio idest, quando res taliũ quæsitorum ignotorum ita est, ꝙ nobis eueniat de illis scientia ob nos inuenisse de illis solum demonstrationem, notum est quòd de illis non
F proueniat nobis scientia ob definitionem: sinautem, possibile esset tales res ignotas sciri definitionibus præter quòd sciantur demonstratione, & demonstrationes essent superfluæ. Et illud intendebat dum dixit: Et nihil impediret quin huius non sit acquisitio aliqua, nam secundum hanc subiectionem possibile nobis esset omnes res scire præter quòd scientiam demonstratione acquiramus.

BVRANA

li sunt æquales duobus rectis, prouenit nobis per demfationem, & non prouenit nobis per definitionem: si scientia, quæ prouenit nobis per demonstrationem, non prouenit nobis per aliud à demonstratione, possibile est, ꝙ proueniat nobis per aliud à demonstratione: cùm vero dixit: Et de hoc est demõ non definitio: sensus est: ꝙ scia, ꝙ triangulus hẽt tres angulos æquales duobus rectis prouenit nobis p demõnem, & nõ prouenit nobis propter definitionem: cùm vero dixit: qñ scientia fm viam demonstrationis est possidere demõnẽ: sensus est: quoniam scia demonstratiua prouenit nobis eo, ꝙ possidemus demonstrationem faciẽtem ad scientiam demonstratiuam, nõ propter aliquid aliud omnino: cùm vero dixit. Si igitur in talibus inuenitur demonstratio, manifestum vtique, ꝙ non est in ipsis definitio: sensus est: cumq; res in huiusce modi quæsitis ignotis ita fuerit: ꝙ prouenit nobis ipsorum scientia eo, ꝙ inuenimus demonstrationem super ipsis tantum. Planum vtique, quòd non proueniet nobis scientia ipsorum propter definitionem: quòd si non fieri vtiq; poterit in huiusce modi rebus ignotis, vt sciantur per definitiones absque eo, quòd sciantur per demonstrationem amplius: & hoc est, quod voluit, cùm dixit: & hoc, quoniam nihil prohibet, ꝙ non sit ipsius possessio: & hoc, quoniam secundum hanc positionem fieri poterit, vt sciamus omnia absque eo, quòd possideamus scientiam per demonstrationem.

Sufficiens

part. 2. *Sufficiens autem est fides & ex inductione, nihil.n. nequam desinientes nouimus, neq; eorum, quæ per se insunt, neq; accidentium.* A

ABRAM

T.c. 11. Iterum persuasiua assertio huius scrutiñ est, quia nullam rẽ, quam definiuimus, demonstratione scimus: neque de rebus, quæ per se existunt, neque de rebus, quæ per modum accidentis sunt.

Cõ. 11. Dicit persuasiua perscrutatio est quòd res, quæ definitionibus sciuntur, non sint res, quæ sciantur demonstrationibus, neque quę sciuntur demonstrationibus sint q̃ sciuntur definitiõibus, hoc asit est, ga qñ inquirimus res, quarũ moris & consuetudinis est, quòd eas definitione sciamus, nullam illarum comperimus sciri demonstratione, neq; de rebus p̃ se existentibus, ideſt de substantijs, neque de rebus quę alijs insunt, ideſt de accidentibus, quando autem hæc inquisitio comprobata fuerit, comprobatum est vnã rem non sciri vtrisque illis insimul: hoc autem est topicum.

SVRANA

Dixit Arist. Et fides sufficiens in hoc ex inquisitiõe consilr ẽt: & hoc, qm̃ nõ est aliqd, qđ desinientes sciamus per demſonẽ, neq; ex ħs, quę insunt per se, neque ex ħs, quę insunt per viam accidentis. T.c. 11.

Dixit: Et inquisitio sufficiens est: qm̃ ea, quę sciantur per definitiões non sunt ea, q̃ sciantur per demſones, neq; qaę sciũtur per demſationes sunt ea, quæ sciuntur per definitiones: & hoc, qm̃ cum inquisierimus illa, quorum via & consuetudo est, vt sciãtur per definitionem, non inuenietur vnum ipſorum, qđ sciatur per demonstrationem, neque ex ijs, quę insunt per se, hoc est substantijs, neq; ex ijs, quæ insunt per aliud, hoc est accidentibus: eũque verificauerimus hanc inquisitionem, verificauerimus quòd non scit aliquid per ambo simul, & hoc est dialecticum. Cõ. 11 B

part. 2. *Amplius si definitio, substantiæ quædam cognitio est, talia manifestum quòd non sunt substantia.* C

T.c. 12. Rursus quia definitio explicat et notificat rei substantiam: manifestum autem euidens est, ꝙ talia non sint substantialia.

Dixit Arist. Amplius qm̃ definitio declarat & docet de substantia aliquid, & plane manifestũ, ꝙ talia non sunt substãtię. T.c. 12

Cõ. 12. Hæc est alia argumentatio, ꝙ id rei, qđ scitur demſatione, sit aliud ab eo, quod scitur definitione, & ꝙ id, quod demonstratione scitur sit vniuersalius eo, quod scitur definitione. & hęc quidem est argumentatio constans duabus præmiſſis:

Hæc est probatio alia, ꝙ illud, qđ facit sciri aliquid per demſonẽ est aliud ab eo: qđ facit sciri per definitionem, ꝙq; illud, qđ facit sciri per demſonẽ est vñus, q̃ illud, qđ facit sciri per definitionem: & hæc probatio cõstruit̃ sup duab' ꝓpõnib': Cõ. 12

quarum quarum

ABRAM

D quarum vna est, ꝙ definitio notificet rerũ substantias, i. quidditates, demfones aũt notificant rerum accidentia: simpliciter.n. demfones, quæ cũm & esse largiuntur, pro maiori parte, & semper fiunt de accidẽtibus. Hęc autẽ est alta nimis inquisitio: putatur.n. ꝙ aliqñ contingãt de alijs q̃ de accidentibus, ſ. per causas remotas. Verumtñ qñ inquirimus tales demfationes, cernimus, ꝙ nõ sint demfones simpliciter veræ, & ꝙ secum immiſceatur illisid, qđ
E est per accidens. Et dum dixit: Manifestum aũt euidẽs est, ꝙ talia nõ sint substantialia. Intendit accidentia, de quibus exemplificauit prius, quando dixit, quòd sint illa, de quibus præcedit demonſtratio, prout est angulorum ęqualitas duobus rectis, & cætera accidentia.

BVRANA

quarũ vna est: ꝙ definitio facit scire substantiã rerum, hoc est essentiam ipſarũ, demfones vero faciunt scire accidentia rerũ: & hoc, qm̃ demfones simplices, ꝙ exhibent cũm & existentiã, sunt vt plurimũ & frequenter p accidentia, & hæc inquisitio est mutila: & hoc, qm̃ existimat vtiq;, ꝙ accidũt vtiq; in alijs ab accidẽtibus: & hoc in causis lõgingis: sed cũ inuestigat de demfonibus, ꝙ sunt in talibus, apparet, ꝙ non sunt demfones simplices veræ, ꝙq; quid est, qđ est in accidentibus, miſceatur cũ ipſis: cũ vero dixit. Plane autem manifestũ, ꝙ talia non sunt substantię: intelligit accidentia, de q̃bus posuit exemplũ antea, vſq; quo dixit: ꝙ illa sunt, de q̃bus pręmiſit demõſtrationẽ, quemadmodũ ęqualitas angulorum duobus rectis de triangulo, & reliqua ex inquiſitione.

pars 2. *Quòd igitur non est definitio omnis, cuius & demonſtratio, planum. Quid autem, cuius est definitio, an ne omnis est demonſtratio, aut non? Vna quidem ratio, & de hoc eadem: vnius enim inquantum vnum, vna est ſcientia, quare ſiquidem ſcire demonſtratiuum*
F *est demonſtrationem habere, continget aliquid impoſsibile, definitionem nanque habens ſine demonſtratione ſciet.*

T.cõ.13 Commonſtratũ itaq; est, ꝙ nõ de omni de quo est demonſtratio, sit definitio. Quid autẽ dicatur an cuiuſque est definitio sit demonſtratio, nec ne, de his quidem est vna oratio, quæ eadem est. ſciẽtia enim vnius rei, prout vna est, est vna ſcientia. ſi autem ſignificatum dicendi, ꝙ demonſtrator ſciat aliquid ſic, quòd demonſtrationem de illo

Dixit Arist. Fortaſſe, ꝙ nõ de T.cõ.13
oĩ illo, cuius est demõſtratio, inuenitur definitio, ẽ vtiq; manifeſtũ: et quid hoc, dẽ de eo, an ne de oĩ illo cuius est definitio, sit demõſtratio an nõ est: vtiq; quaſi ſermo vnus & idẽ: & hoc, quoniã ſcĩa de aliquo vno in eo, qđ est quid vnũ, est vna: & ſi diſpoſitio, qua ſcit artifex demõnis, est vt poſsideat de ipſo demonſtra-

ABRAM

illo acquirat: seqūetur itaque quędam res impossibilis, quòd qui apud eū sit illius definitio, cognoscet illud per sciam, p̄ter q̄ de illo fiat demonstratio.

Có. 13. Dixit: Commonstratū itaq; est ex his, quæ diximus, q̄ non quicq̄d scitur demfone sciatur definitiōe: scrutandū vero est, an quicquid scitur definitione, sciatur demfone? & dicamus, videsne q̄ quicquid scitur definitione, sciatur demfone. Et diceretur ad hujus rēsponsum, q̄ oratio, qua prius commonstratum est, q̄ vna eadem res non commōstretur definitione & demonstratione insimul, est oratio, qua ibi cōmonstratur q̄ id, quod commonstratur demfone, non commonstretur definitione, & est oratio qua cō monstratur, q̄ id q̄d cōmonstratur definitione non commonstret̄ demfone: & est orationis conuersio, & est id quod dixit, vnū & idē, ſq̄d commonstrauit q̄ non cōmonstretur res vna definitione & demonstratione ex vna parte. Et ideo tulit hanc eandē præcedentem argumētationem de hac re, quę. ſ. asserit, q̄ vna res non cōmonstret definitione & demfone simul ex vna parte. Et dixit: Scia. n. vnius rei, prout est vna, est vna scia. ſ. demfone & definitione simul: scia. n. vnius, inquātum vnius est, vno modo prouenit nobis: definitio aūt & demonstratio sunt duo modi differētes, & q̄n non scitur vna res de vtrisq; simul ex vna parte, notum est, quod non quicquid scitur definitione sciatur demonstratione neque econtra.

Dum

BVRANA

strationē, sequit vtiq; aliq̄d impossibile: & hoc, q̄n qui habet definitionem ipsius iam scit ipsum scientia, absq; eo, q̄ habeat de ipso demonstrationem. A

Iam docet de eo, q̄d diximꝰ, q̄ nō oē illud, q̄d scitur per demfonē scit per definitionem: fortasse. n. si oē illud, q̄d scitur p definitionē, sciretur p demfonē: iam vtiq; opꝰ, vting ramꝰ de ipso, & dicamus: an ne omne illud, q̄d scitur per definitionē sciatur per demfonē: & ipse dixit, in rñsione huius: q̄ sermo per quē mōstratū fuit antea, q̄ nō oīditur aliquid vnū & idem per definitionē & demfonē, est idē sermo illi, per quē ostendit, q̄ id, q̄d ostendi tur per demfonem, nō ostenditur per definitionē: & hoc est, q̄d significauit, cū dixit, est vtiq; in hoc sermo vnus & idem: hoc est, q̄ sermo per quē monstratur, q̄ oē illud q̄d ostenditur per definitionē, neq; mōstratur per demfonē, q̄d est cōuersum sermonis: & hoc est, q̄d dixit: vnū & idē, q̄d est, q̄ non monstratur aliquid vnū per definitionē & demfonē simul ex parte vna: & dixit: & hoc, q̄n scia, quę est de aliquo vno in eo, q̄ est vnū, est scia vna: scia est: atqui sequitur, q̄ nō sciat aliq̄d vnū in eo, q̄ est vnū per demfonē & definitionem simul: q̄n scia de aliquo vno in eo, q̄ est vnū proueniet vtiq; per viam vnī: sed definitio & demfo sunt duæ vīæ diuersę: cūq; non sciatur aliquid vnum per vtraſq; simul ex parte vna. Planū, q̄ non omne illud, q̄d scitur p definitionem, scitur per demfonē, neq; econuerso: Có. 13. B C

ABRAM

D Dum autem dixit: Si autem significatum dicendi quod demonstrator sciat aliquid, sit quòd demõstrationem de illo acquirat, quando poneremus scientiam huius rei fieri definitionem, sequeretur hinc res impossibilis. Et narrauit mendacium, quod sequitur, et dixit: Qui apud eum fit illius definitio, cognoscet illud per scientiam, præter qđ de illo fiat demonstratio ideſt, mendacium autem quod sequitur est: quia id, cuius conditionis esset sciri per demonstrationem, sciretur
E sine demonstratione.

IVRANA

econuerso: est vero dixit: & si est dispõ, qua scit artifex demfonis, vt possideat demfonem de eo cùm po fuerimus vtiq; ꝙ scientia istius rei fit per definitionem, iam vtiq; sequetur hoc impossibile: sensus est: & si fuerit dispositio, qua scit artifex demfonis rem, cùm possidet demonstrationem de ipsa: cùm vtiq; posuerimus, ꝙ scientia istius rei fit per definitionem: iam vtiq; sequetur aliquid impossibile: deinde cõmemorauit impossibile, quod sequitur: & dixit: & hoc, qm̃ qui habet definitionem ipsius, iam vtiq; sciet ipsum absq; hoc, ꝙ de ipso fit demfo: sensus est: & falsum, quod sequitur ex ipso est: ꝙ illud, cuius via est, vt sciatur per demfonem, sciatur absque demonstratione.

parr. 2. *Amplius principia demonstrationum sunt definitiones, quorum non esse demonstrationes monstratum est prius, aut erunt principia demonstrabilia, & principiorum principia, & hoc in infinitum prodibit, aut prima definitiones erunt indemonstrabiles.*

T.c. 14. Amplius demõstrationis prin
F cipia sunt definitiones: et de his iam cõmonstratũ est in præhabitis, ꝙ non fit modus, quo de ipsis fit demõ: nisi essent principia demõstrabilia, & vlterius principiorum essent principia, & hoc in infinitum procederet, aut prꝛa sunt indemõstrabilia.

Dixit Arist. Amplius principium demõnis sunt definitiones: de his vero monstratum est antea; ꝙ non est via, qua fit demõstratio: nisi principia sint demonstrabilia, & adhuc principiorum principia: & procederet res in infinitum, aut erunt principia non demonstrabilia. T. c. 14.

Cõ. 14. Hæc est distincta argumentatio, qua commonstrat qđ non cuiusq; est definitio sit demonstratio, & est opposita argumentationi, qua commonstratur, ꝙ nullius, cuius est demfo sit definitio: & essent hęc tres argumentationes. Argumentatio, qua

Hęc probatio est separata opposita probationi: qua monstrat, ꝙ nõ omne illud, cuius ℰ definitio, habet demfonẽ: & hæc erat oppositæ probationi, qua mõstrabat, ꝙ oẽ illud, cuius est demfo, nõ habet definitionem: & sunt hic tres probationes: Cõ. 14.

qua

ABRAM

qua commonstrat, ꝙ nō cuiusque est demo ei⁹ est definitio, q̄ fuerat prima. Et argumentatio qua commonstratur huius cōuersum, q̄ est hæc argumentatio cōis ad commō strandum rem, & eius conuersam, qua commonstrat ꝙ vnius rei nō sit vna scīa ex vna parte demfatiōe & definitione simul, ex hac.n. videtur ille duæ res. Præterea. quia quādo nō connectit̄ vni rei ex vna parte scīa definitiōe & demfone simul, cōmōstratū est, ꝙ rei, de qua sit scīa ambabus simul, cōnectunt̄ illi duo modi per accidens, qñ aūt connexa fuerit ex duobꝰ modis, manifestum est, ꝙ impossibile sit ꝙ cuiusq; sit definitio eius sit demfo: nec ꝙ cuiusq; est demfo eius sit definitio, sin autem, scīa esset vnius rei definitione & demfone simul ex vna parte, totū aūt hoc iam est declaratū, hæc vero argumentatio est, quia ꝑmissarum sunt definitiones, & nō sunt demfones. de hac aūt re completo elocutū est in principio primi libri huius libri, quia illarū aut non sunt præmissæ, quibus commonstrent, aut indigent præmissis, & ille ꝑmisse aliquibus præmissis, et procedet res in infinitum: hęc autem pars est falsa, & prima est necessaria, & hoc significauit qñ dixit. Nisi essent principia demōstrabilia: & vlterius principiorum essent principia: & hoc in infinitum procederet. i. oportet.n. ꝙ si demfonum præmissæ sint demonstratione commonstratę per aliquas præmissas, & illę præmissæ iterum demfone per præmissas cōmonstratæ, & res procedat in infinitum, aut essent primæ præmissę nō commonstrabiles demonstratione.

EVRANA

qua monstrat, ꝙ nō ois illius, cuius est demfo, est definitio: & hæc ē prima: & ꝓbatio, qua mōstrat cōuersum huius: & hęc ꝓbatio, q̄ cōis ad mōstrādā rē & cōuersum ipsi⁹: & ē ea, qua mōstrat, ꝙ nō inest alicui vni scīa vna ex ꝑte vna p demfonē & definitionē simul: & hoc, qm̄ ex ea apparēt duo simul: & ampli⁹, cū nō cōplicat alicui vni ex ꝑte vna scīa p definitionē & dmfonē simul: mōstratū est, ꝙ in re, q̄ hēt scīam p vtraq; simul: cōponunt̄ duo modi simul p accīs, cū q; cōponunt̄ ipsa duo modi. Planū ꝙ fieri nō pōt, vt oē illud: qđ hēt definitionē, habeat demfonē, neq; oē illud, qđ hēt demfonē, hēt definitionē: ꝙ si nō inerit vni & eidē scīa p definitionē & demfonē simul ex ꝑte vna: & hoc totū manifestū. Hæc aūt ꝓbatio ē, ꝙ propōnibus sunt definitiones, & hę sunt primę, & nō sunt ipsarū demfones: & de hoc iā plecit sermonē in principio tractatus primi isti⁹ libri: & hoc, qm̄ aut nō sunt ipsis ꝓpōnes, p quas mostrant, aut indigēt propōnibus, & ille ꝓpōnes propōnibus, & procedet res in infinitum: & hæc diuisio est falsa, & prima cōsequēs: & hoc est, qđ significauit, cū dixit: ꝓterea ꝙ si erunt principia demōstrabilia, & adhuc principiorū principia, & procedet res in infinitum, aut erunt prima indemōstrabilia: sensus est: & hoc, qm̄ sequitur, ꝙ sint propositiones in demonstrationibus mōstratę in demfone per propōnes, & illę propositiones monstrate in demfone cōsimiliter ēt per propōnes, & ꝓcedet res in infinitum, aut erunt propōnes primę non monstratę per demfationem.

Sed

pars. 2. D *Sed an ne non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem est definitio & demonstratio, an impossibile sit? non enim est demonstratio cuius definitio, definitio nanque ipsius quid est & substantiæ, definitiones vero apparent omnes supponentes & accipientes ipsum quid est, vt Mathematica, quid vnitas & impar, & alia consimiliter.*

ABRAM

T.cō.15 Sed ille diceret, cernis ne ꝙ nō sit cuiusꝙ & ea ipsa eadē, aut aliqñ sit vnius eiusdē rei definitio & demōstratio. Sed hoc est impossibile: non.n.est demōstratio illius, cuius est definitio: definitio.n.est de eo, qđ quid est & substantię, demōnes vero vēre de re ostum ipsarum ꝙ vtantur eo qđ quid est subiectione, & ipsum enuntient decisiuæ. v.g. quia Scientiæ Mathematicæ definiunt qđ est vnum, & quid est numerus, & similiter aliæ.

E

Cō. 15. Postq̄ cōmonstrauit, ꝙ nō cuiusq; est definitio eius est demōstratio, neq; cuius est demōstratio eius est definitio, repetit & ad modum certioratiōis & finis quæstionis iterum, vtrū poſſe sit ꝙ vni eidem rei contingat, qđ demōstratione & definitiōe sciatur insimul ex vna parte, & iam primo, ingressus ſue orationis fuit de hac qōne, deinde destruxit illā, quatenus non cuiusq; est definitio eius ē demōstratio. deinde destruxit illam in ſe absq; destructione huius rei. ſ. asserentis qđ cuiusq; est definitio eius sit demōstratio. Deinde destruxit conuersām huius enuntiatiōis. ſ. an cuiusq; est demōstratio eius sit definitio, & commōstrauit illam per rem illi propriam. D. dixit, ꝙ impossibile sit, quod res sciatur definitione & demōstratione simul,

F

BVRANA

Dixit Arist. Preterēa ꝙ diceret aliquis, ſi non est omnis eiusdē: aut erit vtiq; alicuius eiusdē definitio & demōstratio, ſed hoc est impossibile: & hoc, qm̄ ſi eſſet demōstratio de eo, cuius ē definitio: qm̄ definitio est de eo, quod est qđ & ſubſtātia, ex demōnum vero diſpōnibus apparet in ſumma, ꝙ pertractant de re poſitione, & enuntiant enūtiationem: vt in exēplo, qm̄ ſcię mathematicæ definiunt, quid est vnū, & quid est numerus, & cōſimiliter alię. T.cō.15

fuerit existentia nota per accidens: cùm vero fuerit essentia, aut pars essentiæ tm, non tradet essentiã, nisi per accidens: & ita oportet, vt sciat, ꝙ demfo, quæ tradit propter quid est res, aut si est, aut pp quid, & si est res simul p se & primo: ipsa vtique est, in qua termin⁹ medius est extra essentiã rei: & si non fuerit demfo pp quid est per accidens: qm terminus medius non erit causa termino maiori substantiæ ipsius & existentię ipsius in minori: quẽadmodum prædictum fuit: & manifestũ ex ser C
mone nostro per opinionẽ Aristo. de demonstrationibus absolutis. Secundum vero opinionẽ Abunazaris, qui distinxit, siue fuerint causæ, quæ accipiũtur termini medij pars essentiæ, aut extra, aut essentia: sequitur vtiq;, ꝙ sint demfones causarum: sm ter monẽ ipsius diuidunt duas in partes: qm quod ex ipsis fuerit terminus medius extra essentiã tradit definitionem, & pp quid est: quod autem positum fuerit in quid est res, non tradet. Sed Abunazar non animaduertit in hac diuisione,

ABRAM

D etiam quod opinatur, q demõstrationes, quarum medij termini sunt causę, quibus res cõstant, sint demõstrationes, non est quid verum. Veruntamen Auubechar benalzayg, id est Auempace, putat q animaduerterit hanc. dixit enim ipse in quibusdam suis expositionibus sup Librum Aristo. q Arist. apponat conditiones demonstrationibus, quas nõ apponit Alpharabius. qa Arist. cõsiderat demonstrationes inquantum sunt definitiones, dico definitiones in potentia, & Alpharabius E considerat demonstrationes simpliciter, sed opinatus est de illo, quòd demonstrationes, quæ non sunt definitiones, sint orationes Logicę nõ demonstrationes essentiales. Tibi autem expedit scire, quòd intentio scientiæ de demonstratione est scientia definitionis, & quòd id, quod hic commonstratur, quòd demonstrationes sint definitiones in potentia, est huius libri: quicquid autem est in primo libro est propter id, quod in hoc libro commonstratum est. Auicen. vero opinio est contra hãc F opinionem, videtur enim ei quòd definitio non commonstretur. penitus per demonstrationem: & q hæc species demõstrationis, de qua Aristo. hic dixit, quòd ipsa cõmonstrent demonstratione ipsam definitionem, non est vt manifeste eius verba sonant, sed q sit proxima harum specierũ vt demfone cõmonstret definitionẽ: hoc est, q ipsa largiatur definitionem magis q̃ alia: hoc est, q sit ꝓxima ad largiendũ, nõ q ipsam largiat in effectu. Et est ac si ipse putet, q non sit vis alicuius specierum præmissarum & syllogorũ,

AVERROIS

neq; illud quod opinatus fuit consimiliter etiam: qm̃ demfones, in quibus termini medij sunt causæ, ita se habent: q per ipsas constituunt res, quæ sunt demonstrationes substantiales: ipsum ẽ res vera: Abubacher vero Zaigi existimauit, q ipse animaduerterit hoc: & hoc, quoniam ipse dixit in parte expositionis nostræ super Libro Aristo. q ipse posuerit conditionem illud, quod non posuit Abunazar: quoniam Arist. considerat vtiq; de demonstrationibus ex parte, qua sunt definitiões, hoc est definitiones in potentia: & Abunazar cõsiderat de demonstrationibus absolute: sed narrauit super ipso: q demonstrationes, quæ nõ sunt definitiones, sunt vtiq; orationes Logicæ, nõ demonstrationes substantiales. Tu vero scire debes, q intelligens de scientia demonstrationis, ipse vtiq; intelligit de scia definitiõis: quòdq; illud, quod declaratum fuit, est vtiq; ex eo, q demfones sunt definitiones in potentia, & est cum hoc Libro: & oẽ illud, quod est in tractatu primo, est vtiq; ꝓp illud: quod declaratũ fuit in hoc tractatu. Opinio autem filij Senæ est opinio mea: & hoc, qm̃ ipsi videtur, q definitio non ostenditur per demonstrationẽ omnino: quòdq; hęc spes demfonis, de qua dixit Aristo. est illa, quæ ostendit demfonem definitionis, non quæ est fm q videt: sed est proxima specierum, nisi q ostendit per demfonem definitionis, hoc est magis q̃ aliæ: hoc est, q in ipsa ponit conditio in potentia propinqua: quã posuit ipse in actu: & quasi vt, q non est, vt potentia alicuius specierũ ꝓpõnum & syllogorũ,

ABRAM

quòd largiantur conclusionem aliquam, & cum hoc largiantur illam esse definitionē, & equum est apud eum siue medius termin⁹ fuerit definitio, aut vnum de quinq; prædicabilibus, scilicet genus, & differentia, & species, & duæ species accidentis per se, totum aũt hoc est remotũ ab opinione Arist, & est modicæ intelligentiæ: redeamus ergo ad id vn de recessimus de expositione.

EVRANA

vt tradunt conclusionem aliquam, A
& tradunt cum hoc ipsum esse definitionem: quòdq; hoc apud ipsum est terminus medius definitio, aut vnum ex quinq; prædicatis, hoc est genere, & differẽtia, & definitione, & duabus speciebus accidentis substantialis: & hoc totum longinquũ est ab opinione Aristo. & parum de intẽtione ipsius: sed reuertamur ad id, in quo eramus de expositione.

T.8.pars *Quemadmodum enim propter quid quærimus habentes quòd, nonnunquã vero & simul manifesta fiunt, sed non prius vtiq; propter quid* B
possibile est cognoscere, quam quòd, manifestum est, quòd consimiliter & ipsum quid erat esse non sine ipso quòd est. impossibile est enim scire quid est ignorantes si est: ipsum vero si est, aliquando quidem secundum accidens habemus, aliquando autem habentes aliquid ipsius rei, vt tonitruum, quòd sonus est quidam nubium, & defectum, quòd est priuatio quedã luminis, & hominẽ, quòd animal quoddam est, & animã, quòd est ipsum seipsum mouens. quæcunq; igitur secundum accidens nouimus quod sunt, necessarium est, nullo modo se habere ad ipsum quid est, neq; enim quòd est scimus: quærere aũt quid est, non habentes quòd est, nihil quærere est. De quibuscunq; autem habemus aliquid facilius: quare vt habemus, quòd est, ita nos habemus & ad ipsum quid est.

C

T.c.39. Sicut nos quærimus cur sit apud nos, inquãtum nostra est, quòd sit, & magis quod videt, quòd omnia simul sint: nisi ꝙ impossibile est, quòd prius notificetur cur sit, antequam sciat an sit: & similiter nõ est modus ad sciendum causa ipsius quid res sit, & illi essentialiter inesse, absq; ꝙ sciat an sit. impossibile enim est ꝙ sciat quid sit, qñ nescimus ꝙ sit, ipsum autem ꝙ sit aliqñ aduenit nobis accidẽtaliter, et

Dixit Arist. Sed quẽadmodũ
quia nos quærimus ꝓꝓ quid, habentes ꝙa est: & amplius ille, ga ofa manifesta sunt simul: ꝑterq; ꝙ fieri nõ põt, ut sciat primo ꝓꝓ qd est, anteq; sciat si est: et cõsist, non est via, vt sciat quid est res, & existentia ipsius per se, absq; eo, ꝙ sciatur si est: & hoc, qñ fieri non põtest, vt sciatur quid est res, cùm non sciuerimus, quia est: & intentio quia est prouenit vtiq; nobis aliqñ ꝑ viã accñtis T.c.39.

59 1/2a

ABRAM

D & aliquando ex quo nobis est aliqua res de illa. verbi gra, tonitruum est sonus quidã in nubibus: & eclipsis est defectꝰ quidam luminis, & quòd homo sit animal quoddam, & ꝙ anima sit res seipsam mouens: omnes itaq; res, quæ sciuntur esse accidentaliter, oportet ꝙ non sint apud nos secundum ꝙ quid sit: nescimus enim illas demonstratione, neq; ꝙ vllo modo sint: nõ quærimus autem quid sit, de eo
E quod non perueniat nobis ꝙ sit nulla quæstione: de rebus vero, de quibus est apud nos aliqua res, facilius est. sicq; ergo sicut nobis est ꝙ res sit, sic quid sit.

Cõ. 39 Intendit notificare ꝑmissas, quæ sunt inter demfones simpłr, & demonstrationes cur sit, & inter demõstrationes, quæ largiunt͛ quidditatẽ, vt hinc appareat ꝙ sint vnę eędem. Et dñ dixit: Sicut nos quærimus cur sit apud nos inquantũ nostra est ꝙ sit, & magis quod. vt ꝙ omnia sint.
F Videtur, ꝙ in hac oratione desit, qđ verisimile est in ea: & sententia eius hæc est, sicut nos quærimus cur sit res, qñ de illa fuerit apud nos notũ ꝙ sit, & aliqñ nobis contingit ꝙ perueniat simul eę & cur sit, sic accidit nobis I quæsito quid sit, scilicet ꝙ aliquãdo rem esse & eius quidditas, sit ignota, & quãdo defertur causa, quę est extra quidditatem connexa ipsam esse ndo, largiuntur ambæ res simul, & aliquas esse est votum, & ipsorum quidditas est ignota, & qñ defertur causa quæ est extra quidditatẽ, largi͛ quidditatem rei notę eę.

Dum

SVRANA

& aliqñ ex eo, ꝙ habemus aliq̃d de re: vt in exẽplo, qñ tonitrus est sonitus quidã in nubibus, & defectus priuatio quædã luminis, & hõ animal quoddã: & ꝙ anima quiddã seipsum mouẽs: igitur oĩa, quæ sciuntur, ꝙ sunt per viã accidentis, oportet non esse existentia apud nos in capitulo quid est: qm̃ non nouimus ipsa per demõnem, neq; ꝙ ipsa sunt: neq; quærimus quid est de eo, de quo non habemus, quia est: neque ipsum est quæstio: de quibus vero habemus aliquid, ipsum vtiq; est facilius: quẽadmodum igitur habemus, quia res est, ita in capitulo quid est.

Vult docere similitudinẽ, quę est Cõ. 39 inter demfones absolutas, & demfones ꝑ quid, & inter demfones, quę tradũt essentiam: quasi appareat ex hoc, ꝙ ipsæ sint vnæ & eędem: & cũ dixit: quẽadmodum qm̃ quærimus ꝑ quid est, habẽtes quia est: & ampliusillo, quia oĩa manifesta sunt simul: videt͛ ꝙ deficiet sisse in ipso ex hoc sermone, & animaduertit ipm: quẽadmodum, qm̃ nos quærimus vtiq;, ꝑ quid est, cùm habuerimus ex dispositione ipsi⁹, quia est: iamq; accidit nobis aliqñ, vt assequamur existẽtiam, & ꝑ quid est simul: ita accidet nobis in quęstione quid est, hoc est aliqñ vt sit apud nos res ignota & essentia ipsius: cùmq; adduxit causam exitus ab essentia cõsequente existentiã: & inter duas res simul, & in aliqua ipsarũ erit exĩtia nota, & essentia ignota, & in eo quo cã erit us tradit quod ẽ res notæ existẽtię

et

ABRAM

Dum autem dixit: Nisi ꝙ impossibile est ꝙ primo notificetur cur fit, antequam sciatur an fit: vsq; ibi, ꝙ fit. Intendit sicut nō prima cur fit, nisi postea sciatur rem esse, sic non quærimus cām cur sit prius quā sciatur illā esse. et intendit p hoc notificare, ꝙ vno modo demfones sint equales sm subiectum. Et dum dixit: Ipsum aūt ꝙ fit aliquando aduenit nobis accidentaliter, & aliquā do ex quo nobis est aliqua res de illa. Intendit quando fuerit apud nos res ignota esse, aduenit nobis scientia essendi ipsam per accidentia posteriora ea. Dixit autem hoc ad notificandum, ꝙ quando nobis aduenit ipsam esse, per aliquam rem posteriorem ipsa re, non aduenit nobis cum eam essendo ipsius quidditas: & aliquando aduenit nobis esse rem ob aliquam suarum causarum, quæ sunt extra suā substantiam: hoc est, ꝙ quādo nobis aduenit ex hac parte, aduenit simul esse & quidditas. Si autem esse sit notum, & definitio ignota, aduenit definitio ob causam, quæ est extra ipsius quidditatem. Voco autē causas, quæ sunt rei quidditas, ipsius materiam & eius formam. Et p eas, quæ sunt extra, reliquas causas, ex quibus infertur ipsa quidditas. Deinde cœpit gratia exēpli multas res notas esse apud nos, ex rebus posterioribus. Et dixit. V.g. tonitruū est sonus quidam in nubibus, vsq; ibi, se ipsam mouens: id est exemplum illius, cuius apud nos est scīa ipsam essendi non per causam illi essentialem, est nostra scīa de essendo tonitruū ob sonum, qui in nubibus auditur, & eclipsis ob eius luminis defectum, &

AVERANA

& cū dixit: præterea ꝙ fieri nō potest, vt sciat prius pp quid est, anteq; sciat si est: vsq; ad id, qđ dixit in eo, ꝙ est: sensus est: quēadmodū nō scimus pp quid est, nisi posteaq; sciuerimus existentiā rei, ita nō scimus causam quid est, anteq; sciamus existētiā ipsius: atqui voluit docere p hoc, ꝙ demfones sunt duo I modo, vnū in subiecto: cū vero dixit: & intentio fit est: prouenit vtique nobis aliqñ per viā accidentis: & aliqñ ex eo, ꝙ habemus aliquid de re: sensus est: cūq; habuerimus aliqd ignotæ existentię, prouenit vtiq; nobis cognitio existētiæ ipsius pp accidētia posteriora ipso: atqui dixit hoc, vt doceat, qñ quēadmodū prouenit nobis existētia p aliqd posteri⁹ ue, nō prouenit nobis simul cū existētia ipsius, essentia ipsius: sed prouenit vtiq; nobis existentia rei pp aliquā cārū suarum exeuntiū à substātia ipsius: sensus est: qñ cū prouenit nobis ex hoc mō, p quē assequimur existentiā & essentiā simul: & si fuerit existētia cognita, & definitio ipsius, pueniet ipsi definitio pp cām exitus ab essentia sua: intelligit de causis, quę sunt essentia rei, mate rię ipsius per formā ipsius: cūq; ipsę fuerant extra reliquas causas, ex quibus sequit essentia: deinde cœpit exēpli gra loqui de rebus notæ existētię apud nos ex reb⁹ posterioribus & d. vt in exēplo, qñ tonitrus est sonitus quidā in nubib⁹, vsq; ad id, qđ dixit, mouēs seipsum: sensus est: exēplē eius, qđ habemus in tpe existentię ipsius, nō in cā substantiali ipsius, ē cognitio nra de exitia tonitrus pp sonitū, q audit in nubib⁹. & defectus pp ablationē luminis ipsi⁹

&

ABRAM

D ctum, & anima quia seipsam mouet, & homo quia sit animal. D.d. Omnes itaq; res, quę sciuntur esse ac cidẽtaliter, oportet ꝙ nõ sint apud nos fm ꝙ quid sint: nescimus. n. illas demfone, neq; ꝙ vllo modo sint, id est, omnes itaq; hæ res, quas narrauimus illis exemplis, qñ de illarũ re sciuerim⁹ ꝙ sint ob res posteriores, oportet ꝙ non sciamus ob eas res posteriores quid sint, cuius causam duxit, Et dixit. Nescimus. n. illas demfone, neq; ꝙ vllo modo sint id est, quia nos nõ vere scimus illas E esse, tanto fortius illius quidditatẽ: qui. n. nescit rem esse demfone simpliciter, i. per eius cãm, non scit illã esse vere: qñ autem nescaret ob res posteriores rem esse, quonã pacto sciet illius quidditatem? D.d. Non quærimus autem quid sit de eo ꝙ non perueniat nobis ꝙ sit, nulla q̃stione. i. si quæreremus sciam q̃d sit de eo, q̃d non est apud nos vere, q̃a nescimus illam esse ob eius causam simile est acsi non esset quæstio. D. d. De rebus vero, de q̃bus est apud nos aliqua res, facilius est. i. ꝙ in re- F bus ignotarum quidditatum, quando apud nos fuerit aliqua suarũ cãrum nota esse, esset directio ab hac causa ad sciam illarum quidditatũ facilior directione ad scientiam ipsarum quidditatis, qñ de illarũ scia nõ fuerit apud nos nisi res posteriores. Dixit vero, facilius, quia aliqñ procedit ad scientiam prioris ex posterioribus per accidens, sed nimis propinquum. Et dum dixit: Sicq; ergo sic nobis est ꝙ res sit, sic quid sit ideſt, nostra directio ad scientiam illius quidditatis: quo ad facilitatem & difficultatem, sit fin ꝙ apud

BRVANA

& alię ppea ꝙ est mouẽs seipsum, & hominis, qñ est animal. D.d. igitur omnia, quæ sciuntur, ꝙ sunt p vią accidentis, oportet nõ esse existẽtia apud nos in capitulo quid est: qñ non nouimus ipsa p demfoné, neq; ꝙ ipsa sunt p existẽtiã: sensus est: igit de oĩbus rebus istis: quarũ cõmemorauimus exẽpla, cũ nouerimus ex dispõne ipsarũ, ꝙ ipsæ sunt pp res posteriores, sequitur vtique, ꝙ non sciamus propter res istas posteriores, & q̃d sint: postea adduxit cãm in hoc, & dixit: & nõ nouimus p demfoné absolutã, hoc est p causam ipsius, non nouimus existentiã ipsius in veritate: cũq; nõ nouerit p res posteriores existentiã rei, qũo sciet essentiã ipsius? deinde dixit: & si quærimus quid est de eo, de quo nõ habemus, ꝙ sit, non est quæstio: sensus est: & si q̃remus sciam quid est de eo, q̃d non est apud nos in veritate existens, qñ nõ nouimus existentiã ipsius per cãm ipsius: videtur, ꝙ non sit qõ: D.d. de ijs vero, quorum habemus aliquid, est facilius: sensus est: ꝙ in ijs, quorũ ignorat essentia, cũ habuerimus aliquã causarum notę existentię, erit progressus ab hac cã ad cognitionẽ q̃d est, facilior, q̃ progressus ad cognitionẽ notificantẽ essentiã ipsius: cũ nõ habuerimus cognitionẽ ipsorũ ex rebus posterioribus: atq; dixit leuius: qñ ipse vtiq; ꝓcedet ad cognitionẽ priorem ex posterioribus per accidens, sed propinquũ nimis: & cũm dixit: quemadmodum ꝙ res est, ita in capitulo quid est: sensus est: processus noster ad cognoscendum essentiam ipsius in facilitate & difficultate est, quemadmodum

ABRAM

apud nos est de sciẽtia essendi rem: si autem apud nos fuerit rei sciẽtia ex re accidentali, nostra directio ad illius quidditatem esset angustia & difficultas: si autem fuerit apud nos ex scientia alicuius suarum cãrum, nostra directio ad quidditatis scientiam esset facilis. Et intẽdit hic per facilem, quæ aduenit per se. & per contrarium, quæ aduenit per accidens.

EVRANA

dum illud, quod habemus de scientia rei: & si habuerimus scientiam existentiæ ex intentiõe accidentiũ, erit processus noster durus & difficilis: & si habuerimus ex cognitione rei notificante aliquã cãrũ, erit processus noster ad cognitionẽ essentiæ facilis: & intelligit per facile illud, qđ prouenit per substantiam, & per contrarium suum illud, quod prouenit per accidens. A

pars 8. *Quorum habemus aliquid ipsius quid est, sit primum quidem sic. defectus in quo A, Luna in quo C, obstructio terra in quo B: vtrum igitur deficit, aut non? quærere est, an B sit, aut non? hoc aũt nihil differt quærere, quàm si esset ratio ipsius, et si sit hoc, dicimus illud esse.* B

T. c. 40. Res aũt, quarum est apud nos aliqua res de eo ꝙ quid sit, sic primo sint. Sit eclipsis pro quo A, & sit Luna ꝓ quo C, et sit interpositio terrę pro quo B: & qõ, cernis ne, ꝙ recipiat eclipsim, nec ne, ẽ qõ de re B, sit ne, an nõ sit: & nõ est dña inter huius rei qõnem, & inter quæstionem an sit illius aliqua causa, & si hæc sit, dicimus ꝙ hæc etiam sit.

Dixit Arist. De ijs vero, quorũ habemus aliquid ipsius qđ est, erit prio sic: sit aũt defectus in quo A, Luna ꝑ quo C, obstructio terrę in quo B, et qõ an suscipiat defectum, aut nõ, est qõ de intẽtione B, si est, aut nõ est: & inter qõnem de hac re, & inter qõnẽ si habet causam, non est dña: et si est hoc, dicemus consimiliter etiam, quòd hoc est. T. c. 40. C

Cõ. 40. Hoc est exẽplũ demõnis, ꝙ largitur quidditatẽ & esse, aut largitur quditatẽ ꝓter esse, qñ notũ fuerit esse prem posteriorẽ, quia medius terminus est cã quidditatis. Et d. Res quarũ est apud nos aliq̃ res de eo ꝙ qđ sit, id est, res, quæ esse aduenit apud nos ob aliquã rẽ, illa est de substantia illarũ rerũ, sed est notior ipsarũ qđditate: hoc ẽ, ob mediũ terminũ, q̃ est cã illarũ rerũ. quia huius exẽplũ est, ꝙ ꝛra'an eclipsis sit Lunæ, & cõmõstrẽ ꝙ eclipsis insit Lunæ ob terrę interstitiũ inter solẽ & ipsã: & Hoc est exemplũ demõnis, quæ tradit essentiam, & existẽtiã simul, aut tradit essentiã absq; existentia: cũ fuerit existentia nota ꝓ posteriorẽ: qm terminus medius est cã essentię: & dixit: de ijs vero, quorũ habemus aliqđ ipsius qđ est: sensus est: & res, quarũ existẽtiã acquimur ꝓp aliqđ d substãtia illarũ rerũ, nisi ꝙ exit de essentia ipsarũ, hoc ẽ ꝓp terminũ mediũ: q̃ ẽ ex cã illarũ rerũ: vt I exẽplo, si ꝛram'an defectus sit lunę: & mõstrat, ꝙ defect' sit lunę ꝓp cõstitõnẽ terrę inter solẽ, & lunã Cõ. 40. C

&

ABRAM

D & in hoc exemplo eclipsis est maius extremum syllogismi: & est, loco cuius sumitur A, & Luna est terminus minor, loco cuius sumitur littera c, & tetræ interstitium est loco cuius capitur littera B, hoc est, medius terminus, qui est causa. D. dixit: Et quæstio cernis ne, ꝙ recipiat eclipsim nec ne, est quæstio de B, sit ne, an non sit. id est, & quæstio an Lunæ insit eclipsis, aut non insit ei, est quæstio de B, qui est medius termin'. & est occultauit ne eam à Sole ipsa terra, nec ne? quia qñ com-
E monstratur ꝙ occultauerit, commonstratum est ꝙ eclipsis illi insit, & quando commonstratum fuerit ꝙ non occultauerit, cõmõstratum est ꝙ eclipsis non insit illi: & hoc, quando commonstratum est ꝙ illius lumen sit à Sole. Et dum dixit: Et non est differẽtia inter huius rei quæstionem, & inter quæstionẽ an sit illius aliqua causa: & si hęc sit, dicimus ꝙ hæc etiam sit. Dicit, & nos quærere hoc & ipsius quantitatem, non est differentia inter ipsum, &
F inter nos quærere huius causam: & si cã sit, illa est: & si causa nõ sit, nec ipsa est. v.g. quia quęrim' an Luna eclipsetur, non est dria inter illud, & nos quęrere an Lunę sit quę inferat eclipsim. Et dum dixit. Et si hęc sit, dicimus ꝙ hęc ẽt sit. Intendit, ꝙ vires duarum quæstionũ est vna vis, quia quãdo rei cã est, oportet ꝙ res sit, & euidens est, ꝙ qui penitus nõ sentit eclipsim, qñ de hoc ei aduenerit demõstratio aduenit definitio eclipsis, & ipsam esse: & qñ mutaretur demonis ordo, aduenireteiob hanc demonstrationẽ eclipsis quidditas ob eius cãm: eclipsis. n. quidditas est nõaliter ignota.

IVRANA

sam: & defectus in hoc exẽplo ẽ extremitas maior ex syllo: & ẽ, cui' loco accepit A, & Luna est terminus minor, & est, cuius loco accepit c, obstructio terræ, cuius loco accepit literam B, hoc est terminus medi': qui est cã. D. d. & quæstio, an suscipiat defectum, aut non, est quæstio de intentione B, an est, aut non est: sensus est: & quæstio, an Lunæ insit defectus, aut non insit, est quæstio de B, qui est terminus medius, & ẽ, an obstruitur terra à Sole, aut non: qñ cùm monstratum fuerit, ꝙ obstruitur, monstratũ erit, ꝙ defectus inest ipsi: cùmq; mõstratũ fuerit, ꝙ ipsa non obstruit, mõstratũ erit, ꝙ ipsi nõ inest defectus: & hoc, cũ mõstratum fuerit, ꝙ lumen ipsius est à Sole: & cũ dixit: & inter qõnẽ de hoc, & inter qõnẽ si habet cãm, non est dria: & si est hoc, dicemus consimiliter ẽt, ꝙ hoc est: dixit: & inter qõnem nostrã de hoc & cõsimilẽ & inter qõnem an hoc sit cã huius aut non, non est dria: & si fuerit causa existens, erit ipsum existens, & si nõ erit cã existens, nõ erit ipsum exñs: vt in exẽplo, si quæramus, an Luna deficit, non est dria inter ipsum & inter quæstionẽ nostrã, an insit Lunę causa, ex qua sequat defectus: & cũ dixit: & si fuerit hoc existens, dicemus vtiq;, ꝙ hoc cõsistẽt erit: sensus est: atq; potẽtia duarũ qõnũ erit potẽtia vna: qñ cũ fuerit cã rei existens, sequit' vtiq;, ꝙ sit res existẽs: & hoc planũ, ꝙ qui non sentit defectũ oino, provenit illi ex hoc demõstratione definitio defectus per causam ipsius: & hoc, qñ essentia defectus ignota est fm nãm: nõnulli. n. dixerunt, ꝙ Luna obscurat': nõnulli

vero

ABRAM

ignota. Aliqui.n. dicunt ꝙ sit euersio eiꝰ vultus lucidi sursum, aut alia quæ feruntur: hæc autem demonstratio est quę vere tradit quidditatem: hoc est, ꝙ sit interceptio luminis solis ab illa: & hæc species definitionum est perfectissima ipsarū, hoc est quæ defert causam, & est illa, quam Aristo. vocat demonstrationem positione differentem.

BVRANA

vero dixerunt, ꝙ ipsa cōuertit faciē suam illuminatam sursum: vsq; ad aliud ab hoc ex eo, qđ dixit: & hæc demfo est, quæ exhibet essentiā sm veritatē, hoc est ꝙ est separatio luminis solis ab ipsa: & hęc species definitionū, est perfectissima ipsarū: hoc est, per quā monstratur causa: & hæc est, cim vocauit Arist. demōstrationem variatam positione. A

pars. 8. *Aut vtrum contradictionis est ratio, vtrum habendi duos rectos, aut non habendi? quando autem inuenerimus simul ipsum quòd, & ipsum propter quid nouimus, si per media sit: si autem non ipsum quòd nouimus, propter quid vero non sit. igitur Luna C, defectus A in plenilunio vmbram non posse facere, nullo inter nos existente manifesto, in quo B. si igitur ipsi C inest B: quod est, non posse vmbram facere cum nullus nostrum in medio sit, huic autem ipsum A quod est, deficere, quòd quidem deficit, planum, propter quid autem, nondum, et quòd quidem defectus est, nouimus, quid vero est, non nouimus, cùm autem planum fuerit, quod A ipsi C inest, sed propter quid ineſt, quæ vere ipsum B quidem est, vtrum obstructio, aut conuersio Lunæ, aut extinctio luminis: hoc autem est ratio alterius extremi, vt in his ipsius A, est enim defectus † obiectio terræ, quid est tonitrus? ignis extinctus in nube, propter quid tonat? eò quòd extinguitur ignis in nube. sit nubes C, tonitrus A, extinctio ignis B: ipsi vtique C nubi ineſt B, extinguitur enim in ipsa ignis, huic autem A sonus, & est B vtique ratio ipsius A primi extremi, si vero rursus huius aliud medium sit, ex reliquis erit rationibus.* B C

† Al. Obstructio luminis.

T.c. 41. Aut cuius vtrius contradictoriorum sit causa? cernis ne causam, qua illius sint duo anguli recti, aut qua non sint? & quādo constituimus ꝙ sint, simul itaq; scimus cur sit, si ipsam esse sit per medium terminum: si vero non sit, scimus quòd sit, cur vero sit, non; Sitque Luna c, et eclipsis

Dixit Arist. Aut vtrius partiū contradictoriorum est cā, an nec̄a, ꝙ hēt duos angulos rectos, aut, ꝙ non habet: cūq; cōstituti fuerimus, ꝙ est nos, vtique sciemus, si pp quid est: si erit existētia ipsius p terminū mediū, aut ꝙ non erit: nos vtiq; sciemus, ꝙ est: pp quid aūt nō: sit Luna c, defectus T.c. 41.

ABRAM

D eclipſis A, & nobis ſit ꝙ quãdo in oppoſitione fuerit neꝺat vmbram facere: quia nulla res nobis et illi interponitur, pro quo ſit litera B: & ſi B inſit C, hoc eſt, ꝙ non poſſit vmbram facere: ex quo nulla res nobis & illi interponitur: & A inſit huic: ſcili cet ꝙ eclipſetur. ſictꝫ ſi eclipſetur ſcit, ſinautem non ſcit, et an eclipſis ſit ſcit, quid autẽ ſit non ſcit, & A ineſſe ipſi C, eſt ſcitum: ſed quæſtio cur ſit eſt, ꝙ quæra-
E tur, quid B ſit, cernis ne, ꝙ ſit luminis occultatio, aut Lunæ conuerſio, vel extinctio ipſa: & hic eſt locus alterius duorum extremorum: v.g. in his ipſius A. Si enim eclipſis ſit ex ipſa terra. Quid ſit tonitruũ eſt ſenſus extinctiõis, qui fit in nubibus. cur tonat? quia ignis extinguitur f nubibus. ſintꝫ nubes C, & tonitruum A, & ignis extinctio B: et B inſit C, hoc eſt, nubibus, quia iam in ipſis extinguitur ignis:
F & A ſit ſonus, qui his ineſt: & B eſt oratio ipſius A, quod eſt maius extremum: & ſi iterum huius mediũ alterum fuerit, iam ſit ex reliquis orationibus.

CS. 41. Dum dixit: Aut cuius verius cõtradictoriorum ſit cauſa, vſq; ibi, aut quia non ſint. intendit ſi quæratur eſſe, qñ de eo quærimus alterutrã partem cõtradictorij, & noſtrũ quærere vnã partium contradictorij ſit, nos quærere illius cauſam; ſ. quando quærimus eſſe vnam partium contradictorij alicui rei, quærimus

BVRANA

c, defectus A, & ſit nobis, cũ fuerit in oppoſitiõe, nõ ſit poſſ, vt fiat vmbra, qm̃ nõ eſt inter nos & inter ipſam aliqd, in quo eſt litera B, et ſi B, ineſt ipſi C, hoc ẽ, ꝙ fieri nõ põt, vt fiat vmbra ex eo, ꝙ nõ eſt inter nos & inter ipſam aliqd mediũ: & A, huic: hoc eſt, ꝙ defecit: ſi igit deficit notũ: ſi vero nõ deficit, nõ nouit: & ſi defectus eſt, nouit, qd vero defectus ſit, non nouit: & ꝙ A, inſit C, notũ: ſed qõ pp quid exiſtit, quærere eſt, quid eſt, an obſtipatio, an cõuerſio Lunæ, aut extinctio: hoc aũt eſt locus vnius duarũ extremitatũ: exemplũ huius in his A, et hoc, qm̃ ſi eſt defect⁹ obſtructio à terra: qd ẽ tonitr⁹? extinctio ignis, ſi eſt in nubib⁹: pp quid tonat? qm̃ ignis extinguitur in nubibus: ſint nubes C, tonitrus A, extinctio ignis B, & B, ineſt C, hoc eſt nubib⁹: et hoc, qm̃ iam extinguitur ignis in ipſis: & A, quod eſt ſtrepitus ineſt iſtis: & B, eſt ratio ipſius A, qd eſt extremitas prima: et ſi inerit huic cõſimiliter etiam medium alterum: hoc vtique erit ex reliquis rationibus.

Dixit. Aut verius partiũ contradictorio.ũ eſt cauſa, vſq; ad id, qd dixit, aut, ꝙ nõ habet: ſenſus eſt: ſi ſ̃remus exiſtentiã, quæremus per ipſam vnã partium contradictionis: & erit queſtio noſtra de vna partiũ contradictionis, qõ de cauſa ipſius: cũm ſ̃remus in exiſtentiam vnius partium contradictionis rei alicui: quæremus Cõ. 41

ARRAM

rimus an huius ſit illi cauſa, quę inferat alteram partium huius cõtradictorij, aut non inferat illam. verbi gratia, quando in Arte Geometriæ quærimus, an trigoni anguli ſint duobus rectis æquales, aut non ſit illius cauſa, & eius anguli non ſunt duobus rectis æquales? Dum autem dixit: Quando conſtituerimus quòd ſint ſimul itaque ſcimus, cur ſit, ſi ipſam eſſe ſit per medium terminum. Intendit, quando conſtituerimus ineſſe æqualitatem angulorum duobus rectis ipſi trigono ob ineſſe ei huius cauſam, non per medium, quod ſit aliquod accidentium. Per totum autem hoc intendit notificare, quòd demonſtrationes, quæ eſſe & cauſam ſimul largiuntur, ſunt definitiones in proxima potentia, aut in actu. quando enim conſtituitur rem eſſe ob cauſam propriæ ſubſtantiæ, iam attingitur ipſius definitio in potentia, non autem quando notificatur cauſa affirmãs rei eſſentiam eſt ipſa eſſentia ſcita proxima potentia. Et ob hoc adiecit Ariſt. demonſtrationibus ſimpliciter conditiones, quas apponit: vnde putatur, quòd illa conditionum appoſitio non ſit neceſſaria, vt ſit demõſtratio: ſed vt ſit demõſtratio perfecta potiſſime: & iam expoſuimus totum hoc in Primo libro huius voluimus: quia cauſa demõſtrationis eſt cauſa deſignatiõis rei p demſonẽ cõmõſtratæ.

Poſtq̃

BVRANA

quæremus vtiq;, ſi hoc eſt cauſa, ex qua ſequatur vna partiũ iſtius contradictionis, aut non ſequatur vt in exemplo, cũ quærimus in arte geometriæ, an anguli triãguli ſint æquales duobus rectis, an non ſint æquales: quærimus vtiq; an in triangulo ſit cauſa, vt anguli ſui ſint æquales duobus rectis, & erunt anguli ipſius æquales duobus rectis, aut non erit in ipſo cauſa: & nõ erunt anguli ſui ẽqles duobus rectis: & cũ d. cũq; cõſtituti fuerimus, ꝙ eſt: ſimul vtiq; notũ erit pp qd ẽ: ſi fuerit exiſtia ipſius in termino medio: ſenſus ẽ: cũq; cõſtituti fuerimus, ꝙ duo anguli æquales duobus rectis inſunt triangulo, ppea ꝙ cã huius ineſt ipſi: nos vtiq; ſciemus cũ eo, ꝙ ineſt, pp qd ineſt: cùm cognitio nſa fuerit de exiſtia termini medij: qui eſt cã: nõ de termino medio, qui ẽ aliqd accidẽtiũ: atq; voluit p hoc totũ docere: ꝙ demſones: ſ̃q exhibẽt exiſtentiã & cãm ſimul ſunt definitiones in potẽtia propinqua, aut in actu: & hoc, qñ cũ ſteterit ſup exiſtẽtia rei pp cãm ſubſtãtiæ appropriatã, iã vtiq; aſſequet definitionẽ ipſius I potẽtia: nõ cũ cognouerint cãm cõſequẽtẽ ex ſubſtãtia rei, erit ſubſtãtia nota in potẽtia ꝓpinqua: & pp hoc poſuit cõditionẽ Ariſt. in demſonibus abſolutis illud, qđ poſuit conditionẽ de eo, de quo exiſtimat, ꝙ cõditio ipſius non ſit neceſſaria, in eo, ꝙ demſo eſt demſo, ſed I eo, ꝙ ipſa eſt demſo pfecta ſm modum excellentẽ: ſed iam declarauimus hoc totũ in expoſitõe prioris tractatus iſtius libri: qm cauſa demſonis eſt vtiq; cã definitionis de re, quæ oſtenditur per demſonem:

&

ABRAM

D Postq̃ aũ detulit exẽplũ ex demfonibus, quę largiunt̃ q̃ditates, & definitionẽ, intendit deferre exemplũ ex euidentijs, q̃ largiunt̃ esse: & definitio est ignota: intendit.n. ducere exemplũ ex euidentijs, q̃ largiuntur esse tm̃: Et dixit. Sitq; Luna c, & eclipfis A. i. capiamus loco Lunæ, q̃ est ſubiectũ quęſiti in hoc exemplo, literã c: & capiamus loco ęclipſis, qđ est prædicatũ q̃ſiti huius exẽpli, literã A: & ponam⁹ ꝙ eclipſis ſit ignota inęe ipſi Lunę, & ſi ſit ſenſu nota: hoc.n. non est mirũ in exem

E plificãdo. Deide dũ dixit: Et nobis ſit ꝙ nũ ſ oppoſitione fuerit, neđat vmbrã facere: quia nulla res nobis & illi ſteꝛponit̃, pro quo ſit litera B. Intendit: & ſit medius terminus poſterior eclipſi, quo cõmonſtrat̃ inesse eclipſim ipſi Lunæ: ꝙ nũ fuerit in Solis oppoſitione nõ ſit vmbrario vmbra: & non interponit̃ nobis & illi obijciens aliq̃d: & ſit hic medius terminus, pro quo est lĩa B. D. d. Et ſi B inſit c, hoc eſt, ꝙ nõ poſſit vmbrã facere, ex quo nulla res nobis & illi interponit̃: & A inſit huic,

F ſ. ꝙ eclipſetur. intẽdit, ſi fuerit illud, q̃ ſignificat B, ſ. Lunæ non eẽ vmbrã: quia nobis & illi nihil interponit̃: & A, q̃d est ipſa eclipſis de hoc ꝓdicet̃, hoc eſt eſſendo Lunã in oppoſitione ſm eius diſpoſitionẽ vmbraculo nõ fieri vmbrã: quia nõ ſit nobis & illi interpoſitum opacum, adeo ꝙ ſyllus ſic conſtruat̃: quibuſdã oppoſitionibus Luna aſſiſtit: & nõ ſit vmbra vmbrario terrę pẽdiculo infixo: ꝙa inter illã & vmbrarium non ſit opacum. ſ nubes, aut aliud: qñ autẽ est huiuſmodi eclipſatur: & hinc concluditur ꝙ Luna

BVRANA

& poſtea adduxit exemplũ demfonũ, quæ tradunt eſſentialia & definitionem: vult adducere exemplũ de ſignis, quæ tradunt exiſtentiam tm̃: & dixit: ſit Luna c, & defectus A, ſenſus eſt: & accipiamus loco Lunę, quæ eſt ſubiectũ q̃ſiti in hoc exemplo, literã B, & accipiat̃ loco defectus: qui eſt ꝓdicatũ quęſiti in hoc exemplo, literã A, & ponamus hoc ſm ꝙ ignoraꝛur defectũ ineſſe Lunæ: & ſi fuerit nota exiſtentia perſenſum, ꝙ hoc non eſt hoc ꝓ exemplũ: poſtea dixit: & ſit nobis, cũ fuerit in oppoſitione, non eſt poſſe, vt fiat vmbra ex eo, ꝙ nõ eſt inter nos & inter ipſum aliquid, in quo B ſenſus eſt: & erit terminus medius poſterior defectu: ꝓ quẽ monſtrat̃ defectũ ineſſe Lunæ: qñ cũ fuerit in oppoſitione, nõ inꝺouabiť colligẽti vmbra, & nõ eſt inter nos & inter ipſam obturamentũ: & erit terminus iſte medius, in quo B, D. d. & ſi erit B, inexiſtens c, hoc eſt, ꝙ nõ eſt poſſe, vt fiat vmbra ex eo, ꝙ non eſt inter nos, & inter ipſam aliquid medium, & A, huic: hoc é, ꝙ ipſa deficit: ſenſus eſt: & ſi fuerit illud, qđ ſignificat B, qđ eſt, vmbrã non ineſſe Lunæ: & eſt, qñ nõ eſt inter nos & inter ipſam aliq̃d: & erit: qđ eſt defectus, prædicabiť de hac re: hoc eſt, ꝙ ſit Luna cũ diſpõne, qua in oppoſitione nõ ineſt cõparanti vmbra: & hoc, ꝙ nõ eſt inter nos & inter ipſam offendiculũ ita, vt cõplicet̃ ſyllogiſmus ſic: Luna eſt in parte oppoſitis, & nõ eſt cõparanti ſtanti ſupra terrã: & hoc, qñ nõ eſt inter ip ſam & inter cõparantẽ offendiculũ, hoc eſt nubes, aut aliud: cũq; fuerit cũ hac diſpõne, cõcludet̃ ex hoc, ꝙ

Luna

ABRAM

na eclipſet. Et hoc inſinuauit, qñ dixit: Et A inſit huic, ſ. ꝙ eclipſet, id ē, & hinc infert. vc 3. ex medio termino, qd eſt vmbrario deeſſe vmbrã oppoſitiõis tpe abſq; impedimento opaci inter ipſam & Solem, ꝙ A inſit c, hoc ē, ꝙ eclipſis ſit Lunæ. D.d. Sicq; ſi eclipſet ſcit, ſin autē nõ ſcit: id eſt, ꝙ Luna eclipſet ſcit ex hoc medio termino, cur vero eclipſet nõ ſcit ex hoc medio termino. D.d. Et an eclipſis ſit ſcit, quid aũt ſit nõ ſcit, id eſt, & iõ ex hoc medio termino ſcit ꝙ eclipſis ſit, & nõ ſcitur qd ſit eclipſis, quia demſo, ꝙ nõ largit cur ſit, non largitur quid ſit. D.d. Et A ineſſe ipſũ c, eſt ſcitũ, ſed qõ cur ſit, eſt ꝙ queraꝰ quid ſit, ſit cernis ne, ꝙ ſit luminis occultatio, aut Lunę cõuer ſio, vel extinctio ipſa, id eſt, & A ineſſe c, ob hunc mediũ terminũ, hoc eſt, eclipſin ineſſ Lunæ ideſt qñ aduenit eſſe talẽ mediũ terminũ, hoc eſt, qõ an eclipſetur & cur eclipſet, eſt q̃rere quis eſt medius terminus, q̃ eſt eclipſis cã, & illud eſt qd cẽpimus loco litere B, vc 3. ꝙ ꝙramus an cã eclipſis, qui eſt abſciſio luminis Lunæ tpe oppoſitionis, ſit terrę ipſi Soli & Lunę interſtitiũ, aut vultus lucidi lunę à nobis ſurſum euerſio, & conuerſio obſcuri vultus ad nos, aut alia diſpõne poſſit eius lumẽ extingui. Hoc aũt, qd dixit de re ipſa eclipſis, eſt qd naturaliter q̃rit: verumtñ eclipſis eſt p ſe nota eẽ. d. vero hoc ad notificãdũ, ꝙ ex re poſteriori non cõſtituit eſſentia, & q̃ddtas, & ꝙ tales demonſtrationes, quarũ medij termini ſunt res poſteriores maiori extremo, nõ ſin medij termini, nec in potẽtia, neq; in actu: hoc aũt eſt manifeſtũ, ex quo adhuc remanet

BVRANA

Luna deficit: & hoc eſt, qd ſignifica A
uit, cũ dixit: & A huic, hoc eſt, ꝙ deficit: ſenſus eſt: & ſequit ex hoc, hoc eſt ex hoc termino medio: qd ē priuatio vmbrę cõparãti in oppoſitione, eo, ꝙ nõ eſt impedimẽtũ iter ipſum & inter Solẽ, ꝙ A ineſt ipſi c, hoc eſt, ꝙ defect⁹ ineſt Lunę: D.d. & ſi defecerit, eſt vtiq, notũ: & ſi nõ defecit, nõ eſt notũ adhuc: ſenſus ē: ſi Luna defecit, ē vtiq; notũ ex hoc termino medio: pp quid aũt deficit, non nouit ex hoc termino medio. D.d. & ſi defectus eſt, nouit: qd ē aũt nõ nouit: ſenſus ē: & ꝑpea erit cognoſcẽs ex hoc termino medio, ꝙ B
defectus ē, & nõ nouit, qd ē defect⁹: qñ demſo, ꝙ nõ tradit pp quid eſt, tradit quid eſt. D.d. & ꝙ A, inſit c, notum: ſed queſitũ pp quid eſt, ipſum eſt, vt quærat quid eſt B, an ne ſit obſtipano, an cõuerſio Lunę, an extinctio: ſenſus eſt: & A, ineſſe c, pp iſtum terminũ mediũ: hoc eſt, defectũ ineſſe Lunæ: ſed in eo, quo prouenit exiſtentia p huiuſcemodi terminũ mediũ: hoc eſt, qõ pp qd deficit, & queſtio ſi deficit ipſa ē, vt ſtat, quid eſt terminus medius: qui ē cã defectus: & hoc eſt: qd accepimus loco literę B, & hoc, cũ q̃rimus, C
ſi cã defectus: quę eſt ſeparatio luminis Lunę in tẽpore oppoſitionis, eſt cõſtitutio terrę inter Solẽ & Lunã, aut conuerſio facierũ Lunę illuminatarũ ſurſum. & faciei ſuæ obſcurę ad latus noſtrũ: & ſi poſſe eſt, vt extinguet lumen ipſius in nube: & hoc, qd dixerũt de diſpõne defectus, eſt q̃ſitũ ſm naturam: ſed defectus eſt notę exiſtentię per ſe: dixit aũt hoc: vt doceat, ꝙ nõ cõſiſtit ex re poſterior ſup ſubſtãtia & eẽtię:

ABRAM

D manet quęstio cauſę, ſicut remanet in rebus notis eſſe per ſe, ſicut eſt in rei veritate eclipſis diſpoſitio, quia ſenſu noſcitur ipſam eſſe & ignoratur ipſius cauſa. Dum autem dixit: Et hic eſt locus alterius duorũ extremorum, id eſt, tales medij termini ſunt definitio maioris extremi ſ potentia. Et dum dixit. V.g. in his ipſius A, id eſt eclipſis, quæ eſt maior extremitas. definitio.n. eclipſis in potentia, prout dixit, eſt illa, quę poſita eſt huius demõſtrationis medius terminus, ſ. abſciſſio luminis lu
E nę à Sole, quando fuerit occultatio, aut extinctio ſui luminis, aut ipſius euerſio, aut quod contigerit, φ inde communiter tretur, & ob affinitatem naturæ cauſæ & naturæ quiditatis putatur φ cauſa ſit ipſemet medius terminus: hoc autem accidit, qñ medius terminus fuerit oratio, qñ vero non fuerit oratio, hoc nõ contingit, immo ſit perfecta definitio quid ſit, huius rei quidditas, cum cauſa, quæ largitur quidditatẽ. Et ideo cõperimus Alpharabiũ, φ putet, φ demõſtrationes, quę de-
F finitiones largiuntur, ſint rerum, quarum ſunt duæ definitiones: quarum vna ſit prior altera, & ideo ipſum inuenimus vrentem exemplis his ipſis Ariſto. in ſuo Libro de Demonſtratione. Huius autem totius cauſa fuit defectus attingendi mentem Ariſtot. & ideo inuenimus ipſum afferentem, quòd quarundam definitionum demonſtratione cõmonſtratur vna duarum ipſarum partium per alteram, prout genus per differentiam. tales autem non ſunt

EVRANA

φq; in huiuſcemodi demfonibus, hoc eſt, in qbus termini medij ſunt res poſteriores maiore extremitate, non ſunt termini medij nõ in potẽtia neq; I actu: & hoc manifeſtũ ex eo, φ qõ cãæ ſupeſt eouſq;, quẽadmodũ φ derelinquit in reb⁹ notis, exñtia p ſe in re ſm veritatẽ de defectu: qm ipſe ſcit eẽ p ſenſũ, & ignorat eã ipſius. Cũ vero dixit: & hic locus vnius duarũ extremitatũ: ſenſus eſt: & huiuſcemodi termini medij ſunt definitio maioris extremitatis in potẽtia: cũ vero d. exẽplum huius in his: Itelligit per ipſum defectũ, q ẽ extremitas maior: & hoc, qm definitio defectus in potentia, quẽadmodũ dixit, eſt qđ poſuit in hac demfone terminũ mediũ, hoc eſt obſtipationẽ Lunę à Solę p terrã, aut extinctionẽ luminis ipſius, aut cõuerſionẽ ipſius, aut illud, qđ contingit, vt monſtret ex hoc, & ad appropinquationẽ naturę cãę ex natura eſſentię rei: iã exiſtimat, φ cã eſt maior per ſe: atqui accidet hoc, cũ fuerit terminus medius oratio: cùm vero nõ fuerit ofo, nõ accidet hoc: ſed erit definitio perfecta qđ eſt eſſentia iſtius rei cũ cã, ꝙ tradit eſſentiã: & ppea inuenit Abunazar exiſtimaſſe, φ demfones, ꝙ tradunt definitiões eẽ ſunt, ꝙ tradunt de rebus, ꝙ habẽt binas definitiões: quarũ vna eſt prior altera: & ſm hoc ſ. uenim⁹ ipſum vſum vtiq; fuiſſe in talibus Ariſt. iſtis eiſdẽ in lib. ſuo dẽ demfone: & hoc totũ eſt cã, vt prouet affectione opinionis Ariſt. & ppea, qđ inuenimus ipſum dixiſſe, φ ex definitiõibus eſt, qđ oſtẽdit p demfonẽ, vna partiũ ſuarũ p alterã, hoc eſt, quẽadmodũ genus p dfiã:

&

ABRAM

ſunt demſones, tãtoq; minus ꝙ largiant' ipſam quidditatẽ. Iam autem in prædictis exactus eſt nobis ſermo de his. Dum aũt dixit. Quid ſit tonitruum? eſt ſenſus, extinctionis qui fit in nubibus, cur tonat? quia ignis extinguit' in nubib⁹, eſt aliud exẽplũ quo cõmõſtret, ꝙ ſpẽs demõſtrõũ, quæ largitur cãm, eſt illa, quæ largit' definitiones: qñ.n. dicimus cur tonat in nubibus? & dicitur, quia in illis ignis extinguitur, qñ aũt dicimus quid ſit tonitruũ, dicitur ſonus extinctionis ignis in nubibus. Et dum dixit: Sintq; nubes c, & tonitruum A, & ignis extinctio B. Intendit accipiamus loco nubium, quod eſt minus extremũ huius exempli, c, & capiamus loco mẽdij termini, quæ eſt ignis extinctio, literam B, & capiam⁹ loco maioris extremi, quod eſt ipſum tonitruũ, aut oratio explicans tonitrui nomẽ literam A. D. d. Et B, ineſſe ipſi c, id E & ignis extinctio inſit in nubibus: hoc eſt, conſtruatur ſic ſyllſus, In nubibus eſt ignis, qui extinguitur, & in quo eſt ignis, qui extinguitur, eſt ſonus: ſicq; hinc cõcludit', ꝙ in nubibus ſit ſonus ob ignẽ qui in eis extinguit': hæc aũt eſt perfecta tonitrui definitio. Et illud ſignificauit qñ dixit: Et A ſit ſonus qui his ineſt, id eſt, ꝙ hinc cõcludat', ꝙ ſonus eſt in nubibus ob ignis extinctionẽ I ipſis. Expedit aũt te ſcire, ꝙ demõſtratiões, ꝙ largiunt' eẽ & cãm, hoc eſt, in ꝙſitis cõpoſitis, ſiunt de accñtibus eſſentialibus, & ſunt maior pars ꝙſitorũ, quę cõſiderãt ſcię ſpeculatiuę: & iõ, qñ ꝙritur ꝙſitum alicuius accñtis de aliquo ſubiecto, & loco eius noĩs ſumitur huius noĩs expõ: in

BVRANA

& talia non ſunt demſones, nedũ ꝙ A
tradant eſſentiã: iãq; præceſſit hoc ex ſermone noſtro: & cũ dixit: qd eſt tonitrus, extinctio ignis, qui eſt in nubibus: pp quid tonat? quoniã ignis extinguitur in nubibus: hoc eſt exemplum vnũ: p qđ monſtrat: ꝙ ſpecies demſonum, quæ exhibet cãm, eſt quę exhibet definitiões: & hoc, qñ cũ dicimus: pp quid tonitrus eſt in nubibus: qm ignis extinguitur in ipſis: dicimus, quid eſt tonitrus, ſonitus extinctionis ignis in nubibus: & cũ dixit: ſint nubes c, & tonitrus A, & extinctio ignis B, ſen- B
ſus eſt: & accipiamus loco nubium: quæ eſt extremitas minor in hoc exemplo literã c, & accipiamus loco termini medij, qui eſt extinctio ignis, literam B, & accipiamus loco maioris extremitatis, quæ eſt tonitrus, aut oratio exponẽs nomen tonitrus, literam A, D. d. & B, ineſſe c, ſenſus eſt: & erit extinctio ignis inexiſtens nubibus: hoc eſt: cõplicabitur ſyllſita: & dicemus: ꝙ in nubibus eſt, qđ extinguitur: & illud, in quo extinguit' ignis eſt ſonitus: concluditur ſtaq; ex hoc, ꝙ in nubibus eſt ſonit⁹ pp illud, qđ extinguit' C
in ipſis: & hoc ẽ definitio pfecta tonitr⁹: & hoc ẽ, qđ ſignificauit, cũ d. & ſi fuerit ſonit⁹ inexñs his ꝙ cõcludit' ex hoc, ꝙ ſonitus ineſt nubib⁹ p medię extinctiõis ignis I ipſis. Scire aũt debes, ꝙ demſones tradẽtes cãm & exñtiã, hoc ẽ I ꝙſitis cõpoſitis, erũt vtiq; I accñtib⁹ ſubſtãtialib⁹: & ſũt magna pars ꝙſitorũ: de q bus cõſidrãt artes ſpeculatiuę: & ppea cũ ꝙſiuit exñtiã accñtis alicui⁹ I ſubito aliquo, accepit loco noĩs ſui declaratiõnẽ: ꝙ hoc nomẽ appet I hac declara

ABRAM

D in hac expositione necessario appa-
ret accidētis subiectum illud enim
progreditur de hoc accidenti gres-
su dr̄iæ: & qñ sumitur hoc subiectū
minus extremum, & res, q̄ progre-
ditur de illo gressu generis: dico de
hoc accidenti, maius extremū, & su
mitur medius terminus causa con-
ducens esse maioris extremi in mi-
nori, necessario prouenit huius ac-
cidentis definitio perfecte v.g. quia
qñ nos sumimus loco nominis to-
nitrui, q̄ sit sonus in nubibus. Dein
de cōstituimus sic syllm, & dicimus
E in nubibus est ignis, qui extingui-
tur, aut sufflans ventus, & qñ sic est
ibi est sonus, quia hinc concluderetur,
q̄ in nubibus sit sonus ob ignis
extinctionē, qui fit in ipsis, & sic cō
tingit, quādo res est nota esse, igno-
ta causa, sicut est dispositio tonitrui
sm veritatē. ipsum.n. est notū esse,
ignotum sm quidditatem: nā mul
ti viri multa de ipso asserunt. Dico
q̄ notū est de re ipsius tonitrui, q̄
sit sonus in nubibus, ignorum autē
est quid sit hic sonus: & maior pars
demsonum Philosophię Naturalis
sunt huius portiōis, Q̄ maior pars
F accidentiū, quæ insunt corporibus
naturalibus, sunt nota esse, quæri-
mus vero cām ipsa essendi, & hinc
constituuntur illorum definitiōes.
Dum autem dixit: Et si iterum hu
ius medij alterum fuerit, iam fit ex
reliquis orationibus. Intendit & si
fuerit medio termino, qui est sup-
plementum definitiōis maioris ex-
tremi causa aliqua eo prior, illa cau
sa fit de supplemento definitionis
eius, scilicet maioris extremi. Dum
autē dixit: Iam fit ex reliquis ora-
tionibus. Intendit, ex orationibus,
quę,

IVRANA

tione ex necessitate subiectū accidē
tis: qm̄ ipse procedet ab hoc subie-
cto p̄cessu dr̄iæ: cūq; acceperit hoc
subiectū extremitatē minorē, & il-
lud, qđ procedit ab ipso p̄cessu ge-
neris, hoc est ab hoc accidente, ex-
tremitatē maiorē: accipiet termi-
nus medius cū cōsequens existentiā
maioris extremitatis in minore, p̄-
veniet ex necessitate definitio ist⁹
accidentis sm profectionem: vt in
exēplo, cū acceperimus loco mino-
ris tonitrus, q̄ est sonitus i nubib⁹:
per quē cōplicuimus syllm: & cùm
dixit: & in nubibus ignis & ventus,
aut ventus conuersiuus: cūq; fuerit
in ipsis hoc, erit in ipsis sonitus. Cō-
cludit.n. ex hoc, q̄ in nubibus est so
nitus p̄pter inctionem ignis, quę est
in ipsis: & ita accidet: cū fuerit ma-
nifesta existētia, & ignota cā de in-
tentiōe tonitrus sm veritatem: qm̄
nota erit existentia, ignota essentia:
hoīes.n. dixerūt de ipso res multas:
hoc est, q̄ notū est ex intētione to-
nitrus, q̄ est sonitus in nubibus: sed
ignotum, q̄d est hoc totum demso
nibus sctæ Nālis: quarū multę sunt
ex hac secta, hoc est, q̄ magna pars
accidentiū: quę sunt in corporibus
naturalibus: est notę existētię: sed q̄-
ritur cāæ existentię ipsorum: & ex
hoc statur super definitionibus ip-
sorū: & cùm dixit: & si inerit huic
cōsimiliter etiam medium alterū,
erit vtiq; ex rōnibus reliquis: sensus
est: & si habuerit terminus medius:
qui est perfectio definitionis extre-
mitatis maioris, causām priorē ip-
so: erit causa illa ex perfectione de-
finitionis ipsius, hoc est extremita-
tis maioris: & cùm dixit: hoc vti-
que erit ex rationibus reliquis: hoc
est,

ABRAM

quæ relictæ sunt de eius perfecta definitione, & nondum est perfecta, quando autem non relinqueretur ibi causa, iam perfecta esset definitio, & non relinquitur ibi res quæ sit huius definitionis pars.

EVRANA

est, ex ratiõibus, quæ derelinquunt A ex definitione ipsius perfecta, & nõ sunt perfectę: cumq; non superfuerit nomen causæ, iam perfecta erit definitio, & non nomẽ rei, erit pars ex hac definitione.

ANT. INTER. TEX. IX.

Qualiter igitur accipitur ipsum quid est, & fit notum, dictum est. Quare syllogismus quidem ipsius quid est non fit, neque demonstratio, planum est tamen per syllogismum & per demonstrationẽ: quare neque sine demonstratione est cognoscere ipsum quid est, cuius est causa alia, neque est demonstratio ipsius, quemadmodum & in dubitationibus diximus. Est autem horum quidem altera quadã causa, illorum vero non est: quare planum, quòd & ipsorum quid est alia quidem immediata & principia sunt, quæ & esse & quid est supponi oportet, aut alio modo manifesta facere, quod Arithmeticus facit, etenim quid est vnitatem supponit, & quod est. B

T.cõ.42 Qũo autem inueniatur ipsum q̃ quid sit, & fiat notum, iã præfinitum est. Igitur syllus de eo quod quid res sit, non est, neq; etiam demõ, excepto q̃ iam p̃ syllm & demonstrationem euidens fit, & ideo non est aditus, vt sciamus q̃ quid sit vlla rerũ, quarum est altera causa, sine demonstratione, neque etiam ipsamet demonstratione inuenitur, prout in nostris dubiis p̃finitum est. Iam autem aliquarum rerũ est causa, quæ sit alia res, & aliquarum non est. Sicq; notum est, q̃ rerum, quarum est quid sit, quarundam non est medium, & illæ sunt principia, & has expedit subiectione supponi, & quòd sint, & quid sint, aut

Dixit Arist. Qualiter igitur in T.c.42. uenitur intentio quid est, & fit nota, iam vtiq; definiuimus: igitur syllus quidem de quid est, non erit, neq; demõ consist ẽt: p̃ęterq; q̃ manifestũ vtiq; per syllm & demõnẽ: & ꝓpea non est via vt sciamus intentionem quid est res de his, quorũ est altera causa sine demõne: neq; cõsist ẽt inuenitur per demõnem per se: quẽadmodum definitũ fuit in dubitationibus. Iãq; inuenitur quorũdã cã, quę est aliquid aliud: quorundã vero nõ inuenit: manifestũ igitur, q̃ rerum consimiliter ẽt, quæ habẽt quid est, nonnullę nõ habẽt medium, et hæ sunt principia, & has vtiq; opꝫ ponere põne q̃a sunt, C

ABRAM

D aut vī et patefit alio mō: hęc au tē scit Arithmeticꝰ, ꝙa ſubiectio ne ponit, ꝙ vnū ſit, & quid ſit.

Cō. 42. .. Dixit: Quomodo autem inuenia tur ipſum ꝙ quid ſit, & fiat notum, iā pręfinitū eſt. i. quo aūt mō cōſtruat rei definitio; & fiat apd nos de mſone nota, poſtq̄ ignota fuerit, iā pręfinitum eſt. Et per hoc inſinuat has cauſas demſonū, quę ſunt definitiones in potentia ꝓxima, & ſunt rerū quarū quidditatem ſunt cauſę aſſirmantes. Dum autem dixit. Igi-

E tur ſyllſ de eo ꝙ quid res ſit non eſt, neque etiā demonſtratio. Intendit, ꝙ iam præfiniuimus ꝙ nō eſt ſyllſ de definitione, hoc eſt, ꝙ non inueniatur quę largiatur definitionem, inquantum eſt definitio: præter ꝙ differat ordo ſuę poſitionis. Iam.n. commonſtratū eſt, ꝙ qñ in pręmiſſis propoſuerimus, ꝙ ſint definitiones, ex illis non concludatur defini tio, ſed hæc eſt petitio: qñ aūt hoc ita eſt, notum eſt, ꝙ demonſtrationes, inquantū ſunt ſyllſ, non cōclu dant definitionem, quia inter defi-

F nitionem & definitum non eſt medium naturaliter ꝙ ſint definitio, ex qua concludatur definitionem ineſſe definito. Verumtñ contingit quibuſdam ſyllſis demonſtratiuis, ꝙ ex eis intelligatur ipſa definitio, & illæ ſunt definitiones, quarū con ditiōes & attributa expleuimus: demonſtratio .n. quæ largitur ꝙ partes illius, quod ſignificat nomē rei, mutuo inſint ob cauſam extra illā, illa iam largita eſt eſſe hanc rem, eiuſque definitionem: ſed hoc proxima potētia: hoc eſt, quia ex quo ſyllſis

BVRANA

& quid ſunt: aut apparet mani feſtum hoc ꝙ modū aliū: & hoc eſt illud, qđ ſcit artifex numeri.

Dixit: qualiter igit inueni intētio q̄d eſt, & fit nota, iā vtiq; definiuimus: ſenſus eſt: ſed qūo ſtat ſup definitione rei, & fit nō per demſonē apud nos, poſtea q̄ fuerit ignota, iā vtiq; definiuimus ꝙ hoc deſigna tū ꝙ hoc ad has cās de demſonibus, quæ ſunt definitiones in potentia propinqua: & hæ ſunt, ſ erunt rerū q̄ ſunt eſſentiales, cauſę conſequentes ipſas: cùm vero dixit: ſyllſus vero de quid eſt, non erit, neq; demōſtratio cōſimiliter ēt ſenſus eſt: qñ cū definiuerimus, ꝙ non erit ſyllſus ſuper definitiōe, ꝙ nō inueniet demſo tradēs definitionē in eo, ꝙ eſt definitio: abſq; eo, ꝙ variet ordo poſitionis ſuæ: & hoc, qñ iam declaratum fuit: qñ cùm poſuerimus in propōnibus, ꝙ ſunt definitiones: ꝙ nō cōcludit ex ipſis definitio: ſed erit hoc petitio: cūq; hoc ita ſit. Planū vtiq;, ꝙ demſones in eo, ꝙ ſunt ſyllſus, non cōcludūt definitionem: qñ nō eſt inter definitionē & definitū medium ſm naturā: qđ ſit definitio, ex qua concludat definitionem ineſſe definitio: ſed accidet q̄buſdam ſyllſis demonſtratiuis: vt intelligat ex ipſis definitio: & hę ſunt demſones, ſ perhciuntur ex condi tionibus ipſorū & diſpoſitionibus ipſarum: & hoc, qñ demonſtratio, quæ tradit, ꝙ partes eius, quod ſignificat nomen rei, inſunt ſubiuicem propter cauſam extra ipſam: iam itaque diximus exiſtentiam iſtius rei & definitionem ipſius: ſed hoc eſt in potentia propinqua: hoc eſt:

Cō. 42.

qñ

ABRAM

ſyllſ largitur, ꝙ vna partium illius quod ſignificat ipſum nomen, inſit alteri per eius cauſam: hinc ſequitur, ꝙ rei definitio ſciatur per eius cauſam: & ideo aggregatū ex hoc eſt perfectiſſima definitionum: & ſm hoc oportet ꝙ intelligatur ſermo Ariſt. in hoc loco. Et ideo dixit in hoc libro, Excepto ꝙ iam per ſyl logiſmū & demſonem euidens ſit, ideſt, quia ſyllſus demōſtratiuus, & ſi non largiatur definitionem, inquantum eſt ſyllſ, tamen definitio deuenit nobis euidens ex eo, poſtq̄ ignota fuerit, ſicut demonſtrationes cauſarum largiuntur cauſas. Et dum dixit: Et ideo non eſt aditus vt ſciamus ꝙ quid ſit vlla rerū, quarum eſt altera cauſa ſine demſone. Intendit, ſed definitio ignota, quæ apparet ex demonſtratione, quę largitur quidditatis cauſam, cuius eſt aliqua cauſa: talis. ſ. definitio nō fit euidens vllo modo, niſi demſone, ſicut eſt definitio ecdipſis, quæ nunquam ſcitur niſi ob demſonē, cuius medius terminus eſt cauſa agens ipſam. Quæ vero cauſa hæc ſit, quarundam rerum eſt effectiua: omnium autē eſt ipſa finalis: forma vero & materia ſunt, quibus quidditas ſibi conſtat: & ſunt illę, quę demſone commonſtrantur per cām. Et dum dixit: Neq; etiam ipſamet demonſtratione inuenitur, prout in noſtris dubijs pręfinitum eſt. Intendit ꝙ impoſſibile ſit ꝙ inueniatur demonſtratio de ipſamet definitione: prout commonſtratum hoc eſt ex prædictis ac dubia huius rei. enuntiauerunt enim præcedentes orationes, quod definitio aut ſcitur demonſtratione, aut nō ſcitur:

&

BVRANA

qm̄ tradit ſyllſs, ꝙ vna partium eius, A
qđ ſignificat nomen ineſt alteri per cauſam ſuā: ſequitur ex hoc, vt ſit definitio rei cognita per cām ſuā: & ꝓpea erit aggregatū ex hoc perfectum definit onū: & ſm hoc opor tet, vt intelligatur oratio Ariſt. in hoc loco. Et ꝓpterea dixit in hoc libro: prætereq̄ ꝙ manifeſta vtique ſit ꝓ ſyllſm: ſenſus eſt: ꝙ ſyllſus demonſtratiuus non tradet definitionem in eo, ꝙ ſyllſus: igitur definitio prouenit nobis manifeſta ex ipſo, poſteaq̄ fuerit ignota: quemadmodū demſones cauſæ tradunt cau B
ſam: & cū dixit: & ꝓpea nō eſt via, qua ſciamus intentionem quid eſt res de ijs, quę habent aliam cauſam abſq; demonſtratione: ſenſus eſt: ſed definitio ignota apparet ex demonſtratione, quæ exhibet cauſam eſſentiæ in eo, ꝙ habet cauſam: nō fiunt manifeſte definitiones talium, niſi per modum aliquem, niſi per demſonem: quemadmodum demōſo de definito defectus: quoniam non ſcitur in ęternum, niſi per demonſtrationem: in qua medius terminus ſit cauſa cōſerens ipſi: atqui C
non eſt hæc cauſa ipſius, niſi efficiēs de aliquibus, & finalis de omnibus: forma autem & materia ſunt illæ, quæ conſtituunt eſſentiam: & ſunt illæ, quæ oſtenduntur per demſonem cām: & cū dixit: neq; cōſiſtēt ineſt demſo ꝓ ſe: quēadmodū ꝑmiſimus I dubitatiōibus nr̄is: ſenſus ē: neq; fieri ꝑt, vt inueniat demſo ſup definitiōe ꝑ ſe: quēadmodū declarata fuit hoc ex ſmonib⁹: q̄ ꝓceſſerūt ſup dubitatiōib⁹ I hac re: & hoc: qm̄ ſmōes ꝓcedētes iudicauerūt ꝙ dñō, ſi ſcit, aut ſcit ꝑ demſonē, aut n̄ ſcit:

NNN iiij cūq;

ABRAM

D & qñ commonſtratum eſt, ꝙ non ſciatur ex demſone, ſequebatur alterum mendacium: ſcilicet quòd definitio non ſciatur, & huius dubij ſolutio fuit notificando quòd aliquo modo definitio ſciatur demonſtratione, & non ſciatur altero modo, & conſtituta eſt demonſtratio de dubio ad duas partes. & ſoluit hoc dubium præmiſſum, & deuenit perfecte ſcientia huius quęſiti. Et expedit te ſcire, ꝙ qñ fuerint hic definitiones, ꝙ nequeunt oſtendi ex demonſtrationibus niſi per ac
E cidens, & per remotum modum, quia non ſint illarum aliquæ cauſę, quæ inferant illis ſuas quidditates, ſi fuerint, niſi ꝙ apud nos ſint ignotæ, viſum eſt Ariſtoteli, ꝙ perfectionis artis definiendi ſit tradere loca, ex quibus educantur præmiſſæ, quę largiantur ꝙ prędicatum ſit ſubiecti definitio, & numerauit illa loca in Lib. Topicorum ſm totum, ideſt loca vniuerſalia huic rei ad eductionem definitionum topicarum, vt inde colligantur loca demonſtratiua. Et proprie decreuit illis librum
F topicorum, quia ſunt demonſtrationes logicæ, dico ex arte Logica. Et poſtq̃ commonſtrauit ꝙ definitiones ſciantur ex demſone: quia rerũ definitionum ſint cauſę extra illarũ eſſentiã, intendit notificare ꝙ quarundã rerum ſint hmõi cãę, & quarundã nõ ſint hmõi cãę. Et d. Iã autem aliquarum rerum eſt cauſa, quæ ſit alia res, & aliquarum non eſt. Et poſtquàm enunciauit, ꝙ rerum ſint duæ ſpecies, quædam ſpẽs, quarum eſt cauſa, & ſunt quarum definitiones commonſtratæ ſunt ex demrationibus conſtitutis de illis:

& quarundam

BVRANA

cũq; declaratum fuerit, ꝙ non ſciẽ per demſoné, ſequitur falſum vnũ, ꝙ non ſcitur, vt ſciatur definitio: & fuit hoc dubium in eo, ꝙ docet, ꝙ definitio ſcitur per demſoné ex parte, & non ſcitur ab altero: & conſtituit demſonem ſuper dubio duorũ laterum: & reſoluit dubium prius, & adduxit quæſtioné in hoc quæſito ſm perfectionem: Et debes ſcire, ꝙ cũ fuerint hic definitiones, non eſt poſſibile, vt fiant manifeſtæ ex demſonibus niſi per accidẽs & pintentioné longinquã: qm̃ non habẽt cauſas ex quibus ſequantur eſſentię ipſarum, ſi fuerint, prætereq̃ ꝙ non ſunt notę apd nos: vidit Ariſt. ꝙ ex perfectione artis definitiuæ eſt, vt tradat locos: ex quibus progrediuntur propõnes, quę tradunt, ꝙ definituo ẽ ꝑdicatũ de ſubiecto: & enumerauit locos illos in lib. dialecticę vſi, hoc eſt locos vſes in hac intentione ad extrahendas definitiones dialecticas & demfatiuas ad colligendũ ex hoc locos demonſtratiuos: & approprauit ipſis librum dialectices: quoniam ſunt demonſtratiui ſermocinantes· hoc eſt ex arte ſermonis. Et poſteaquàm declarauit, ꝙ definitiones ſciuntur vtique ex demonſtratione: quoniam definitiones rerum ſunt ipſis cauſa extra ſubſtantiam ipſorum: vult, quòd nonnullorum inueniuntur cauſæ cum hac diſpoſitione: & nonnullorum non inueniuntur cauſæ cum hac diſpoſitione: & dixit. Iamque inuenitur quorundam cauſa, quæ eſt aliquid aliud: & eſt ea, quę monſtrat definitiones ipſorum per demfationes conſtitutas ſuper ipſis:

quorundam

ABRAM

& quarundam non eſt cauſa, e untiauit quòd hinc ſequatur, ꝙ quarundam rerum, quarum ſunt definitiones, de quibus non conſtituatur demonſtratio, ex qua euidens fiant illarum definitiones, quia illarum non ſit medius terminus, qui ſit cauſa exterior, & quòd harum definitiones ſint p ſe notæ. Et dixit: Sicq; notum eſt, quòd rerum, quarum eſt quòd quid ſit: quarundam non eſt medium, & illæ ſunt principia, id eſt, ſicq; notum eſt, quòd rerum, quarũ ſunt definitiones, quarum nõ eſt medium, quòd illarum definitiones ſint per ſe notæ, aut ſupponuntur vt notæ, ſi illarum cauſæ in alia arte ſunt ſcitę. Et ideo artifex illas ſupponit ſubiectione, dico ꝙ ſupponat illas eſſe, & illud ſignificauit quando dixit: Et has expedit ſubiectione ſupponi, & quòd ſint, & quid ſint. Hæ autem ſunt, vt puncti definitio in Geometria, & vnius in Arithmetica. Et quãdo harum ſunt duæ ſpecies, quædam per ſe notæ eſſe, & quædam, quæ indigent commonſtratione, Dixit: Aut videtur & patefit alio modo, hic autem ſcit Arithmeticus, id eſt, ſi illas eſſe eſt ignotum, expedit commonſtrare illas eſſe in alia ſciẽtia eo modo quo facit Arithmeticus de eſſendo vnũ & de ipſius definitione. Deinde dixit: Quia ſubiectione ponit, quòd vnũ ſit, & quid ſit, id eſt quia Arithmeticus recipit vnum eſſe, eiusq; definitionem ſimul, & ſupponit hoc.

BVRANA

quorundã vero non eſt cauſa: enun A
tiauit, ꝙ ſequitur ex hoc pars illius, quod habet definitiones: ſuper quo non conſiſtit demonſtratio: intelligit definitiones ipſorũ ex ipſo: quoniam non habent terminum mediũ, qui eſt cauſa extrinſeca: quòdq; definitiones iſtæ ſunt per ſe notæ: & dixit. Planum itaq;, ꝙ eorum cõ ſimiliter etiã quæ habent quid eſt, nonnulla nõ habent medium: quę ſunt cõcluſiones: ſenſus eſt: Planum itaq;, ꝙ eorũ, quæ habẽt definitiones, nõ habent medium, ꝙ definitio nes ipſorũ ſunt notę p ſe, aut ponun B
tur in notis: ſi fuerint cauſę ipſorũ notę in arte alia, & propterea poſuit ipſam artifex poſitionẽ, hoc eſt poſuit exiſtẽtiã ipſius: & hoc eſt, quod ſignificauit, cũ dixit: & de his vtiq; ſequit, ꝙ ponant poſitione, ꝙ ſunt, & quid ſunt: & hęc, quẽadmodum definitio pũcti in geometria, & vnitatis in numero: cumq; ita ſe habuerint iſtæ duæ ſpẽs, ꝙ ex ipſis aliquæ ſunt notæ exiſtẽtiæ, & ex ipſis aliquę indiget monſtratione: dixit. Et apparet, aut manifeſtũ ſit hoc p modũ aliũ: & hoc illud, quod nouit arith- C
meticus: ſenſus eſt: & ſi fuerit exiſtẽtia ipſius ignota: oportet, vt monſtret exiſtentia ipſorum p ſciam alteram ſm modum, quo facit artifex numeri de exiſtẽtia vnitatis & definitione ipſius. D.d. Et hoc, cm̃ ponit poſitionẽ, quia vnitas eſt, & quid eſt: hoc eſt, ꝙ artifex ſciæ numeri ſuſcipit exiſtentiã vnitatis & definitionem ipſius ſimul, & ponit hoc.

I. 9. pars *Habentium autem medium, & quorum eſt aliqua altera cauſa ſubſtantia, eſt per demonſtrationem, quemadmodum diximus, oſtendere non ipſum quid eſt demonſtrantes.*

Res Dixit

ABRAM

T.c.43 D Res vero, quarum sunt media, & quarū subſtantiæ eſt cauſa aliqua, quæ ſit alia res, iam ſcitur illa & demōſtratione eui dens ſit, vt diximus: nos enim non commonſtramus ipſum q̄ quid ſit.

Cō.43 Hoc quod dixit intelligitur ex præcedentibus, ſcilicet quòd rerum, quarum ſunt cauſæ extra illas, ſ. quę ſunt cauſa ſuarum quidditatum, ipſarum definitiones ſciuntur, & eduE cuntur demonſtrationibus, quæ de illis fiunt ex illis cauſis: demſo enim non largitur definitionem inquantum eſt ſyllogiſmus demōſtratiuus. Et hoc intendebat quando dixit: Nos enim non commonſtramus ipſum quòd quid ſit.

SVRANA

Dixit Arist. Eorū vero, quæ T.c.43 habēt media: & in quib⁹ eſt de ſubſtantia quid eſt res alia, iam vtiq; ſcitur & apparet p demonſtrationē, quemadmodum dixi mus: q̄m nos vtiq; non oſtendi mus intentionem quid eſt.

Hoc, quod dixit, intelligit ex pręCō.43 cedentibus: quod eſt, q̄m eorū, quæ habēt cauſas exeūtes ab ipſis: hoc ē, quorum eſſentiæ inuenitur cauſa: iam vtiq; ſciunt definitiones ipſorum, & manifeſtæ fiunt ex demonſtrationibus, quæ efficiuntur ſuper ipſis ex illis cauſis: q̄m demonſtratio tradit definitionē in eo, q̄ eſt ſyllſs demonſtratiuus: & hoc eſt, quod voluit, cū dixit: quoniam nos vtiq; nō oſtendimus intentionem quid eſt.

T.9.pars *Definitio aũt, quoniam eſt oratio ipſius quid eſt, manifeſtũ eſt, quòd aliqua quidem erit oratio quid ſignificat nomen, aut oratio altera nominalis. Vt quid ſignificat quid eſt ſecundum quòd triangulus, cuius habentes quòd eſt, quærimus propter quid eſt, difficile eſt autem ita accipere, quæ non nouimus quòd ſunt, cauſa vero dicta eſt prius difficultatis, quoniam neq; ſi ſunt, aut non, nouimus, niſi ſecundum accidens.*

T.c.44 F Definitio dictū eſt, q̄ ſit oratio quędā: quia manifeſtū eſt, q̄ vna ſit q̄ dicat nomē, aut aliud quod vicē ſignificationis nominis gerit. Exempli gratia, quid ſignificet trigonus hic: q̄n nobis fuerit q̄ ſit, quærim⁹ cur hic ſit. Difficile enī eſt ſumere res, quas neſcimus an ſint, ob ipſarū cauſas, ſed ob aliquod ipſarum accidentium. Difficultatis autē cauſam in pręcedentibus diximus: nos enim neſcire mus ſit ne, niſi per accidens.

Dum

T.c.34 Dixit Ariſto. De definitione vero, qđ dixim⁹, q̄m eſt oro qd eſt: planū vtiq;, q̄ vna ē hæc, q̄ dicit, quid ſignat nomē, aut oro intrās ſ. capſm ſignationis noſ: vt in exēplo, qd ſignificat, quid eſt triāgulus iſte: in eo, q̄ habuerimus, q̄ ipſe eſt, quæremus pp qd eſt: & hoc, q̄m difficile eſt, vt accipiamus ea, de quibus nō nouimus, ſi ſunt: cām vero difficultatis iā narrauim⁹ in p̄cedētib⁹: q̄m non nouimus, ſi eſt, aut non per Deum, niſi ſm accidens.

Dixit:

ABRAM

:6.44 Dum dixit: Definitio dictum est quòd sit oratio quædam. Intendit definitionis definitio est oratio quę rei quidditatem significat. Et postq̃ definierat definitionẽ, cœpit distinguere species, de quibus dicitur definitionis nomẽ. Et dixit: Quare manifestum est quòd vna sit quæ dicat quid nomen significet, id est, vna orationum, pro quibus absoluitur definitionis nomen, est oratio explicans nominis significationem, & sit de rebus ignotis esse. prout quæreretur quid nomen vacui significet, & nomen naturæ: & diceretur, quòd vacuum significet locum, in quo nihil assistat: & quòd naturæ nomen significet corporum principium, quo secundum se mouentur & quiescunt, præter quòd apud nos sit de vacuo vtrum sit, aut non sit? notum autem est, quòd vis horum significationis sit vis ipsi⁹ nominis. Et tales definitiones sunt, quæ ponuntur initium scrutinij de essendo rem quando quidditatum harũ rerum fuerint causæ, prout in exactis diximus. Et dũ dixit: Aut aliud dictum quod vicem significationis nominis gerit. Intendit, per illud orationes exponentes nomina rerum, quæ apud nos sunt sine suis nominibus, & ideo, prout puto, posuit illas inter gerentes vicem nominis significationis, id est inter res, quas ignoratur esse. hoc aũ tita fuit, quoniam res, quas nescitur esse, ob suas causas, non veræ sciuntur esse p definitiones, quæ sunt talium rerum, & ipsę similes sunt definitionibus, quæ sunt orationes nomina explicantes. Deinde deduxit exemplum definitionũ huius speciei, Et dixit:

Exẽpli

SVRANA

Dixit: De definitione vero, quod diximus, qm̃ est oratio quid est: sensus est: & definitio definitionis, est, oratio significans super essentia rei: & posteaq̃ posuit definitionem, cœpit distinguere spẽs, I quas diuidit nomẽ definitionis: & dixit. Planũ vtiq;, q̃ nõ est hęc, q̃ dicit, quid signũat nomen: sensus est, & vna orationũ, sup quibus dimittit nomen definitionis, est oratio declarans significationẽ nominis: & erit de rebus ignotæ existẽtiæ: quẽadmodũ si dicat, quid significat nomen vacui, & nomẽ naturę: & dicat, q̃ vacuum significat locũ, in quo nõ est corpus: & q̃ nomẽ naturæ significat principiũ corporũ, quę mouent & quiescũt p se: absq; eo, q̃ habeamus de vacuo, si est, aut nõ est: & manifestũ q̃ potẽtia significationis istorũ, est potentia nois, sed definitiones istę ex sunt, q̃ ponũt principiũ inquisitionis de exntia in eo, q̃ sunt essentiales res istæ causæ: quẽadmodũ dixim⁹ in pcedentib⁹: & cũ dixit: aut oratio vna posita in capso significationis nois: intelligit p ipsum orationes declarantes noĩa rerũ, q̃ sunt apud nos absq; noibus suis: & ppea posuit ipsas sm̃ q̃ existimo intrãtes in capm̃ significatiõis nois, hoc est in capm̃ rerũ: quarũ ignorat existẽtia: atqui fuit hoc ita: qm̃ eorum de quibus nõ scitur existentia ipsorum pp causas suas, non scit̃ vtiq; existentia ipsorũ sm̃ veritatẽ: quemadmodum definitiones, quæ sunt de huiusmodi reb⁹: quæ assimilantur definitionibus, q̃ sunt orationes declarantes noĩa. Deinde adduxit exemplũ istius speciei definitionũ, & dixit: exemplũ huius qd signũat, quid est triãgulus: sensus est:

exẽplũ

ABRAM

D Exempli gratia quid significet trigonus, id est, exempli gratia, quando Geometra exponit trigoni nomen quòd sit figura tribus laterib⁹ contenta, quia hæc est trigoni definitio ex parte, qua trigon⁹ est, apud nos notus esse, & est notum per nominis significationem ex parte qua trigonus non est apud nos notus esse per eius causam, & ex hac parte similis est orationibus explicantib⁹ nomina, hoc est, quæ esse simpliciter ignoratur. Et propterea quia hæc est trigoni dispositio, scilicet ꝙ
E apud nos sit notus esse, non per ipsius causam, Dixit: Quando nobis fuerit quòd sit quærimus cur hic sit, id est de talibus definitionibus cõsideratur nobis quæsitum cur sit: hæ nanque definitiones fiunt de rebus notis esse, hoc cognitionis modo, dico de rebus notis esse non per ipsarum causas. Dum autem dixit: Difficile enim est sumere rés quas nescimus an sint ob ipsarum causas, sed ob aliud ipsarum accidentium. Dixit autem hoc, quia difficile aut impossibile est, quòd sciantur causæ rerum, quæ sunt notæ esse
F per rem accidentalem. nam ex quo debilis est nostra cognitio de essendo tales res, quia non sunt notæ esse per suas causas, ideo difficilis est nobis cognitio suarum causarum, & cognitio suarum definitionum per ipsarum causas, quoniam scientia essendi rem est prior cõditio quàm scientia illius quidditatis, & quando apud nos sunt debiles hę notitię, quæ scilicet præassumptæ sunt cõditiones ad cognoscẽdã definitiones,

difficile

EVRANA

exemplum huius, ꝙ quod monstrat Geometra nomẽ trianguli ex eo, ꝙ est figura triũ laterũ, qm̃ hæc est definitio triãguli ex parte, qua ẽ trian, gulus notæ existentiæ apud nos: & ipsa plane declarat ex pte, qua trian gulus, nõ est notæ exĩtiæ apud nos p causam suã: & ipsa ex hoc modo assimilat orationibus declarãtibus nomina, hoc est, quorũ ignoratæxistentia absolute: & qm̃ hæc est intẽtio trianguli, hoc est, qm̃ habemus notã existẽtiam non p causam suã: dixit hoc: qm̃ de eo, qđ fuerit apud nos existens, quæremus ꝑꝑ quid ẽ: sensus est: etemplum vero horũ, de quibus consideramus quæsitum ꝑꝑ quid est: & hoc, qm̃ definitiões istę, erunt vtiq; de rebus notæ existẽtiæ p hunc modũ cognitionis, hoc est rerũ notæ existentiæ non ꝑꝑ causas suas: & cùm dixit: & hoc, qm̃ ꝑ modum difficile vtiq; est, vt accipiam⁹ ea, de quibus non nouimus si sunt: sensus est: & consistentia sup huiusœmodi definitionibus rerũ, est difficilis nimis, hoc est rerũ: de quibus nõ nouimus, ꝙ sunt ꝑꝑ causas suas, sed ꝑꝑ aliquod accidẽtiũ: atqui hoc ita est, qm̃ difficile est, aut impoſſe, vt sciant causæ rerum notæ existentiæ, vt dispõ accidentiũ: & hoc, qm̃ cognitio nostra de existentia huiusœmodi rerũ est leuis, qm̃ non nouimus existentiam ipsarum ꝑꝑ causas suas, difficilis est nobis cognitio causarũ suarum, & cognitio definitionum suarũ ꝑꝑ causas suas ꝑꝑ cognitionem existentiæ rerũ, posuit conditionẽ prius de cognitione essentiæ ipsius: cùmq; habuerimes cognitiones illas leues, hoc est, in q̃b⁹ ponit pri⁹ cõdõ de cogõne definõis:

durũ

ABRAM

difficile est nobis constituere definitionem ob ipsius causam. Et illud est quod insinuabat quando dixit: Difficultatis autem causam in præcedentibus diximus: Hoc est, quòd rerum, quarum esse cognoscitur non per ipsarum causas, non est aditus ad scientiam ipsarum causas, nisi per accidens: prout dixit de constituendo eclipsim, si fit eius vmbrario tempore oppositionis vmbra. simile est illud, quod dixit de essendo trianguli, illi, quod dixit de illo, quod dixit de scientia essendi eclipsim per rem posteriorem ea. ambo enim includunt notitiam essendi nō per causam. equum enim est de rebus, quas esse scitur ex rebus posterioribus, siue ipsarum fuerint aliquæ causæ, siue non, ambæ enim includunt quòd scientia essendi illas sit imperfecta.

EVRANA

durum est nobis cōsistere sup definitione pp cām ipsius: & hoc est, q̄ A
definauit: cām vero difficultatis in narrauimus in p̄cedentib⁹: hoc est, qm eorū, quorū scit' existētia non pp cām suam, nō est vtiq; via ad cognitionē definitionē, neq; per accidens: quēadmodum quod dixit, de cōsistentia sup defectu, ex eo, q̄ si ē comparanti vmbra in tpe opponis: causa vero ipsius hæc est: quā dixit de existentia trianguli, quā dixit, de cognitione existentiæ defectus pp rem posteriorē ipsa: qm vtrunq; ipsorum cōprehendit cognitionē exi B
stentiæ non pp causam: & hoc, qm eorū, quorū non scitur existentia p causas suas, scit' existentia ipsorum ex rebus posterioribus, q̄ hoc est ipsis causā, aut nō: & hoc, qm vtrunq; ipsorum comprehendit, q̄ cognitio de existentia ipsorum deficit.

ANT. INTER. TEX. X.

Oratio autem vna dupliciter est, hæc quidem connectione, vt Ilias, illa vero vnum de vno significans non secundum accidens. Vna quidem definitio est definitionis, quæ dicta fuit. Alia autem est definitio oratio significās propter quid est: quare prior quidem significat quidem, monstrat autem non, posterior vero, manifestum est quod erit tanquam demonstratio ipsius quid est, positione differens à demonstratione. differt enim dicere, propter quid tonat? & quid est tonitrus? dicet enim hoc quidem, quoniā extinguitur ignis in nubibus, quid autē est tonitrus? sonus ignis, qui extinguitur in nubibus: quare eadem oratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio. C

T.c.45 Oratio aūt vna dicit' fm duas ſpecies. quarū vna est p coniunctionē, ſicut est quod. Altera aūt est, qn̄ vnum de vno ſignificat non ſm accidens: vna aūt definitionum est illa, q̄ nunc dicta est.

Et

Dixit Ariſt. Oratio aūt dī vna T.c.45
ſm duos modos: quorum vnus est, vt ligamentū graduū: alter vero in eo, q̄ ſignat vnū de vno nō p viā accidētis: vna aūt definitionū hęc est, q̄ dicta est nūc.

Iam

ABRAM

D Et inuenit altera definitio, quæ est oratio explicans, cur res fit: præcedens autem hæc significat quidem significationē quandam: verum tamen non cōmonstrat commonstrationem: hæc autem altera notū est quòd fit, sicut demonstratio cur fit, sed positione differt à demonstratione. Est enim differentia dicere, cur tonat: & dicere, quid tonitruum sit: ad hoc enim respondetur, quia ignis, qui est in nu-
E bibus, extinguitur: sed ad quid fit, respondetur quòd sit sonus ignis extinctionis in nubibus. vna ergo eadem oratio dupliciter dicitur: illo autem modo est demonstratio continua: hoc vero modo est definitio.

Cō.45. Ex quo intēdebat enūciare quot modis dicat definitio, cū definitio sit oratio vna: ipsa autem oratio dr vna multipliciter, intendit notificare quot modis dicatur vna ad exponendum hinc significatū, quo defi-
F nitio dicat oratio vna. Et dixit: Oratio aūt vna dicitur fm duas species, quarum vna est per coniunctionē, sicut est quod, idest de oratione dr, ꝙ sit vna oratio, occasione dictionū coniunctionis, quibus cōiungitur, sicut hoc, quod sic vocatur. Dicitur autem ite illis ꝙ sint vna, quia illarum partes sunt coniunctę inuicem per dictionem coniunctionis, cum in rei veritate sint orationes multę. Deinde dixit: Altera autem est, qñ vnum de vno significat, nō fm accidens, id est, ꝙ vna oratione significetur vna res, nō secundū accidens.

iam

BVRANA

Iam vero inuenit definitio alia & est oratio docens ꝓꝓ quid est hoc: & prior quidem significat significatione, monstratione autem non monstrat. Planum aūt, ꝙ hæc altera est tanquā demōstratio de quid est, sed diuersificatur à demōstratione sitv: & hoc, qm̄ inter hoc, quod dicitur, ꝓꝓ quid tonat, & inter hoc, quod dicitur, quid ē tonitrus est dria: & hoc, qm̄ respondebit vtiq, in hoc quidem, quoniā ignis, qui est in nubibus extinguitur: quid est autem, respondebit vtiq de ipso, quòd est sonitus extinctionis ignis in nubibus: oratio igitur vna et eadē dicitur fm duos modos: & illo qdē modo est demōstratio continua, hoc autem definitio.

Posteaq̄ voluit enuntiare secundum quot modos dicitur definitio, & definitio est oratio vna, & oratio vna dicitur fm modos: vult docere fm quot modos dicitur ad introducendum ex hoc intentionē, per quā dicitur in definitione, oratio autem dicitur esse vna fm duas species: quarum vna est, vt ligamentū graduū: sensus est: oratio autem dicitur esse vna ꝓꝓ literas ligamenti, per quas ligatur: quemadmodum quæ vocantur ita: atqui dicitur de ipsis, ꝙ sunt vnum: qm̄ partes suæ coniungūtur inter se per dictiones cōiunctionis: sed tñ verificātur verificatione orationum plurium. Deinde dixit: Et vna in eo, ꝙ significat vnū de vno non per viam accidentis: sensus est: ꝙ significat per orationem vnā, intentionem vnam non per accidens:

Cō.45

et

ABRAM

iam enim oſtenſum eſt in Peri hermenijs, ꝙ oratio, cuius compoſitio eſt compoſitio conditionis, & adiectæ clauſulæ, quæda eſt vna per ſe, & quædam eſt vna per accidens, & ſm hoc voluit notificare hinc, ꝙ definitio ſit oratio vna per ſe, non ſm accidens. Quidam vero, qui expoſuit hunc librum, dixit, ꝙ intenderit in hoc eius dicto ſignificare orationẽ enuntiatiuã, quæ eſt vna, cuius prædicatum ſit vna dictio ſignificans vnam rem, & ſiſt ipſum ſubiectum: & hæc etiam eſt res, quam oſtenderat in Libro Peri hermeniarum: ſed prima expoſitio eſt magis conueniens huic loco, tanto fortius cũ ei⁹ dicto non ſm accidens. D. d. Vna autem definitionum eſt illa, quæ nũc dicta eſt. i. definitio in quam introducitur cauſa inferens quidditatem definito, ſicut definitio trigoni & definitio circuli. D. d. Et inuenitur altera definitio, quæ eſt oratio explicans cuit res ſit, ideſt, in uenitur altera ſpecies definitionis, cui⁹ vis eſt vis demonſtrationũ, quæ largiunt definitionis cauſas: hoc eſt, quæ largiunt ipſam definitionem, & ipſius cãm: & hę ſunt definitiones, quarũ eſt cauſa, ꝙ ſit quidditatis cauſa, put in præhabitis dixerat, ſicut eſt definitio eclipſis: & definitio tonitrui, hoc eſt definitiones, de quibus dr̃, ꝙ euidentes fiant ex demonſtratione: & ꝙ demonſtratio non largiatur illas per ſe. Et dum dixit: Præcedens aũt hęc ſignificat quidem ſignificationem quandam, verũtamen non commonſtrat commõſtrationem. Intẽdit primã ſpeciẽ definitionum, quã dixim⁹, ꝙ ſignificet eſſe rem definitam, ſed ꝙ non cõmonſtret illã,

ideſt

BVRANA

& hoc, qm̃ iam declaratũ fuit in Interpretatione, ꝙ orationũ quæ cõponunt compõne conditionis pligamentũ, aliqua ẽ vna p ſe, & aliqua vna per accidens: & pp iſtud, voluit docere ex hoc, ꝙ definitio ẽ oratio vna per ſe, non per accidens. Nonnulli vero eorũ, qui expoſuerunt librum hunc, dixerunt, ꝙ voluit p ſermonem iſtum ſuũ ſignificare orationẽ determinatã, quæ eſt vna, & eſt, ꝙ prædicatũ ipſius ſit dictio vna ſignificãs ſup intentione vna, & ita ſubiectũ: & hanc rem vnam conſtr etiam iam declarauit in libro de Interpretatione: ſed expoſitio prima ẽ decentior hoc in loco: eo maxime cum eo, quod dixit, non per viã accidentis. Deinde dixit: Vna definitionum ea eſt, quæ dicta eſt nunc, hoc eſt definitio, p quam non adduxit cauſam conſequentem definitum: quemadmodũ definitio triãguli & definitio circuli. D. d. Iamq́, inuenitur definitio vna, & eſt oratio docẽs pp quid eſt res: ſenſus eſt: iamq́; inuenitur ſpecies vna definitionis, & eſt ea, cuius potentia eſt potentia demonſtrationum, quæ tradunt definitionem & cauſam ipſius: & iſtæ ſunt definitiones, quæ habent cãm, quæ eſt cauſa eſſentiæ, ſm id, quod dixit in præcedentibus: quemadmodum definitio defectus, & definitio tonitrus: hoc eſt deſiões, de quib⁹ dr̃, ꝙ manifeſtę fiunt ex demõne, quodq́; non tradit ipſas demonſtratio per ſe: & cùm dixit: ſed hęc prior ſignificat vtiq; ſignificatiõe, ſed nõ monſtrat monſtratione: ſenſus eſt: & ſpes prima definitionum, quas diximus, ſignificat vtiq; exiſtentiã rei definitæ: ſed non monſtrat ipſam:

hoc

ABRAM

D id est, ꝙ de his definitionibus nō fit demfo. Rerū enim notarum esse si ſcia fuerit ob ipſarū cām, via est ex ſuis cauſis ad ſuas definitiones, & hæ demfones ſunt quæ ſunt definitiōes in potentia: ſi aūt ignorū fuerit eſſe tales res, cauſa aūt fuerit nota, procedit a cauſa ad ſcīam eſſendi & quidditatis. Si vero ipſas eſſe non fuerit ob ipſarū cauſas, difficilis fit ſcia ipſarum definitionū ob ipſarum cauſas, aut eſt impoſſe, ſi illarū non ſint cauſæ. Dum aūt dixit: Hæc autem altera notum eſt, ꝙ fit, ſicut demfo
E cur fit, ſed poſitiōe differt demfone. Intendit, ſpecies vero definitionū, quæ eſt definitio, in quā deſert deſo ris cauſa, eſt in potentia demfo ſim pliciter de definitione, id eſt, ꝙ largiatur eſſe definitionem, & eius cau ſam ſimul. Differūt autem tales definitiones & demfonēs ordine & po ſitione: hoc eſt, quia demonſtrationum compoſitio ſit cōpoſitio oratio nis enūtiatiuæ, & definitionis cōpoſitio ſit compoſitio conditionis & corroborationis clauſulæ, ac etiā quod præponitur in vna poſtponit
F in altera. Quia autem dixerat, ꝙ nō ſit dſia inter hanc demfonem & definitionem, niſi poſitione, eſſet alicuius dicere, ergo quod largit ipſa demfo eſſet idem illi, quod largit definitio. Tu autē iam euitaſti hoc, & dixiſti, ꝙ quæſitum quid ſit res, ſit aliud a quæſito cur ſit. Vult ergo notificare, ꝙ inter demfonem vnde colligit, & Iter defini ionē vnde colligit, ſit dſia ſm rem. Et dixit: Eſt. n. dſia dicere cur tonat, & dicere quid ſit tonitruū i. dicim⁹ aūt ꝙ deſiō dif ferat a demfone in cōmonſtrando, ꝙ Iter ipſas ſit dſia, eſt, qa oratio,

qua

BVRANA

hoc eſt, nō eſt in iſtis definitionibus demfo: & hoc, qm ea quæ ſunt notę exiſtentiæ, ſi fuerit ſcīa exiſtētię ſuę ꝑꝑ cauſas ſuas, erit vtiq; via ex cauſis ſuis ad definitiones ſuas: & ex demonſtrationes eæ ſunt, quæ ſunt definitiones in potentia: & ſi fuerit exiſtentia in huiuſcemodi rebus ignotas, cauſa cognita proceſſus à cauſa ad cognitionē exiſtētiæ & eſſentiæ: ꝙ ſi fuerit exiſtentia ipſarū non ꝑꝑ cauſas ipſarū, difficilis vtiq; erit cognitio definitionū ſuarum ꝑꝑ cauſas ſuas, aut nō erit poſſe, ſi nō erunt ipſis cauſæ: & cùm dixit: Planū aūt, ꝙ hæc altera tanquā demfo de quid eſt: ſed diuerſificarur demfo per poſitionem: ſenſus eſt: ſpecies aūt definitionum, quæ eſt definitio, ꝑ quā adducitur cauſa extrinſeca, eſt in potentia demfo abſoluta de definitione, hoc eſt tradens exiſtentiā definitionis & cām ipſius ſimul: ſed diuerſificantur in talibus definitiones & demfones I ordine & poſitione, hoc eſt, qm̄ proceſſus demfonū eſt proceſſus oronis determinate, ſed proceſſus definitionis eſt proceſſus conditionis & ligamēti. Amplius quod præcedit in vno ipſorū, ſequit in ſecundo: & ꝓpterea quia dixit: ꝙ nō eſt dſia inter hanc demfonem & definitionem, niſi in ſitu. Poſſet aliqs dicere: igit quod tradit demfo eſt idem cum eo, quod tradit definitio, ſed iā mouiſti hoc & dixiſti, ꝙ quæſitum quid eſt, nō eſt quæſitum ꝑꝑ quid eſt: vult docere, ꝙ inter demōſtrationē, quæ aggregat ex ipſa, & inter definitionē, quæ aggregat, eſt dſia in re: & dixit hoc: qm̄ ſiue dicat, ꝑꝑ quid tonat, ſiue dicat, quid ē tonitrus, eſt dſia: quoniam oratio,

quæ

ABRAM

qua respondetur, rñsione ad quid sit tonitruum, & oratio qua respondetur rñsione ad cur sit tonitruũ, differunt solo ordine. D d. Ad hoc enim respõdetur, quia ignis, qui est in nubibus, extinguitur, sed ad quid sit respondetur, ꝙ sit sonus ignis extinctionis in nubibus, i. respondetur enim quærenti, cur fiat tonitruum in nubibus, dicẽdo, quia ignis, ꝙ est in nubibus, extinguitur, & rñsione ad cur sit tonitruum respondet, ꝙ sit sonus extinctionis ignis in nubibus, & postponitur quod ibi præponebatur, & expressa ẽ oratio alia expressione. Et constante sibi de hoc dixit: Vna ergo eadem oratio dr dupliciter, illo aũt modo est demo cõtinua, hoc vero mõ est definitio. i. iã itaq; cõmonstratũ est, ꝙ sit vna eadẽ res, quæ dupliciter dicatur, quæ qñ vno modo dicuntur fit demonstratio continua, qñ vero dicuntur altero modo fit definitio perfecta.

EVRANA

quæ ponit in respõsione quid est tonitrus diuersificat ab ipsa in ordine tantum. D.d. Et hoc, qñ ipse vtiq; respõdebit, eo, ꝙ ignis, qui est in nubibus extinguitur: quid est vero re spondebit de ipso, ꝙ est sonit⁹ extinctionis ignis in nubibus: sensus est: & hoc, qñ respondebit vtiq; apud interrogãtem per quid est tonitrus in nubibus: in eo, ꝙ dicitur, quoniã ignis, qui est in nubibus extinguit: & respondebitur in ipso respõsioni quid est tonitrus, qñ est son⁹ extinctionis ignis in nubibus: & sequitur hic, quod præcedit ibi: & procedit oratio absq; ꝓcessu isto: & posteaq̃ stabiliuit hoc, dixit, oratio igit vna & eadem dicitur fm duos modos: & illo quidem est demonstratio continua: hoc autem definitio: sensus est: Iam igitur declaratum est: ꝙ vnum & idẽ dicitur fm duos modos: fi in eo, ꝙ dicitur secundum modũ vnũ, est definitio perfecta.

T.10.ps *Amplius definitio tonitrus est, sonus in nubibus, hoc autem est ipsius quid est demonstrationis conclusio, immediatorum autem definitio positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Est igitur definitio, vna quidem oratio ipsius quid est indemonstrabilis, vna vero syllogismus ipsius quid est casu differens à demonstratione, tertia autem demonstrationis ipsius quid est conclusio.*

T.c.46 Iterũ tonitrui definitio, quæ est, ꝙ sit sonus in nubibus: est demonstrationis cõclusio de eo ꝙ quid sit. Et definitio rerũ, quarum non est medium, est subiectio ad ipsum ꝙ quid sit, quę demonstratione non cõmonstrat. Vna ergo partiũ definitionis est oratio de eo ꝙ qd res sit demonstratione nõ commonstrabilis.

Dixit Aristo. Amplius definitio tonitrus est sonitus in nubibus, & hæc est conclusio demonstrationis fm intentionem quid est: definitio aũt eorũ, quæ non habent medium est positio intẽtionis quid est indemõstrabilis: vna igitur partium definitionis, est oratio de intentione quid est res indemonstrabilis; T.c.46

ABRAM

D Altera autem est sylls de eo ꝙ quid sit ordine à demfone differens: tertia autem est demõstrationis de eo quid sit conclusio.

Cõ.46 Postq̃ notificauit qualis sit dispõ demfonũ cũ defiõnibus, i. ꝙ explicuit demfones, ex quibus fit euidẽs definitio ex demfonibus, ex quibus nõ fit euidẽs definitio, voluit notificare hic huius cõuersam, ſ. dispõnẽ definitionũ cum demfonib⁹. Et dixit: Iterũ tonitrui definitio, q̃ est, ꝙ sit sonus in nubibus, est demfonis
E cõclusio de eo ꝙ quid sit. i. ex eo qđ diximus de dispõne demfonum cũ definitionibus, vt ꝙ definitiones ex ea parte, qua comparant demõstrationibus, sunt trium specierũ: definitio, quæ est demfonis conclusio: sicut dicimus in tonitrui defiõne. ꝙ sit sonus in nubibus. & definitio, ex qua est demfonis conclusio qñ autẽ connectit suæ causæ, & secũ capit est demfo positione differẽs, & hęc ẽ altera spẽs defiõnis perfectæ. Et postq̃ meminerat de hac specie definitionum, de qua dixit, ꝙ sit demfonis cõclusio, narrauit secundã spẽm de-
F finitionũ, q̃ est demfonis principiũ: & illę sunt defiões, q̃ procedũt fm viã præmiſſarũ primarũ. Et dixit: Et definitio rerũ, quarũ non est media, est subiectio ad ipsum ꝙ qd sit, quæ demfone non commonſtrat. i. tertia est spẽs definitionũ, quæ sunt definitiones, quæ sunt rerum, quæ non commonſtrãtur ſyllo, ſed sunt p se notæ, ſ. definitiones, de quarum re cõmonſtrat ꝙ sint definitiones rerũ, q̃ sunt, & illæ sunt q̃ procedũt tramite præmiſſarũ demfonis, i. ꝙ sint demfonũ ꝓmiſſæ: Et dõ dixit:

Quarũ

VNIVAR

& vna sylls intẽtionis quid est: differẽs à demonſtratione in ordine, & tertia conclusio demonſtrationis ſuper quid est.

Posteaq̃ docuit, qđo se habet in- Cõ.46
tentio demonſtrationum cum definitionib⁹, hoc est declarauit demonſtrationes, ex quibus manifesta fit definitio à demonſtrationibus, ex quibus non fit manifesta definitio: vult docere hic contrarium huius: quæ est intentio definitionum à demonſtrationibus: & dixit. Amplius definitio tonitus, q̃ est sonit⁹ in nubibus: quæ est conclusio demonſtrationis de intentione quid est: sensus est: & propter illud, quod diximus de intẽtione demonſtrationum cũ definitionibus, manifestum est, ꝙ definitiones ex parte, qua proportionantur, sunt trium specierũ: definitio, quæ est conclusio demonſtrationis: quemadmodum diximus de definitione tonitus, quòd est sonus in nubibus: quoniam hęc definitio, cùm experitur, inuenitur species demonſtrationis: in qua terminus medius est causa, vt sit sonus in nubib⁹: & ex definitione est conclusio demonſtrationis: cùmq̃ experitur simul cum causa sua, & accipitur simul cum ipsa, et it demonſtratio variata positione: & hæc est species secunda definitionis perfectæ: & posteaquàm mentionem fecit de hac specie definitionũ, & est ea, de qua dixit, conclusio demonſtrationis, mentionem fecit de secunda specie definitionum, quæ est principium demonſtratonis: quæ sunt definitiones, quæ procedunt via propositionum primarum: & dixit:

Et

ABRAM

Quarum non eſt medium. Poteſt eſſe quòd per illud intelligãtur duæ ſententiæ, quarum vna eſt, quarum non ſit medium ſimpliciter, & hæ ſunt definitiones per ſe notæ, quæ ſunt ipſæ definitiones, & poteſt eſſe quòd intendat, quòd earum non ſit medium in arte, in qua ſubijciuntur, & earum ſit medium in arte ſuperiori quàm ſit illa: & ga illa eſt de duabus ſpeciebus, incluſit illas, quòd artifex ſupponat has duas ſubiectiones, Et dixit: Eſt ſubiectio ad ipſum quòd quid ſit, quæ demonſtratione non commonſtratur, id eſt aut ſecundum ſe, aut in illa arte, & ſi ſit demonſtratione cõmonſtrata in alia. Et poſtquàm viorationis apparuerunt ei hæ tres definitionum ſpecies, cœpit illas repetere, Et dixit: Vna ergo partium definitionis eſt oratio de eo quòd quid res ſit demonſtratione non cõmonſtrabilis, ideſt hinc itaq; commonſtratum eſt, quòd vna partium definitionis ſit oratio demonſtratione nõ commonſtrabilis, quæ rei quidditatem ſignificat, & hæc eſt illa, quæ demonſtrationis principium vocatur. Deinde dixit: Altera autem eſt ſyllogiſm⁹ de eo quòd quid ſit ordine à demonſtratione differens, ideſt, Secunda ſpecies definitionum eſt demonſtratio de rei quidditate, niſi quòd à demonſtratiõe differt ordine, id eſt poſitione, et

DVRANA

Et definitio eorũ, quæ non habent mediũ, eſt poſitio alicuius indemõſtrabilis: ſenſus eſt: & ſpes definitionum, q̃ ſunt definiõnes inexiſtẽtes rebus, quæ nõ monſtrant̃ per ſyllm, ſed ſunt notæ p ſe, hoc eſt definiones, quæ monſtrant̃ ex diſpõnibus proprijs, ꝙ ſunt definitiones, q̃ inſunt rebus exiſtẽtibus: & eę ſunt, q̃ proceduntvia ,ppõnũ demfonis: hoc eſt, erunt in demfonibus ,ppoſitiones: qũo veṛo dixit, non habent mediũ: innuit, vt intelligant̃ ex ipſo duæ intentiones: quarũ vna eſt: nõ habent mediũ ſimpſt: & iſtę ſunt definiones: quæ p ſe ſciuntur eſſe definitiones: innuit aũt, vt velit, ꝙ nõ habent medium in arte, in qua ponunt̃: ſed habent mediũ in arte altiore: qm̃ verò eſt ex duabus ſpeciebus, quas cõprehendit: ꝙ artifex artis ponit ambas iſtas poſitione: dixit. Eſt poſitio de intentione quid eſt non demonſtrabilis: hoc eſt, aut per ſe, aut in illa arte, aut manifeſtum factum fuerit per demonſtrationem in alia: & poſteaq̃ manifeſtæ factę fuere iſtę tres ſpecies definitionum de poẽtia ſermonis, cœpit ipſas reducere, & dixit: & vna partium definitionis, eſt oratio de intentione quid eſt indemonſtrabilis: ſenſus eſt. Iam monſtratũ fuit ex hoc, ꝙ vna partiũ defiõnis ẽ oratio non demonſtrabilis ſignificans ſuper intentione quid eſt res: & hoc eſt, quod vocauit principiũ demonſtrationis. D.d. Et vna ſyllogiſmus de intentione quid eſt differẽs à demonſtratione in ordine: ſenſus eſt: & ſpecies ſecũda definitionum, eſt demonſtratio de eſſentia rei, præterq̃ ꝙ differt ipſa à demonſtratione in ordine, hoc eſt per poſitione:

A B C

ABRAM

D & hęc est quæ commonstrat definitionis significatum per eius cãm: & illa vocatur demõstratio positione differens. D.d. Tertia est demonstrationis de eo ꝙ quid sit conclusio, i. tertia est definitio, quæ est demonstrationis conclusio. definitiones ergo apud ipsum sunt trium specierũ. definitio quæ est demonstrationis principium, & definitio, quæ est demonstratio positione differẽs, & definitio, quæ est demfonis conclusio, hoc est, conclusio demfonis, quę fm se totam est perfecta definitio.

E

T.10.ps *Manifestum igitur ex dictis, & quomodo est ipsius quid est demonstratio, & quomodo non est, & quorum est, & quorum non est. Amplius autem definitio quot modis dicitur, & quomodo ipsum quid est monstratur, & quomodo non, & quorum est, & quorũ non. Amplius autem ad demonstrationem quomodo se habet, & quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit.*

T.c.47. Ex dictis itaq; euidẽs est, quo modo demõstratio de eo quòd quid sit inueniatur, & quomodo non sit: & quarum rerum sit demonstratio, & quarum non

F sit: & iterum de quot speciebus dicatur definitio, & quomodo commonstretur quid sit & quo modo non commonstretur: & quarum rerum sit, & quarum rerum non. Ac etiam quomodo sit definitionis dispositio ad demonstrationẽ: & quomodo possint vnius & eiusdem rei esse, & quomodo sit impossibile.

Cõ.47 Dñ dixit: Ex dictis itaq; euidens é, quo mõ sit demfo de eo ꝙ qd sit. Intẽdit euidẽs itaq; é ex dictis, quo mõ ex demfone educat definitio.

quãdo

SVRANA

& hoc est, per quod prouenit intentio definitionis per causam suam: & hoc est, quod vocauit demfonem variatam positione. Deinde dixit: Et tertia cõclusio demonstrationis de quid est: sensus est: & tertia definitio, quæ est conclusio demfonis: definitiões igitur apud ipsum sunt trium specierum: definitio, quæ est principium demfonis, & definitio, quæ est demonstratio variata positione, & definitio, quæ est conclusio demfonis, hoc est conclusio demfonis: q̃ est in summa defiõ perfecta.

T.c.47 Dixit Arist. Iam igitur manifestum est ex eo, quod diximus, qũo inuenitur demonstratio de quid est, & qũo non erit, & de quibus rebus est demonstratio, & de quibus non est. Amplius fm quot species dicit definitio, & qũo monstratur quid est, & qũo non monstratur, & quorũ est, & quorum nõ est. Amplius qũo est intẽtio definitiõis apud demonstrationem: & quomodo est possibile, vt inueniatur vnius & eiusdem, & quomodo non est possibile.

Cõ.47 Dixit. Iã igit manifestũ qũo inuenit demfo de quid est: sensus est. Iã igit manifestũ ex eo, qđ diximꝰ, qũo ꝓgredit à demfone definitio:

et

ABRAM

quando enim definitio ex demonstratione educit, aliquo modo inuenitur de mfo de eo, ꝙ quid sit, i. de ipsa definitione, quæ autem demfo sit illa, hoc sit qñ ipsum definitū fuerit maius extremū, & sumitur oratio explicans loco eius nominis, & deduxit in mediū maioris extremi causam, siue illa causa significet per orationē, adeo ꝙ ei us sit aliqua definitio, siue fuerit de illis, q̄ non significant per orationem. Dispositio. n. medij terminj, qui ē causa maioris extremi, nō euadit quatuor modos: quorū vnus est, ꝙ vnaquæq; illarū significetur per incomplexā dictionem, & hæc demonstratio nō esset definitio proxima potentia: si vero sit, i. per remotam, hoc est, ꝙ illa nō sit definitio positione differens, nisi post commutationē maioris extremi per orationē explicantē. Secundus autem modus est, ꝙ medius terminus significetur per orationem, & maius extremum per orationē, & de re huius demfonis non est dubiū ꝙ sit perfecta definitio, medius autē terminus incidit inter duas res, quibus cōmonstrauit maius extremū, videlicet, inter accīs, quod est genus definiti, & inter ipsius subiectū. Tertius autē est, ꝙ maius extremū significet per orationē, & medius significetur p dictionem. & hęc ē est definitio in potētia, sicut definitio perfecta, quę nō est alia à prima: medius autē terminus cadit in illam quando cadit à prima. Et quartus est, ꝙ maior terminus significetur p dictionem incomplexā, & mediū qui est eius causa significat illud p orationem, & hæc rursum est definitio in potētia, nisi ꝙ a est remotior prima:

indige-

DVRANA

& hoc, cùm ꝓducta fuerit definitio à demfone, iā vtiq; inuenit demfo p modum aliquē de intētione quid est, hoc ē definitione, q̄ vero demfo sit, hoc vtiq; erit, cū fuerit definitū extremitas maior: & accipiet oratio exponens loco nois sui: & adduxit cām extremitatis maioris, ꝙq; hæc est illa cā significās sup ipsa p orationem, quoniā; sit definitio alicuius, aut fuerit ex eo, quod nō significat sup ipsā p orationē: & hoc, qñ intētio termini medij, qui est cā de extremitate maiore, nō effugit à quatuor modis. Quorū vnus ē: vt significet sup vno quoq; ipsorū p dictionem separatā: & hęc demfo non est defiō in potētia ꝓpinqua, sed si est, est in lōginqua, hoc ē, qñ nō est definitio variata, pōne, nisi post legē extremitatis maioris p orationē declarantē. Modus aūt secūdus est, vt sit terminus medius significās sup ipso p orationem, & extremitas maior p orationē: & de hac demfone nō est dubiū ex dispōne ipsius, ꝙ est definitio pfecta in potētia: & in termino medio cadūt duę intētiones, p quas monstrat extremitas maior, hoc est, inter accidēs, quod est genꝰ definiti, & Iter subiectū ipsius. Et tertius, ꝙ sit extremitas maior significans sup ipso p orationē, & medius significans sup ipso p dictionem: & hoc cōsist ēt est definitio in potētia, definitio pfecta nō est ablq; prima, & terminꝰ medius cadit in ipsa, cā ceciderat à primo. Et quartus ꝙ sit terminꝰ maior significās sup ipso p dictionē separatā, & medius, qđ est cā ipsius, significās sup ipso p orationē: & hoc cōsist ēt est defiō in potētia: ꝑterq̄ ꝙ est longinqua à primo:

ABRAM

D indigemus enim in ea cõmonstratione nominis & rei, per demonstrationem cur sit, sicut est dispositio demonstrationis simpliciter. Dum autem dixit: Et quo modo non sit. Intendit quòd demonstratio concludat inesse definitionem definito per aliam definitionem, quæ sit medius terminus. Et dum dixit: Et quarum rerum sit demonstratio & quarum non sit. Intendit per illud res, quarum definitionum sunt causæ extra illas, & illa sunt accidentia: maior enim pars demon-
E strationum sit ex illis, & iterum de quot speciebus dicatur definitio: idest, & cum hoc manifestabitur de quot speciebus definitionis dictio absoluatur. Et dixit: Et quomodo commonstretur quid sit, & quo modo nõ commonstretur, id est quòd quando ostenderat quę demonstrationes largiantur definitionem, & quæ non, hinc ostendit quo modo commonstretur definitio, & quo modo non commonstratur. Deinde dixit: Et quarum rerum sit, & quarum rerum non, id est, & cum
F hoc videtur quarum rerum sint de finitiones veræ, quas esse impossibile est commonstrari, & illæ sunt res quarum sunt demonstrationes, quibus fiant euidentes ipsæ definitiones. Deinde dixit: Ac etiam quo modo sit definitionis dispositio ad demonstrationem, ideſt & hinc videtur qualis sit proportio definitionis ad demonstrationem, quia scilicet ambæ conueniunt in materia, & differunt fm formam, nõ ꝙ vna illarum sit aliud simpliciter ab altera, hoc est, ꝙ differrent fm materiã & formam, neq; sunt idem simplr,

id est

EVRANA

qm̃ indiget ipso ad monstrationẽ nois: & intentio in demfone pp qd in hoc per intẽtionẽ demfonis simplicis: cùm vero dixit: & qũo non erit: vult p ipsum, vt concludat demonstratio definitionẽ inesse definito p definitionẽ alterã, quæ sit ter minus medius: & cùm dixit: & quorum est demfo, & quorũ nõ est: sensus est: & manifestũ cũ hoc, quorũ sunt demfones, q̃ sunt definitiones in potẽtia propinqua, & quorũ non sunt: atqui voluit p ipsum definitiones: quorũ definitiones sunt causæ exeuntes ab ipsis, & ipsa sunt accidẽtia, & hoc, qm̃ magna pars demfonum sunt ab ipsis: & cùm dixit Amplius fm quot species dicitur definitio: sensus est: & planum est ex hoc, nomen definitionis fm quot species ex speciebus orationis absoluitur: cùm vero dixit, & qũo monstratur quid est, & qũo non monstratur: sensus est: qm̃ cùm manifestum fuerit, quæ demfones sunt, quæ tradũt definitionem, & quæ ipsarũ non: manifestũ erit ex hoc, qũo monstratur definitio quid est, & qũo non monstratur. D.d. Et quarũ nõ est: sensus est: & manifestũ cũ hoc: quorũ sunt definitiones mediæ: quarũ existẽtia non põt monstrari: quę sunt illa, in quibus inueniuntur demfones, per quas manifestæ fiunt definitiones. D.d. Amplius, qualis est dispositio definitionis apud demfonem: sensus est: & manifestũ est ex hoc, qualis est ꝓportio defiõnis ex demfone, hoc est, qm̃ vtræq; consentiunt in mã, & diuersificant in forma, nõ ꝙ vna ipsarũ sit absq; alia absolute, hoc est diuersificantur in mã & forma, neq; hoc consist ẽt est absolute,

hoc

ABRAM

idest conuenientes in materia & forma, sed vtrꝛque sunt aliquo modo vnū, & aliquo modo differunt. Et dū dixit: Et quo mō possint vnius & eiusdem rei esse, & quo modo fit impossē. Intēdit ex dispōne vnius ipsarum ad alterā videtur, quo modo sit possibile ꝙ sint quid vnū, quod est ipsa materia, & quo modo sit impossibile quod est fm formam.

BVRANA

hoc est consentientes in materia & forma, sed vtrunq; ipsorū diuersificatur p modum: cùm vero dixit: & qūo posse est, vt inueniat de re vna & eadem, & qūo non est posse: sensus est: & manifestum ex dispositione vnius ad alterum, per quem modum possibile est, vt inueniat vnū, & est materia, & per quem modum non est possibile, & est forma. A

ANT. INTER. TEX. XI.

De causarum distinctione, & quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo illarum possit esse demonstratio. Cap. 6. B

QVoniam autem scire putamus, quando scimus causam, causæ vero quatuor sunt, vna quidem, quod quid erat esse, vna autē, quibus existentibus necesse est hoc esse, altera vero quæ aliquid primum mouit, quarta autem, cuius causa, omnes istæ per medium monstrantur, & hoc enim quòd cum sit hoc, necesse est esse, vna quidē accepta propōne, non est, duabus aūt ad minimum, hoc vero est, quādo vnū medium habeant: hoc igitur vno accepto, conclusionē necesse est esse.

T.c.48 Quia aūtē opinamur nos scire, dum causam scimus: causæ aūt sunt quatuor, quarū vna est ratio essendi rem fm ei⁹ substantiam, altera aūt est quā oportet esse quacunq; re existente, & tertia est causa, de qua dr̄ quod est primū quod mouit: quarta autē est, de qua dicit vt quid hoc fit: oēs has cernes in medijs. causa enim, quā oportet esse quauis re existēte, apud neminē est pmissa vna, immo apud quem est in pauciorib⁹ fiunt duæ: & hæ quidem dux conueniunt sibiinuicē in medio vno: qñ itaq; est, hoc vnum est conclusio necessario.

E cidit hinc huic scientiæ. Et dum dixit: Expedit iam q̃ scrutemur qđ connectat & continuet, adeo q̃ res sint vna alteri, quæ fuit succedens, i. iam commonstratum est, q̃ ex essendo prius, non sequatur esse posterius. Nos autem videmus posterius generatione succedere priori. ficq; expedit, q̃ scrutemur, quid sit quod connectit & continuat inter illa, adeo q̃ nos dicere de aliqua re, q̃ signat, sit res necessitans nos dicere de aliqua re, q̃ iam fuisset. v.g. quia qñ homo gignitur esset dicere alium hominem. Et postq̃ tulit
F hanc quæstionem, dixit: Ad huius responsionem, q̃ notum sit, q̃ non sit modus, quo succedẽs illi qđ fuit connectatur. i. dicimus ad huius responsionem, q̃ id, qđ gignetur, non succedat illi qđ fuit, fm q̃ sit illi continuum, & ei succedens. Et illud intendebat dum dixit: Connectatur. Deinde tulit causam, qua posterius non cõnectit priori, q̃ nõ cõtinuatur instãs, quo verũ sit dicere de re priori, q̃ iã fuerit instanti, quo verum sit dicere de re posteriori, q̃ iam

EVRANA

Posteaq̃ declarauit, q̃ non sequit Cõ. 62.
ex priori in generatione posterius: & est manifestũ, q̃ generatio ẽ cõtinua, q̃q; hoc semp non ꝓhibetur fm illud, qđ declaratũ fuit i scia nali: cœpit explicat q̃situ, q̃uo accidit ipsi cõtinuitas: fecit aũt hoc, vt satisfaceret huic qõni: & qm illud, qđ dictũ fuit de hoc in scia naturali est dubiũ sup eo, qđ dr hic: & qm nõ ẽ rñsio in hoc ex hac scia: adduxit in hoc sermonẽ rõnalem, quo diuidit hoc dubiũ, qđ accidit ex hoc in hac scia: & dixit. Oportet igit iã, vt loquamur, qđ est, qđ colligat & cõtinuat, quousq; erit res, qđ ipsum est exñs in rebus post rẽ, q̃ fuit: sensus est: iamq; declaratũ fuit, q̃ nõ seq̃t ex eo, q̃ prius sit, exñtia posterioris: nos aũt videmus, q̃ posterius in generatione est cõtiguũ priori: iã igit op3, vt ingram', quid ẽ, qđ colligat & cõtinuat vtraq; : quousq; sit, qđ dicimus de eo, qđ generat, res cõsequens id, qđ dicimus de illo, qđ iã fuit: vt in exẽplo, cũ generat hõ, est qđ dicimus hõ vnus: & posteaq̃ adduxit interrogationẽ istã, dixit in rñsione huius, manifestũ esse, q̃ nõ est res, quæ erit aggregata, cõsequẽs illud, qđ iã fuit: sensus est: & dicamus in rñsione huius, q̃ nõ est, qđ generat contiguũ illi, qđ iã fuit, fm q̃ est cõtinuũ ipsi: & hoc est qđ voluit, cũ dixit, aggregatũ. Deide adduxit eãm, pp q̃ nõ cõtinuat posterius cũ priori, & dixit: & hoc, qm neq; illud, qđ iã fuit consist & aggregatũ ẽ cõtiguũ cũ eo, qđ iã fuit: qm ambę extremitates sunt indiuisibiles: sensus ẽ: & eã, q̃ nõ cõtinuat posterius cũ priori: qm nõ cõtinuatur instãs, qđ verificat de re priore, quę

ABRAM

iam fuerit, ex quo hęc duo instantia sunt duo extrema impartibilia, iam aũt cõmõstratum est, ꝙ impartibile non possit continuari. D. d. Sicut nec iterũ puncti mutuo succedunt ea ēt, quæ iam fuerunt. i. ꝙ sicut puncta non continuant mutuo, sic res se habet de instantibus, quę non pñt mutuo subiungi, neq; succedere sibi inuicē: hoc aũt veræ cõmonstrat in Scia Naturali. Sed vulgatũ est, ꝙ olbus duobus punctis intercidat linea: hoc aũt sic existente, non continuat punctus puncto, neq; succedit punctus puncto, prout vnitates mutuo sibi succedũt in numero. Et ideo in definitione cõsequentiũ dictum est, ꝙ sint inter quę nõ est mediũ alterius generis aliquid. Et hoc intẽdebat qñ dixit: Quia contineat ambas res impartibiles: nec est qd successit illi qđ iã fuerat hãc ēãdē ob causãm. Intendit per ambas res impartibiles, instans, & pũctũ. Et qñ d. Nec est qđ successit illi, nđ iam fuerat. Intẽdit duas res, quarũ priorē esse, positum est in instanti priori, & posteriorē esse in instanti posteriori. Et est ac si dixisset, causa aũt, qua posterius non continuat priori est, quia instãs, qđ est vltimũ generatiõis prioris, instãs, cuius verum est dicere de priori ꝙ iã fuerit, non continuatur instanti, quo verũ est dicere de posteriori qđ fuerit. Cã aute est, quia instantia in hac re sunt sicut puncti in hac re, quia vtraq; sunt impartibilia, videlicet instans & pũctus. Qñ autem posset quispiã dicere, ꝙ vtra que & prius & posterius sunt corpora, corpora autem sunt partibilia: ipsa

BVRANA

quę iã fuit: instanti, qđ verificatur A de posteriori, qđ iam fuit: qm hæc duo instãtia sunt duæ extremitates indiuisibiles. Iamq; declaratũ fuit, ꝙ illud, qđ nõ diuidit, nõ continuatur. D. d. Et quẽadmodũ neq; puncta cõsistẽt sunt contigua sibijnuicẽ: ofo, ꝙ iã fuere consistẽt: sensus est: & hoc, quemadmodũ pũcta nõ cõtinuant sibijnuicẽ, neq; sunt continuà inter se: cõsistẽ se hẽt res in instãtibus, q̃ non pñt apprehẽdere seinuicẽ, neq; cõtiguari sibijnuicẽ: & hoc vtiq; declaratur in scia naturali fm veritatẽ, sed ex celebrato, qm B Iter quæcunq; duo pũcta est linea: qđ ēũ ita sit, nõ itaq; cõtinuat punctus puncto, neq; cõtiguus est punctus puncto: quẽadmodũ cõtiguæ sunt vnitates sibijnuicem in numero: & ppea dr in definitione contiguorũ: ꝙ sunt illa, inter quę nõ est aliud eiusdẽ generis: & hoc est, qđ voluit, cùm dixit: qm oẽs duæ res sunt indiuisibiles: neq; consimiliter ēt, qđ eris, cõtiguum est ei, qđ iã fuit ob hanc eandẽ causãm: intelligit per duas res indiuisibiles, instãs & punctũ: & intelligit per id, qđ di C xit: neq; erit contiguũ ei, qđ iam fuit, duas res, quas posuit, exñtiam prioris in instanti priori, & exisẽtiã posterioris in instanti posteriori: & quasi dixit cãm, cur nõ continuat posteri⁹ priori: qm instãs qđ ē finis generatiõis prioris, hoc ē, qm instãs, qđ verificat de priori ideo, ꝙ iã fuit, nõ cõtinuat cũ Istãti: qđ cõtinuat cũ posteriori, qđ iã fuit: & cã ꝙ Istãtia sunt cũ hac dispõne ē, qm pũcta sũt cũ hac dispõne: cũ ꝙ possit aliqs dicere, ꝙ pri⁹ & posteri⁹ sũt duo corpora, & corpora sũt diuisibilia:

ABRAM

D ipsa autē partibilia possibile est, ꝙ continuentur mutuo, Pro responsione dixit: Et quod erit est partibile, res vero, quę iā fuit est impartibilis. i. ꝙ id, qđ gignitur, est partibile: instans vero, quo verū est dicere, ꝙ iam fuerit, est impartibile. D. d. Sicut est dispositio linearū ad puncta, sic est apud rē, quę iam fuit, i. ꝙ habitudo dicendi nos de aliqua re, ꝙ sit, ad dicendō de illa, ꝙ iā fuerit, sit habitudo puncti ad lineam i. habitudo impartibilis ad partibile. Deinde dixit: In eo enim qđ erit,

E sunt res quædam, quæ fuerunt infinitæ. i. ꝙ inueniantur in eo qđ fuit, inquantum est in tempore, infinita instantia, quorum quolibet verum est dicere de re, ꝙ iam fuit, sicut enim linea partitur per puncta infinita, sic tempus partitur per instantia infinita. Et ꝙ hæc cōsidera tio est Naturalis dixit, Et expedit ꝙ de hoc faciamus manifestiorem sermonem in nostris orationibus, quas feremus in vniuersali de motu. Intendit per hoc in naturalibus auscultationibus.

EVRANA

lia: & diuisibilia pñt cōtinuari inter se: dixit ī rñsione huius: & hoc, qñ quod est, est diuisibile, sed res, quæ iā fuit, est indiuisibilis: sensus est, ꝙ illud, qđ generat, ē diuisibile: sed instans, de quo verificat, ꝙ iā fuit, est indiuisibile. D. d. Et quemadmodū se habet linea ad pñctum, ita se habet id, qđ est ad id, qđ fuit: sensus est: ꝙ ꝓportio eius, de quo dicimus, ꝙ est, ad id, de quo dicimus, ꝙ iam fuit, est proportio puncti ad lineā, hoc est proportio eius, qđ nō diuiditur ad id, qđ diuidit. D. d. Et hoc, qñ inueniunt in eo, qđ est, res, quę iā fuerūt, infinitę: sensus est: ꝙ inueniunt in eo, qđ est, ex parte, qua est in tpe, instantia infinita, in quorū vnoquoq; verificat de re, ꝙ iam est: & hoc, quēadmodum linea diuiditur per infinita, consist tēpus diuiditur per instātia infinita: qñ vero hęc est res naturalis, dixit. Iā vero oportet, vt loquamur de hoc, sermone manifestiore, in tractatu nostro, quem adducemus in vniuersalibus de motu, intelligit per hoc, auditum naturalem.

pars. 14. *De eo igitur quod est, quomodo, cùm generatio consequenter sit,*

F *se habeat medium, quod est causa, in tantum acceptum sit: necesse est enim & in his medium et primum immediata esse. Vt A factum fuit, quoniam C factum fuit, posterius autem C factum fuit: prius autem A, principium autē C, eo quòd proximius ipsius nunc est, quod est principium temporis, C vero factum est, si D factum est: cum igitur D sit, necesse est A factum esse: causa autem est C, cum enim D factum est, necesse est C factum esse: C autem facto necesse est prius A factum fuisse. Ita vero accipienti medium, sit abitur alicubi in immediatum, an semper extra cadet propter infinitum? non enim est contiguum factum facto, quemadmodum dictum fuit, sed incipere tamen necesse est à medio & ab ipso nunc primo.*

Quo

Dixit

ABRAM

T.c.63. Quo vero modo ſit diſpoſitio medij, quod eſt cauſa, qm̃ generationem ſucceſſu fuiſſe impedit: quod poſitū eſt de illo: quia in his iam oportet ēt, ꝙ mediū ēt primum ſine medio ſint. v.g. A, fuit, quia iã fuit C, vltimū autem fuit Ć. Primū vero A, & C, eſt initium: quia propius eſt inſtãti, quod eſt tẽporis initiū: C aũt fuit ſi fuerit B. Qñ itaq; fuit C, neceſſario putatur, ꝙ iã fuerit A. cauſa autem eſt c: quia quando eſt B, oportet iam fuiſſe C, & quãdo fuerit C, oportet A prius iam fuiſſe: & quando ita ſumitur medium, finitur ēt ſiſtit: vbi eſt id, quod eſt ſine medio, niſi iam caderet medium ob infinitum. Iam enim nulla res eſt continua in eo quod fuit, vt diximus, excepto quòd oporteat incipere à medio, & ab eo, quod nunc eſt caput.

Cõ.63. Qñ reſpõdit dicto dubio, ꝙ qñ ex primo non ſequitur vltimum, quo modo fiet continua ipſa generatio, quia generatio non eſt continua, ſ. per ſe, ſed vltimum ſuccedit primo, Cœpit narrare qualis ſit diſpoſitio medij cũ primo extremo ſyllõ, qui ſit de his rebus. Et intendit, ꝙ oporteat m̃edios terminos eſſe finitos. Et dixit: Quo vero mõ ſit diſpõ medij, qđ eſt cã, qm̃ generationẽ ſucceſſu fuiſſe ꝫpedit qđ poſitū ẽ de illo, hoc eſt, ꝙ qñ fuerint medij termini ſyllõ, qui ſit de his rebus, q̃ ſũt res poſteriores cũ reb⁹ prioribꝫ: his.n. reb⁹ res poſteriores ſunt medij

BVRANA

Dixit Ariſt. Qũo aũt eſt intẽ A tio medij, qđ eſt cã, qm̃ eſt gene T.c.63. ratio ſm cõſequẽs: hoc vtiq; aſſecutũ fuit illud, qđ poſitũ fuit in ipſo: et hoc, qm̃ iã ſequitur in hoc conſiſt ēt, vt ſit medium & primũ immediata: vt ſ exẽplo: A, iã fuit, qm̃ C, iã fuit: & poſtremum fuit C, primũ; ſed A, & C, principiũ: qm̃ eſt proximũ ipſi nũc, quod eſt principiũ tẽporis et C, eſt, ſi eſt B, cũ igit̃ ſit C, ſeq̃t ex neceſſitate, vt iã ſit A, & cã ẽ C, & hoc, qm̃ cũ ſit D, ſequit̃, ꝙ B iam ſit C, & cùm ſit C, ſequitur, ꝙ ſit A, iam fuit primo: cũꝫ aliquid accipitur mediũ, ita totũ, & ſtabitur in locum, cũ non habeat mediũ: niſi iã cadit ſemper per mediũ, ꝓpter ſſinitũ: et hoc, qm̃, quod iã fuit nõ eſt cõtinuũ cũ eo, quod iã fuit: quẽadmodũ diximus: põterq̃ ꝙ opꝫ, vt incipiatur à medio, & ab eo, quod eſt principium inſtantis.

Poſteaq̃ rñdit dubio dicto, ꝙ non Cõ.63. ſequit̃ ex primo vltimõ, & qũo erit C generatio continua: qm̃ generatio nõ eſt cõtinua, hoc eſt g ẽ, ſed vltimũ in ipſo ſequit̃ primũ: cœpit adducere, qũo ſe habet diſpõ termini medij cũ prima extremitate ſ ſyllo, qui eſt p has res: hoc eſt, ꝙ oportet, vt ſint termini medij finiti: & dixit: qũo aũt eſt intentio medij, qđ ẽ cã, qm̃ generatio eſt ſm cõſequẽs, hoc vtiq; aſſequit̃ illud, qđ poſitũ fuit ſ ipſo: hoc eſt, qm̃ termini medij in ſyllo, qui erit in his rebus, q̃ ſunt res vltimę cũ rebus prioribus, & hoc, qm̃ res vltimæ ſunt termini medij in

ABRAM

D dij termini, priores aũt sunt cõclusiones, id qđ de hoc dr impedit id, qđ dicit. D.d. Quia in his iam oportet etiam, ꝙ medium & primũ sine medio sint, idest, quia op3 in his, ꝙ iter mediũ terminũ, qđ est vltimũ: & maius extremũ, qđ est primũ nõ sit vnus medius terminus, & inter hũc terminũ & maius extremum, iterum alius terminus, & sic in infinitum, sed in his res finietur in qđ non habet penitus mediũ terminũ. D.d.v.g A fuit. quia iam fuit c, vltimum aũt fuit c. i. huius exemplum
E est: sit A, prius, & c posterius, & sequꝛetr ꝙ A sit, qñ est c, quoniã in hoc prius infertur à posteriori. D.d. Primum vero est A, & c est initiũ, quia proprius est instanti, quod est tẽporis initium. i. A vero est primo, s. quia est c. Verumtñ c est principium sciæ essendi, i. sciendi ipsam, qñ est vehementioris posteriorita-tis q̃ A, s. ipsam sciendi. Et illud intendebat dum dixit. Qđ sit propius instanti prẽsenti. Et quia qđ est propius vt sit ens in actu iter temporis partes est instans præsens, dixit de eo, ꝙ sit temporis initium. Dũ au-
F tem dixit de c, ꝙ sit initium, debet per illud intelligi initium sciendi, non essendi, quia in essendo, c subordinatur ipsi A. D. d. c autem fuit si fuerit B. ideſt. Si autem c fuerit principiũ essendi aliam rẽ, vt si diceres B, & B sit posterior c, & sit c prior illa: posterior vero q̃ A, sicq; sequit ꝙ sit c, dum est B. D.d. Qñ itaq; fuit c, necessario putatur ꝙ iã fuerit A. i. qñ ponimus, ꝙ B sit posterior c, & c, illius causa, sequitur qñ est B posterior, vt sit c, prior. Cum autem iam nobis fuerat, ꝙ qñ est c posterior

SVBANA

in his rebus, & priores sunt in cõclusionibus: assecutus vtiq; fuit illud, qđ d. in hoc, & illud qđ dixit, cognouit. D.d. Et hoc, qñ iã sequit, vt sint prima & media immediata: sensus est: & hoc, qñ sequit in his, vt nõ sit interminus mediũ, qui ẽ extremũ, & inter maiorẽ extremitatẽ, q̃ est prius, terminus medius alius, & iter hũc terminũ & extremitatẽ maiorẽ terminus alius cõsist ẽt, & hoc in infinitũ: sed pficit res in istis ad terminũ mediũ: iter quẽ & primã extremitatẽ nõ est mediũ penitus. D. d. A, iã fuit, qñ c, fuit, & vltimum fuit c, sensus est: exẽplũ huius: vt sit A, prius, & c, posterius: & sequitur, ꝙ sit A, exisẽs, cũ fuerit c, qñ prius sequitur p hoc posterius. D.d. Primum aũt A, & c, principiũ, qñ est proximius instanti: qđ est, principiũ tpis: sensus est, A, vero ẽ exñs prio, hoc est pp c, sed c, ẽ principiũ cognitiõis p exñtiã A, hoc est notũ p ipsum I eo, ꝙ ẽ posterius q̃ A, hoc ẽ notũ p ipsum: & hoc ẽ, qđ voluit, cũ d. qñ ipsum est proximius instãti exñti: & qñ, qđ est proximius, vt sit exñs I actu ex ptibus tpis, ipsum est instãs exñs, d. de ipso, ꝙ est principiũ tẽporis: & cũ dixit de c, ꝙ est principiũ A. oportet vt intelligat de ipso principiũ in cognitiõe, non in exĩstentia: qñ c, est ordinatum in exñtia ab A. D.d. Et c, ẽ si D ẽ: sensus est: & si fuerit c, principiũ exñtiæ alicuius alterius, ac si diceris D, & sit D, posterius c, & sit c. prius ipso, posterius A, sequꝛtur vtiq;, ꝙ sit c, cũ sit D. D.d. & cũ fuerit c. sequit ex necessitate, vt iam sit A. sensus est: cũq; posuerimus, ꝙ D, est posterius c, & c, prius ipso: non sequitur, cùm sit

p osterius,

ABRAM

posterior q̄ A, sit A prior, sequitur necessario, quando est B, causatum non causa, quòd sit A, quæ est causa non causatum, mediante C, quod est causa & causatum: causa scilicet ipsius B, & causatum ab ipso A. Et hoc significauit quando dixit: Causa autem est C. quia qñ est B, oportet iam fuisse C, & quando fuerit C, oportet A iam prius fuisse. D.d. Et quando ita sumitur medium finitur & sistit: vbi est id, quod est sine medio. i. qñ sumit illatio sic Iter causam & causatum, oportet ꝙ deueniat res in primam causam, quæ sit causa non causatum, quę sit medius terminus inter quem & primā causam non sit alius medius terminus. quoniam si inter omne causatum & causam esset medius terminus, q̄ sit causatus ex aliqua parte, & causa ex alia, res procederet in infinitū, non finiretur in processu ad causam primam, neq; ad causatum vltimū: hoc autem ita actum est, q̄a quando quis poneret primam causam & vltimū causatum, & inter ea poneret infinita media, iam aboleretur esse primam cām & vltimum causatum: qm̄ infinitorum mediorū expediret non esse prima extrema, sicut qñ non ponerent prima extrema, oporteret esse infinita media. Et si falsum sit esse causas & causata infinita, falsum itaque est terminos medios esse infinitos. hanc autem rem iam commōstrauimus in primo libro de Demonstrationibus simpliciter. Hic autem voluit id commonstrare de hac specie demonstrationum, scilicet in quibus commōstratur prius per posterius.

Et

BVRANA A

posterius, vt sit C, prius, iamq; habemus, qm̄ cùm est C, posterius q̄ A, est A, prius: sequit̄ itaq; ex necessitate, cū fuerit D, qđ est causatū non cā, vt sit A, qđ est causa non cātum p medium C, qđ est cā & causatum: cā quidem ipsius B, causatum vero ab A, & hoc est, qđ significauit, cùm d. & rō est C, & hoc, qm̄ cùm iā fuerit D, sequitur ex necessitate, vt iam sit C, & cùm iam fuerit C, sequit̄ vt sit A, qđ iam fuit prius. D.d. Cū vero accipitur mediū sic, & perficitur, & statur ad locū, in quo non est medium: sensus est: cùmq; accipit̄ cōsequentia sic inter causatum & causam: sequit̄ vt deueniat res ad causam primā, q̄ nō est p causatum: & hoc est terminus medius: inter quē & inter causam primam nō est terminus medius: qm̄ si poneretur inter omnē causām & causatum terminus medius: qui sit causatum ex parte, & causa ex altero: deueniet res in infinitum: non perficietur p processum in causam primā, neque ad causatum vltimum: atq; hoc est ita: qm̄ cū posuerit aliquis causam primam & cātū vltimū, inter quæ sunt media infinita: cadet vtiq; existentia causæ primę per causatū vltimū: fm ꝙ sequit̄, vt sint media infinita, q̄ sunt extremitates prīo: quē admodū, cū non ponunt extremitates primo: sequit̄, vt inueniant media infinita: & si fuerit falsum, ꝙ causæ & causata sint Ifinita: falsum erit vtiq;, ꝙ inueniantur termini medij infiniti: & hoc iam declaratum fuit in tractatu primo de demonibus simpliciter: & vult declarare ipsum hic in hac specie demōnū, hoc est, in q̄bus monstrat prius p posterius,

&

ABRAM

D Et quia edixerat, quòd nõ oporteat media procedere in infinitum, qñ fuerint extrema infinita, posset aduersarius dicere ei, ꝙ nihil prohibeat inter duo finita extrema esse infinitas res, sicut res se habet in linea finita duobus extremis. Possunt enim inter eius duo extrema cadere infinita puncta. Dixit ad huius rẽspõsionẽ. Iam enim nulla res est continua in eo quod fuit, vt diximus, ideſt, non sequitur has res, qđ sequitur lineam, ſ. ꝙ inter primum & vltimum sint infinita media, qñ nulla eorum quæ inuicem priora

E sunt, mutuo continuantur. i. ꝙ id quod fuerat prius non cõtinuetur illi quod fuit posterius, videlicet, illi quod ei succeſſit. Dum autem dixit: Excepto ꝙ oporteat incipere à medio, & ab eo quod nunc est caput, ideſt, excepto ꝙ eſſet in his continuitas, quando inchoatur ab vltimo, quod est medius terminus ſyllogiſmi, & sequatur medius, quando ſumitur posterius, quod eſt in præsenti instanti. intendit ꝙ hoc ſit caput posteriorum in illatione, hoc est, caput mediorum terminorum.

F

BVRANA

& posteaq̃ commemorauit, ꝙ non oportet, vt media procedant in infinitũ: cũ fuerint extremitates finitæ: posset contradicens dicere ipſi: ꝙ nihil prohibet: vt inueniant inter duas extremitates finitas aliqua infinita: quẽadmodũ ſe habet linea finita ſm duas extremitates: qm̃ fieri põt, vt cadant inter duas extremitates puncta infinita: dixit in rñſione huius: & hoc, qm̃ illud, qđ fuit, non eſt continuũ cum eo, qđ fuit: quemadmodum diximus: ſed non ſequitur in iſtis illud, qđ ſequit̃ in linea: hoc eſt, ꝙ ſint inter primũ ipſorum & vltimum media infinita: qm̃ neq; ea, quæ ſunt priora ſunt continua inter ſe: hoc eſt, illud, qđ iam fuit prius non continuatur cũ eo, qđ iã fuit posterius, hoc eſt, qđ iam fuit poſt ipſum: & cùm dixit: præterq̃ ꝙ oportet vnq;, vt incipiatur à medio, & ab eo, quod eſt principium inſtantis: ſenſus eſt: præterquã ꝙ inueniãt continuitas in iſtis: cùm incipitur ab extremo, qđ eſt terminus medius in ſyllo, & ſequitur medium: cũ accipiãt posterius, quod eſt inſtans exiſtẽs: ſenſus eſt: ꝙ hoc eſt principium posteriorum in cõſequentia, hoc eſt principium terminorum mediorum.

part. 14. *Similiter autem et in ipſo erit. ſi enim verum eſt dicere, quòd erit* D *neceſſe prius verũ dicere, quòd* A *erit: huius autem cã ipſum* C. *ſi enim* D *erit, prius ipſum* C *erit. ſi vero* C *erit, prius ipſum* A *erit: ſimiliter autem infinita eſt ſectio et in his: non enim ſunt futura contigua inter ſe, principium vero & in his immediatum accipiendum eſt.*

T. c. 64. Et ſimiliter de eo, quod cupit eſſe, quando enim dicere, quòd D cupiat eſſe ſit verum, iam ſequitur,

Dixit Arift. Et ſimiliter in eo, qđ appetit eſſe, & hoc, cum erit oratio, ꝙ D, appetit eſſe vera: ſequitur T. c. 64.

ABRAM

quitur, ꝙ A cupiat prius esse est verū: huius aūt causa est c. quia si D cupiat esse, verū est, ꝙ C cupiat prius esse: & si C cupiat eē, ꝙ A prius cupiat esse est verum. Et similiter ēt ſm hoc exemplū est abscissio huius in infinitum: nullæ enim res, quę cupiunt eē, succedunt & connectuntur adinuicem: & harū principiū etiā expedit ꝙ fit sine medio.

Cō. 64. Postq̄ enuntiauit, ꝙ dispō rerum priorū tēpore pręterito cū suis causis, fit ꝙ qñ ē prior nō sit posterior, & ꝙ, si hæ sint plures q̄ vna, mediæ inter eas sunt finitę, & ꝙ impossibile est, quin in eis sit prima, q̄ sit causa nō causata, & sit vltima, q̄ sit causata, non cā, Intendit enuntiare, ꝙ similiter contingat in rebus gignendis in futuro: hoc est, quas esse & eē suas causas imaginatur in futuro tēpore: hoc est, ꝙ illis prima sequat ab vltima, & ꝙ nō cōuertatur, & ꝙ mediæ inter primā & vltimam sint finitę. Et hoc intendebat dū dixit: Et similiter de eo, qđ cupit esse. i. dispositio rerū possibiliū esse quo ad hanc rē est sicut dispō rerū ꝓteritarū. Deinde cœpit ēt in his tres res, sicut fecerat in reb⁹ ꝓteritis, ſ. vltimū causatū, & primā cām, & cām cātā I medio inter primā & vltimā, & cœpit vicę primi id, qđ in illis sumpſerat, qđ est A, & vicę medij Ifam, quę ibi sumpſerat, qđ ēst C, Et d. Quia si verū est dicere, ꝙ D cupiat esse, sequitur ꝙ dicere, ꝙ A cupiat esse, fit verum. i. & huius exemplū est, quia si id, pro quo est littera D, qđ posuimus vltimā rerū, quæ cupiunt esse, & posuerimus, ꝙ dicere ꝙ D cupiat esse,

BVRANA

quię vtiq; vt fit oratio, ꝙ A appetit esse prima vera: & ſm hoc ipſum C, qm̄ si D, appetit esse, & C, appetit esse prius: & si C, appetit esse, igit A, appetit eē pri⁹: & hoc exēplo sectio in hoc cōsistit similiter ēt ē infinita: et hoc, qm̄ ea, q̄ appetunt esse nō cōsequūtur neq; aggreganť inter ſe: & principium in his consiſt etiam oportet vt sit immediatum. A

Posteaq̄ narrauit, ꝙ dispō rerū, q̄ sunt in tpe pręterito simul cū causis suis, est: cū exiſtit posterius ex ipſis, B Cō. 64. est causatū, vt exiſtat prius, hoc est cā: & hoc nō conuertit: hoc est, cū exiſtit prius, nō exiſtit posterius: ꝙq; hęc si fuerint plura vna, media vtiq; inter ipſa sunt finita: ꝙq; nō est pōt in ipſis absq; primo: qđ est cā nō causatū, & causato vltimo, qđ est causatū non causa: vult enumerare, ꝙ simile huic accidit in rebus futuris, hoc est, quorū exūtiā & exiſtentiā causarū suarū dimetit̄ tempus futurū: hoc est, ꝙ primū in ipſis sequitur ex vltimo: ꝙq; nō conuertit: & media ex primo & vltimo C sunt finita: & hoc est, qđ voluit, cū dixit: & confirt illud, qđ appetit eē, hoc est, dispositio rerū possibilium exiſtentiū in hac re, est, quēadmodū dispō rerū ꝓteritarū: deinde cœpit in his confirt ēt, quatuor res, quemadmodū fecit I rebus ꝓteritis, hoc est, cātum vltimū, & cām primā, & cām cātā p mediū inter primū & vltimū, & accepit loco primi, literā, quā acceperat I ipſis, & ē A, & loco vltimi, literā, quā acceperat in ipſis, & ē B, & loco medij, literā, quā acceperat I ipſis, & ē C, & d. si fuerit

ABRAM

D esse, sit verum dicere: iam sequitur ϕ A primum sit verum dicere. Dñs autem dixit: Huius autem causa est C. idest, causa autē essendi D, quando ponitur ϕ sit verax, ϕ dicere ϕ A sit, sit verum, est, quia quando ponimus ϕ dicere D, sit verum sit dicere ϕ C, sit verum, & quando dicere, ϕ C sit verum, dicere ϕ A sit, est verum. Et illud significauit quādo dixit: Quia si D cupiat esse, verū est, ϕ C cupiat prius esse, & si C, cupiat esse, ϕ A prius cupiat esse est verū. Deinde d. Et similiter etiam secundū hoc exemplum est abscessio huius in infinitum. i. alcessus huius exempli sequitur ex positiōe illius dicti, ϕ si dicere ϕ posteriora sint, sit verum dicere, ϕ priora sint, sit verum, sicq; ascendunt adeo quōd nō verum sit de illis processus in infinitum. i. ϕ quando ponitur ϕ sit posterius illorum, sequatur ϕ sit prius illo, & sic, quando ponit hoc prius, sequitur ϕ sit aliud prius vterius, & si hoc priori fuerit aliud prius, sequitur hoc tertium prius esse, & sic si capiatur quartum, aut quintum in infinitum, non verificatur ϕ de his prioribus reperiatur in infinitum. Dñs autem enuntiauit, ϕ priora inferant ex posterioribus, & non infer antur posteriora ex prioribus, tulit huius causam & dixit: Nullæ enim res, quæ cupiunt esse, succedunt & connectuntur ad inuicem, idest, ϕ causa, qua in hoc non inferatur posterius per prius est, quia non continuatur prius posteriori. D.d. Et harum principium etiam expedit quōd sit sine medio, idest,

principium

SVRAWA

oso, ϕ D, appetit eē, vera sequit vtique, vt sit oso, ϕ A, appetit eē vera: sensus est; & exēplū huiº: qñ si fuerit illud, in quo est ira D, qđ posuimus vltimū in rebus, q̄ appetit eē: & posuerimus B, qđ ē oso, ϕ D, erit, osonē verā. sequit vtiq;, vt sit, ϕ A, primū erit, oso vera: & cū dixit: & hm hoc, ipsum C. sensus ē: & cū, cū positū fuerit D, esse verū, vt sit oso, ϕ A, existet, ϕ a: qñ cū posuerimus osonē, ϕ D, erit, vera: erit vtiq; oso, ϕ C, erit, vera: cūq; fuerit oso, ϕ C, erit, vera, oso vtiq;, ϕ A, existet, erit vera: & hoc est, qđ significauit, cū d. qñ si D, appetit esse, C, vtiq; appetet esse primo: & si C, appetit esse, A, vtique appetet esse prius. D.d. Et hoc exēplo sectio cōsistit ēt est infinita: sensus est: & causę istius similitudinis: sequit ex positiōe osonis, ϕ posteriora sint ϕ a, vt sit oso, ϕ priora sunt, oso vera consistit ēt: ita ϕ si dispōseris in ipsis processum in infinitū, erit hæc cōsequētia precedēs in infinitū: hoc ē, cū positū fuerit, vt sit posterius ex ipsis, sequit, vt sit prius ipso: et consistit, cū positū fuerit hoc prius, sequit, vt sit prius alterū: & si fuerit huic priori priº alterū: seq; hoc, ϕ sit prius tertiū: cōsistit si acceperit quartū, aut quōtū in infinitū: fortasse verificabit, vt inueniant in his priora in infinitū: & postea enūciauit, ϕ priora sequuntur ex posterioribus, & non sequuntur posteriora ex prioribº, adduxit cām hoc, & d. & hoc, qñ ea, ϕ appetit ēt cōsequuntur & aggregant sibi ex se: sēsusē: ϕ cū, ϕ ñ sequ ex priori posteriº hoc ē: qñ nō cōtinuat prius cū posteriori. D. dixit. Et principium in his consistit ēt debet esse immediatū: sensus est:

&

ABRAM

principiū demōnis in his cōuenit ꝙ sit sine medio: qa si oē principiū sit per mediū res procederet in infinitū, & non esset ibi ꝓmissa p se nota, neq; res, quę sit cāta, non esset ꝓprium principiū in his est ipsum cātū.

parti 14. *Se habet autem sic in operibus, si facta est domus, necesse est incisos fuisse lapides, & factum fuisse hoc* * *propter quid: quoniam necesse est fundamentum factum fuisse, si quidem & domus facta fuit: si vero fundamentum est, prius lapides facti fuisse necesse est. Rursus, si erit domus, consimiliter prius erunt lapides (monstratur autem per medium similiter) erit enim fundamentum prius.*

* Nōnulli codices ſi habēt illū pp quid.

T.c. 65. Sicq; est res in ipsis operibꝰ & actionibus, siquidē fuit domus, seq̄t necessario ꝙ iā dolati fuerint lapides: et fuit hoc, pp qđ ē hoc: dr̄, quia ex quo sequit, ꝙ fundamentū prius fuerit, si domus fuerit: & si fuerit fundamētū, sequit necessario, ꝙ lapides iam prius fuerint: & a capite, si domus cupiat esse, iam lapides prius cupierunt esse, & iam videtur & commonstrat̄ per medium vno exemplo, fundamentum enim cupit esse primum.

Cō. 65. Posteā enūtiauit illationē cārū in rebus generabilibus ex ipsis cātis, & ꝙ ex causis nō sequant̄ ipsa causata: & ꝙ hoc sit in causis et causatis, quæ sunt tpis ꝓteriti, et in his, quæ sunt tꝑoris futuri, Intēdit de hoc argumētari sic, rē eē in genitis artificialibus, qa ars assimilis ē in aliqua re ipsi nāę. Et d. Sicq; est res in ipsis operibus et actionibus, i. hęc res, q̄ est illatio inter cām et causatū sit in rebus, quę gignunt̄ actionibus et operibus. sicut si hæc domꝰ iā fuerit, seq̄t necessario ꝙ dolati sint lapides.

D.d.

SVRANA

& principium demonstrationis in his debet esse immediatum: quoniam si esset omne principiū suum mediatum: & non esset ibi propositio nota per se, neque aliquid causatum. A

Dixit Arist. Dispō aūt in opibus, & facturis p se, est ita: si fue rit domus, sequit vtiq; ex necessitate, vt iā incisi fuerint lapides: iamq; fuit hoc, pp qđ hoc ꝺ dicemus, qm̄ opꝰ, vt sit fundamētū: qđ iā fuit prius: si fuit domus, iam fuit: et si fuit fundamētū, sequit vtiq; ex necessitate, ꝙ lapides iā fuerint ꝓres: et a capite, si domꝰ appetit eē, cōsist iā appetīt lapides eē priꝰ: iāq; appet et mōstrat exēplo vno: et hoc, qm̄ fundamētū iā appetet eē prius. B T.c. 65. C

Cō. 65. Posteaq; enūtiauit de cōsequentia cārū i reb⁹, si generant̄ ex cātis: ꝙ sic ē nō sequunt̄ ex ipsis eēntibus: & hoc euenit in causis & cātis: si q̄ fuerūt in tpe ꝓteriti: cūq; erūt cōsist et i tpe futuro: vult notare ad hoc ꝺ exēptia dispōnis talis i ijs, q̄ gnant̄, artificialib⁹: qm̄ ars assimilat rei fm nām: et d. & dispō hui⁹ i opib⁹ & facturis: sēsus ē: & dispō, i qua q̄ hęc cōsequētia iter cām & cātū: erit i reb⁹, q̄ fiūt ex opatione nra & factura nra: qđ ad modū si ē hic domꝰ exīs, seq̄t vtiq; ex necessitate, vt sint lapides incisi.

RRR ij D.d.

ABRAM

D D.d. Et fuit hoc ppqđ est hoc, i. & iam fuit esse lapides pp domum per mediū, qđ est inter ipsos & domū, qđ est ipsum fundamētū: nā si fuerit domus sequit fuisse fundamentū: & si fuerit fundamentū, sequitur fuisse lapides: sicq; si fuerit domus iferet fuisse lapides. Et illud intendebat dñs dixit: Dicitur ꝙ ex quo sequit, ꝙ fundamentū prius fuerit; vsq; ad vltimū illius qđ scripsimus, ideſt, & fuit esse lapides pp domum per aliud medium, qđ dr esse ipsum fundamentū: sequitur. n ꝙ si domus iam fuerit, fundamentū iā fuerit, & si iam fuerit fundamentū, fuerunt lapides. Voluit aūt per hoc exēplificare de tribus rebus vltima media & prīa, sicut fecerat in literis: domus aūt est prima in hoc exemplo, vltimi sunt lapides, mediū ē ipsum fundamentū. Et postq̄ dixit, ꝙ qñ fuerit domus inferat fuisse lapides, tulit exemplū medij inter illos qđ sit, et dixit, ꝙ sit ipsum fundamētū: qñ. n. fuerit domus prætfuit fundamentū absq; medio: & qñ fuit fundamentū prefuerūt lapides sine medio. Et postq̄ exemplificauit in rebus artificialibus per hęc exēpla artificialia, cœpit enuntiare ꝙ hæc res fit in eis tēpore futuro. Et d Et à capite si domus cupiat esse, iā lapides prius cupierunt esse, ideſt, ꝙ qñ reperitur hoc exēplū à capite. i. ipsum primū, & ponatur in rebus futuris, videtur ꝙ ipsārū dispositio sit vna. si enim poneremus, ꝙ dicere domus erit sit verum, iam sequatur ꝙ dicere ꝙ lapides prius erunt sit verum. Deinde ostendit de medijs, ꝙ alterum exemplum, i. & common

E

F

strarur

BVRANA

D.d. Iamq; fuit hoc, ꝓp qđ est hoc sensus est: iamq; fuit exitus lapidē pp domū p mediū inter ipsos, & iret domū, & est fundamētū: & hoc, qñ si domus est exis, sequit, vt exiſtat fundamētū: & si ē fundamentū existēs, sequit, vt existāt lapides: sigit est domus existens, sequitur, vt existant lapides: & hoc est, qđ voluit, cū dixit: dicemus, qñ sequit, vt sit fundamētū vsq; ad extremū ei, qđ scripsim: sensus est: iamq; fuit existentia lapidū pp domū mediū alterū: dico, qđ est fundamentū: & hoc qñ sequit, si domus iā fuit, ꝙ fundamentū iā fuerit: & si fuit fundamentū, iā fuere lapides: aequi voluit p hoc exēplū ponere de trib⁹ rebus, vltio, & medio, & prio: quē addū fecit hoc in elemētis: & domus ē primū i hoc exēplo, & vltimū sunt lapides, & mediū est fundamentū: & ē, posteaq̄ dixit: ꝙ domus cū est existēs, sequit, ꝙ sint lapides existentes: adduxit exēplū medij inter ipsos, qđ est: & d. ꝙ est fundamentū: qñ cū est exis domus, existit fundamētū pri⁹ absq; medio: cūq; existit fundamentū, existūt lapides absq; medio: & posteaq̄ exēplificauit i rebus artificialib⁹ phęc exēpla artificialia: cœpit enūtiare, ꝙ res inuenit cōsist ēt i tpe futuro: & d. & A capite, si erit domus appetes esse? ita iā sunt lapides appetētes prius esse: sensus ē: cū repetierit hoc exēplū à capite, hoc ē primo & sēdo in reb⁹ futuris, apparet, ꝙ res in ipsis est vna: & hoc, qñ si posuerimus, ꝙ domus erit, oño vera: sequit vtiq;, vt sit oño nā, ꝙ lapides erūt prius: oratio vera: & post hoc monstrabit per exempla secundum exemplum vnum: hoc est, &

mon-

ABRAM

ſtratur ꝙ qñ ponat ꝙ domus erit, ꝙ lapides erunt, fiat per idem mediũ, quo id cõmõſtratũ eſt in rebus prędicatis, qđ eſt ipſum fundamentum: qñ.n. ponitur ꝙ fundamentũ erit, ſequitur ꝙ lapides erunt: & qñ ponitur ꝙ domus erit, infertur ꝙ fundamentũ erit. Quando itaque ponitur ꝙ domus erit, infertur ꝙ lapides erunt. Et illud intendebat dñs dixit: Fundamentũ enim cupit eſſe primum ideſt, qñ enim ponitur ꝙ domus erit: ſequitur inde primo & immediate, ꝙ fundamentũ erit. Deinde infertur exponendo ꝙ fundamentum erit, ꝙ lapides erunt immediate etiam, & infertur ꝙ quando erit domus erunt lapides nõ primo, ſed per medium, qđ eſt, quia fundamentum erit.

EBVANA

monſtrabit, ꝙ domus, eſt ponitur A
eſſe, ꝙ lapides erunt per mediũ idẽ: qđ declarauimus in rebus predictis: & eſt fundamentũ: & hoc, qñ, cùm poſitũ fuerit, ꝙ fundamentũ erit, ſequitur, ꝙ lapides erunt: cũ poſitũ fuerit, ꝙ fundamẽtũ erit, ſequitur ꝙ domus erit: igitur, cũ poſitũ fuerit, ꝙ domus erit, ſequit, ꝙ lapides erunt: & hoc ẽ, qđ voluit, cũ dixit: & hoc, qñ fundamentũ iã erit appetes eſſe prius: ſenſus eſt: & hoc, qñ eũ poſitũ fuerit, ꝙ domus erit: ſequitur ex ipſo pri⁹, & ſine medio, ꝙ fundamẽtũ erit: deinde ſequit ex poſitione fundamenti, ꝙ ipſum erit, ꝙ lapides erunt abſq; medio conſiſtẽt: & ſequit, cũ poſitũ fuerit, ꝙ dom⁹ erit, B
ꝙ lapides erũt nõ primo, ſed ꝑ modum, & eſt, ꝙ fundamentum erit.

ANT. INTER. TEX. XV.

Quoniam autem videmus in ijs, quæ fiunt, circulo generationem quandam eſſe contingit hoc eſſe, ſi quidem ſequantur ſemmicem medium & extrema: in his enim ipſum conuertere eſt: monſtratum vero eſt hoc in primis, quòd conuertuntur concluſiones, quòd autem circulo hoc eſt, in operibus autem apparet ſic, madefacta terra, neceſſe eſt vaporem fieri, hoc autem facto nubem, hoc autem facto aquam, hoc autem facto, neceſſe eſt madefactam eſſe terram. hoc autẽ erat, quod a principio, quare circulo circuiuit, imo enim ipſorum quocunq; exiſtente, alterum eſt, & illo, aliud, & hoc primum. C

Prio Poſte riorũ. c. j.

T. c. 66. Quando videtur de his, quæ ſunt ex cauſis, conuenit itaq; ꝙ ſit, ſi medium & extrema mutuo ſe cõſequantur, in his enim fit reciproca conuerſio. Et iam hoc commonſtratum eſt in ipſis primis, ſ. quòd concluſiones reciproce regrediantur: hoc.n. eſt

Dixit Ariſt. Iã vero videmus in ijs, quæ erunt iam inueniuntur circulo: eſſe igitur hoc vtique conuenit, vt ſit: ſi mediũ et ambæ extremitates conſequuntur ſe inuicẽ: & hoc, qñ in his erit cõuerſio æqualis: iãq; hoc in ipſis primis, hoc eſt, qñ concluſiones reuertũtur æqualiter: T. c. 66.

ABRAM

D est circuli significatū. In actiōe vero ēt opere hoc sic videtur, dicit, ꝙ qñ terra fuerit humecta, sequat̄ ꝙ vapores gignant̄, quę nubes est: & qñ hæc gignitur ꝙ gignatur & aqua: quando autem aqua gignitur, ꝙ terra humectetur: hoc aūt fuerat primū: girauit ergo circulo: qñ. n. fuerit vna harum rerum, quę vis il la sit, altera est: & quando hæc fuerit, erit, & altera: & quando hæc est, prima est.

Cō. 66. Postq̄ narrauit, ꝙ rerum, quæ a
E seinuicem gignuntur, priores inferantur ex posterioribus, & non cōuertitur res: & hæc est dispositio recte genitorum, cœpit narrare dispositionē rerum circulo genitarum, quo ad illationem. Et dixit: Quando videtur de his, quæ sunt ex causis, conuenit itaque, quòd sit si medium & extrema mutuo se consequantur. Dicit, quòd quando inuenimus res, quæ circulo non recte gignantur, sequitur hinc, ꝙ singulæ ex alterutris sint, ex alterutro duorum extremorum infertur medium, & ex medio vltimum extre-
F mum: & ex hoc extremum vnde incœpimus, adeo quòd Iistis res sit circulo vtrinque. Et illud intendit dum dicit: In his enim fit reciproca conuertio. Hoc autem ita fuit, quia res, quæ circulo sunt, mutuo se

BVRANA

qñ dispō circuli hæc est: sed in opatione & factura iā vtiq; apparet cōsistere: dī, qñ, cū fuerit terra humida, sequit̄ vtiq; vt generent̄ nebulę, & hoc est nubes, cūq; generat̄ hoc, vt generētur aquę, et cū generant̄ aq̄, vt madefiat terra: et hoc ē, qđ fuit primū: circulo igit̄ circuiuit: et hoc qñ cū vnū istorū fuerit, qđcūque sit, erit alterum, et cum hoc erit, erit alterum, & cùm hoc fuerit, est primum.

Posteaq̄ cōmemorauit, ꝙ in ijs, ꝙ Cō. 66.
generant̄ ex seinuicē, sequunt̄ prīa ex vltimis, & nō cōuertitur res: & hæc est dispō rerum, quæ generantur sm rectum: cœpit cōmemorare dispōnem eorū, quæ generantur circulo sm cōsequentiam: & dixit: iam vero videmus in ijs, quæ erūt, ꝙ iam inueniant̄ circulo eē: igitur hoc vtiq; conuenit, vt sit, si medium & ambæ extremitates cōsequuntur seinuicē: dixit: cūq; inueniunt̄ aliqua, ꝙ generant̄ circulo, non sm rectum: opꝫ vtiq; ex hoc, vt sequatur vnumqdq; ipsorū ex suo cōpari: sequat̄ ex altera extremitatū medii, & ex medio extremitas ſcda: & ex hoc extremitas, quam posuimus vltimam extremitatē, quā posuimus primā: ꝙq; conuertitur res in talibus cōsistēt, vt sequat̄ ex extremitate, quā posuimus vltimā, medium: & ex medio extremitas, quā posuimus primā, & ex hoc extremitas, à qua incœpimus: quousq; sit res in tis circulo à duobus lateribus sist: & hoc est, qđ significauit, cū d. & Iistis erit cōuersio equaliter: atq hoc ita fuit: qm cū ea, quę accipiunt̄ circu-

lo,

ABRAM

ſe inferunt, & capimus circulum ex dextris in ſiniſtrum, & ex ſiniſtris in dextrum. Et poſtq̃ commõſtrauit, ꝙ in his res procedat circulo, & ꝙ huius cauſa ſit: quia vnaquæque ipſarum ſit alterius cauſa, & cauſata ab illa, cœpit notificare ꝙ ſic oporteat eſſe ipſarum diſpoſitione in ſyllogiſmus cathegoricis, de ipſis ſcilicet, ꝙ medij termini illorum inferant concluſiones, & in his termini medij inferantur ex cõcluſionibus circulo i tres illorum termini poſſibile eſt ꝙ mutuo commõſtrentur, dico terminos ipſius ſylſi. Et illud ſignificauit quando dixit: Et iam hoc commõſtratum eſt in ipſis primis, ideſt. ꝙ concluſiones reciproce regrediantur. Hoc enim eſt circuli ſignificatum, ideſt, iam commonſtratũ eſt in Primo libro, circuli commonſtratio quid ſit, & ꝙ concluſiones regrediantur in præmiſſas reciproce, & cum hoc commõſtratum eſt in qua materia fiat, ſcilꝫ in præmiſſa conuertibili. Et poſtq̃ cõ monſtrauit hanc rem oratione, voluit illam oſtendere exemplo, quod eſt in actione naturę, et eius opere. Et d In actione vero & opere hoc ſic videtur, dicitur quòd quando terra fuerit humecta, ſequat quòd vapores gignantur, quæ nubes eſt: & quando hæc gignitur, quòd gignatur aqua, quando autem aqua gignitur, quòd terra humectetur, ideſt quòd in his videatur, ꝙ cauſata inſerantur ex cauſis: terræ n. humor eſt cauſa gignendi vapores, qñ Sol eos extraxerit. Vapores autem ſunt cauſa gignendi nubem, & nubes cauſa gignendi aquam, qñ congelatur in loco naturaliter frigido.

Deinde

EVRANA

lo, ſequuntur ſe inuicẽ, accipit circulus à latere dextro in ſiniſtrũ, & à latere ſiniſtro i dextrũ: & poſtea quàm declarauit, ꝙ iſta procedunt proceſſu cõſequentię in circulum: ꝙq; cauſa in hoc eſt quoniam vnũ quodq; ipſorum eſt cauſa ſui comparis, & cauſatũ ab ipſo: cœpit enũtiare, ꝙ ita ſequitur, vt ſit diſpoſitio ipſorũ I ſylſis, qui ꝓdicant de ipſis: hoc eſt, ꝙ ex terminis medijs ipſorũ ſequunt cõcluſiones, & termini, & medij ſequunt ex cõcluſionibus: quouſq; fit monſtratio in iſtis circulo, hoc eſt monſtrari ꝑtes termini tres ꝓ ſe inuicẽ, hoc eſt termini ſylſi: & hoc é, qđ ſignificauit, cũ dixit iãq; declaratum fuit hoc in ipſis primis, hoc eſt, qñ cõcluſones vtiq; redeunt ęqualiter: qñ diſpõ circuli, eſt hæc: ſenſus eſt: iãq; declaratũ fuit in tractatu primo, mõſtratio circuli q̃ fit: & hoc eſt, vt redeũt cõcluſones ſuper propõnibus ęqualiter: & manifeſtũ cũ hoc in qua mã erit: & hoc in ꝓpõne cõuertibili: & poſteaq̃ declarauit hoc ꝑ ſermonẽ, vult monſtrare ipſum ꝑ exẽplũ, qđ inuenit in operatiõe naturę & factura ipſius: & dixit: atqui in opatione & factura apparet vtiq, hoc ita: qñ, cũ fuerit terra humida, iam vtiq; generant nebulæ, & hoc eſt nubes: cumq; generatur hoc, ꝙ generantur aquę, cũque generantur aquæ, quòd madeſit terra: vult ꝙ apparet, ꝙ cauſata ſequuntur in his ex cauſis: & hoc, quoniã humiditas in terra eſt cauſa, vt generentur nębulæ cum ſequutus fuerit Sol: & nebulæ ſunt cauſa, vt generentur nubes, cùm infrigidatæ fuerint in loco frigido ſecundum naturam.

RRR iiij Deinde

ABRAM

D D.d. Hoc aũt fuerat primũ. i. terræ humor: hoc est, ꝙ qñ semel humectat terra, oportet ꝙ sẽpo humectetur, sicq; i infinitũ. D.d. Girauit ergo circulo, hoc ẽ, ipse humor: & sitop. de singulis, ꝙ qñ fuerit posita, oporteat esse sẽpo. Dñ aũt d. Qñ. n. fuerit vna harũ rerũ, quis illa sit altera ẽ, & qñ hęc fuerit erit & altera, & qñ hæc ẽ, prĩa est. i. cẽ aũt, qua ex q̃uis pee ille sumant & regrediunt circulo, ẽ qa qñ vna illarũ ponit esse, sequit posteriorẽ esse, & dum ponitur altera esse, sequit id, qd illi succedit, donec inferat primũ positũ.

E

BVRANA

D.d. Et hoc est: qd fuit primũ, hoc est madefactio terræ, hoc est, cùm madefacta fuerit terra vice vna, sequitur, vt madefiat sẽpo, & sic in infinitum. D. d. Igit iam circuiuit circulo, hoc est humiditas: & ita sequit in vnoquoq; hoc est. cẽ positũ fuerit existens, sequit, vt sit sẽpa vice: & hoc qñ cùm fuerit hoc primum existens: sensus est: & cẽ, ꝙ ex quocunq; accepto fit reditus circulo, ẽ: qñ cẽ positũ fuerit vnũ ipsorũ existẽs, sequit ex ntia alteri⁹: & cẽ sequit ex ntia alterius sequitur cõsequẽs ipsum, quousq; sequat primũ positũ.

ANT. INTER. TEX. XVI.

Sunt autem nonnulla quidem, quæ fiunt vniuersaliter, nanq; & semper & in omni, aut sic se habent, aut fiunt, alia vero semper quidem, non vt plurimum autem, vt non omnis homo masculus barbam emittit, sed vtplurimum.

T. c. 67. Et iam sunt quędam res, quæ sunt fm modum ipsius vniuersalis. illud enim est semper & de omni, & hæ siue sic sint, aut ꝙ gignantur, & iam sunt res, quę

F non sunt semper, sed pro maiori rei parte: v. g. quia non cuiqs viro oriuntur pili in barba, sed pro maiori parte.

Cõ. 67. Postq̃ meminit, ꝙ generabilium sit inferri priora, idest, causis ex vltimis, idest causatis, sit res necessaria in omni materia, Dixit: Et iam sunt quędam res, quę sunt, i. ꝙ sit ipsas ex suis causis, siue sit secundum dispositionem, qua gignuntur siue iam sit perfecta.

Et

Dixit Aristo. Iam vero inueniuntur nonnulla, quæ sunt fm viã vlis: & hoc, qm sunt sempꝙ & de oĩ: & hęc, vt sint existẽtia sic, aut vt fiant: iamq; inueniuntur ꝙdam, q̃ non sunt sempꝙ, fꝫterq̃ ꝙ sunt vt multũ: vt in exẽplo, nõ oĩnis hõ masculus barbam emittit, sed vt multum. T. c. 67.

Posteaq̃ cõmemorauit, ꝙ ex ijs, quę generantur, aliqua sunt, in quibus vltima sequũtur ex primis, hoc est causę ex vltimis, hoc est circumeuntia: quę est res necessaria in omni materia: & cùm dixit: iãq; inueniuntur nonnulla, q̃ sunt: innuit vt velit p essentiam ipsorũ, existentiã ipsorũ ex causatis suis: siue erit in rebus, qđ generat, aut iã pfectũ fuerit:: Cõ. 67.

&

ABRAM

Et postq̃ dixit fm modum ipſius vſis, ſubiunxit quid intendebat per hoc nomen, ſ. expoſitionem, de qua meminit in Primo libro huius voluminis. Et dixit: Illud enim ẽ ſemper & de omni. i. voco vſe, quod intendebam, ꝙ. ſ. prædicatũ inſit ſubiecto ſemper, & ꝙ ſit de toto ſubiecto. Deide diuiſit has res prædicatas fm modum vſis, Et dixit: Et hę ſic ſint, aut ꝙ gignantur, ideſt, hæ res, quæ ſunt fm modum vſis, aut ita ſunt, quia ſunt æternæ, aut ꝙ ſignificatũ vniuerſalis inſit eis in generatione. Expedit autem tibi, ꝙ ſciat, ꝙ quando genita fm ſubſtãtiã ſunt, gignantur ex cauſis efficientibus: ex ipſis aũt cauſis efficientibus non infertur neceſſario ſuũ cauſatum: ſequit̃ ꝙ in his non ſit ſignificatum ipſius vſis, quod appoſit conditio in Lib. Poſteriorũ, quod trãſit poſitiones, quæ gignunt̃, quæ accidunt corporibus cœleſtibus circulo. hę enim gignuntur neceſſario. v.g. quia ſi fuerit ortus, iã fuit occaſus: & ideo ſequit̃, ſi fuerit hyems, ꝙ ſit æſtas. hę aũt non ſunt inuicẽ cauſę, ſed ſunt res, quarũ quædã quibuſdã ſuccedunt, ob eſſe corpus efficiens eas, cuius motus gignit vnã & alteram. Et hæ ſunt ſpẽs rerum, quæ gignuntur fm modum vſis tantũ. Quę vero ſunt fm modũ vſis ſunt aliqñ in rebus neceſſarijs fm indiuiduũ, & aliqñ ſunt in rebus vãbus corruptibilibus, non in individuis: ſed neceſſario in illis inuenitur ob naturam vſis. Et expedit te ſcire, ꝙ maior pars neceſſariarum illationum cum cauſis efficientibus, ſit de accidentibus cum ſuis ſubiectis, quæ nota ſunt in accidentibus eſſentialibus: & ideo demõſtrationes

BVRANA

& poſteaq̃ dixit, fm viam vſis: coniunxit illud, quod voluit per hoc nomen, expoſitionẽ eius, quod cõmemorauit in Tractatu primo iſtius libri: & hoc eſt, vt prædicatum inſit ſubiecto ſemp, & ſit de omni ſubiecto: deinde diuiſit intentiones iſtas, quæ ꝓdicũtur fm viam vſis, & dixit: hæc aũt ſit, vt ſint exiſtẽtia ſic, aut fiãt: & hæ ſunt res, quæ inuenũtur fm viam vſis, ſi fuerint ſic, qm̃ ſunt ęternæ: aut vt ſit diſpõ ipſius vſis exiſtẽs in ipſis per generationem: ſcire aũt debes, ꝙ ex ijs, quæ generantur fm ſubſtantiã, & quæ generant̃ ex cauſis, quæ ſunt cauſæ efficientes: ſequit̃ ex neceſſitate, ex circulatione ipſorum: ꝙ non ſit in iſtis intentio vſis, quæ tradita fuit in libro Demonſtrationis, illud, quod prętcrijt ex eo, quod generat̃ ex ſitibus, quæ accidũt corporibus cœleſtibus circulo: qm̃ hæc generant̃ ex neceſſitate: vt in exẽplo, qm̃ ſi eſt ſplendor, erit vtiq; obſcuritas: & propterea, quod ſequit̃, ſi fuit hyems, ꝙ erit æſtas: ſed hæ non ſunt cauſæ efficiẽtes inter ſe: ſed ſunt res, quæ accidunt ſemp vna poſt alteriã ad exiſtentiã corporis efficientis ipſius motũ ſuum ſemper & vnum: & hęc eſt ſpẽs rerum, quæ generantur fm viam vſis tantum: quæ vero exiſtunt fm viam vſis, erunt vtiq; in rebus neceſſarijs fm indiuiduũ: iãq; erunt in rebus vãbus corruptibilibus non fm indiuiduũ: ſed ex neceſſitate inuenient̃ vtiq; in ipſis pp naturam vſem. Scire aũt debes, ꝙ magna pars cõſequentiũ neceſſariorũ ſimul cũ cauſis efficientibus, eſt in accidentibus cũ ſubiectis ſuis: & hęc ſunt, quæ ſciunt̃ per accidentia ſubſtantialia: & ꝓpea ſunt demonſtrationes abſo-

ABRAM

F nes simpliciter fiunt in hoc genere. Postquàm autem narrauerat res, quæ sunt, quarum mutua illatio sit necessaria, cœpit etiam narrare quę illarum sunt, quarum mutua illatio fit pro maiori parte. Et dixit: Et iam sunt res, quæ non sunt semper, sed pro maiori rei parte. verbi gratia, quia non cuiq; viro oriuntur pili in barba, sed pro maiori parte, i. deest, ex empli gratia ortus barbæ post pueritiam, quia hic non est necessarius. sed pro maiori parte: iam enim sunt quidam rari, quibus nõ E oritur barba. Et dixit: verbi gratia, quia non cuiq; viro oriuntur pili in barba, ideſt, quòd quia nõ cuiq; viro oriuntur pili in barba ortus pilorum non est necessarius. Et expedit te scire, quòd res, in quibus infertur posterior à priori, sit trium ſpecierum: quædam, in quibus infertur pro maiori parte, & in quibus infertur æqualiter, & in quibus infertur raro & in paucioribus: demonſtratio autem fit in ſpecie inferente pro maiori parte.

F

BVRANA

absolutæ vt plurimum in hoc gñe: & posteaq̃ commemorauit, q̃ sunt res existentes, quæ consequuntur se inuicẽ consequentia necessaria: cœpit commemorare consimiliter etiã, quæ ex ipsis consequuntur se inuicẽ fm viam vtplurimũ: & dixit: iamq; inueniunt aliqua, quæ nõ sunt semp, prętereq̃ q̃ sunt vtplurimum: vt in exemplo, non omnis homo emittit barbam in senectute sua, sed vtplurimũ: sensus est: exemplum huius, productio barbæ post iuuentutẽ in masculis: quãuis nõ est hoc necessariũ, sed vtplurimũ: qm̃ inuenit vtiq; vt in paucioribus aliquis, qui nõ emittit barbam: & cùm dixit: non omnis homo masculus emittit barbã in senectute sua: sensus est: qm̃ non omis homo masculus emittit barbam in senectute sua, neq; productio barbę erit necessaria. Scire aũt debes, q̃ in ijs, in quib⁹ sequit̃ posterius ex priori, inuenit̃ res fm tres species: quod sequit̃ vtplurimum, & quod sequit̃ & non sequit̃ æqualiter, & quod sequitur vt in paucioribus: & demũ vtiq; erit in ipsis fm speciem consequentis vtplurimum.

Talium itaq; necesse est & medium vtplurimum esse, si enim A de B vniuersaliter prædicatur, et hoc de C vniuersaliter, necesse est A de C semper & in omni prædicari, hoc enim est vniuersale & in omni & semper, sed supponebatur vt plurimum: necesse est igitur & mediũ vtplurimum esse, quod est, in quo B: erunt igitur & eorum, quæ vtplurimum, principia immediata, quæcunq; vt plurimũ ita sunt, aut fiunt.

T.c 68 Talium autem medium oportet esse pro maiori rei parte. si enim A de B vniuersaliter prædicet, & hæc de C vniuersaliter, sequitur quòd A prædicet de C semp,

Dixit Aristo. Oportet aũt, vt T.c.68 mediũ in talibus sit vtplurimũ: & hoc, qm̃ si est A ꝑdicatũ de B per viã vñis, & hoc de C fm viã vñis, sequitur vtiq; vt sit A prædicatũ

ABRAM

semper, et de omni: hoc enim est dici vlr, ſ. q̃ ſit de oſ & ſemper. verũtamen iam poſitũ eſt, q̃ ſit pro maiori rei parte. ſicq; ergo oportet, q̃ mediũ pro quo eſt B ſit pro maiori rei parte. Fiunt ergo principia immediata rerũm, quæ ſunt pro maiori rei parte, oẽs res, quę pro maiori rei parte ſunt, aut ſic ſunt, aut gignũtur.

Cõ.68 Poſtq̃ oſtendit, q̃ cauſata ſuccedant ſuis cauſis pro maiori parte rerum, quæ gignũtur pro maiori parte, intendit etiã notificare, q̃ demſonum, quæ huius generis ſunt, præmiſſę etiã ſint pro maiori parte nõ neceſſariæ. Dum aũt dixit: Talium aũt medium oportet eſſe pro maiori rei parte, ideſt, quia medi9 terminus demõſtrationis, quæ in hac materia ſit, oportet neceſſario q̃ ſit pro maiori parte non neceſſarius, dico illius prædicationem de minori, & prædicationem maioris de illo. Deinde talis exemplũ ex liberis, quatenus proceſſit cõſuetudo q̃ ſumeret ipſas vice terminorũ trium. intẽdit per hoc oſtendere, q̃ qñ concluſiones fuerint cõtingentes pro maiori parte, q̃ oporteat p̃miſſas eſſe cõtingentes pro maiori parte. Et dixit: Si enim A de B vniuerſaliter prædicetur, & hæc de C vlr, ſequitur q̃ A prædicetur de C ſemper, & de oſ: hoc enim ẽ dici vniuerſaliter. ideſt, oportet præmiſſas contingentium cõcluſionũ contingẽtes eſſe: quia ſi ponneremus cõcluſiones cõtingẽtes, quarũ præmiſſæ ſint neceſſariæ, ſequeret ex hoc quod poſuim9 huius exemplũ, qđ ipſe accepit ei, q̃ A qđ eſt maius extremum, prædicet de B qui

SVRANA

dicatum de C ſemper & de omni: quoniam hoc eſt manifeſtũ ſecundum viam vniuerſalis: & hoc, vt ſit de omni & ſemper: ſed iam poſitum ſunt, quòd eſt vtplurimũ: erunt igitur & principia immediata eorum, quæ ſunt vtplurimũ, omnia ea, quæ ſunt vtplurimum, aut quæ ſunt ita, aut quæ generantur. A

Poſteaq̃ declarauit, q̃ cauſata cõ ſequunt cauſas ſuas, & vtplurimum ex iis, q̃ generant vtplurimũ: vult docere conſtat ẽt, q̃ demſonũ, quæ erũt in hoc genere, ppõnes cõſtat ẽt erunt ſm viam vtpl̃m neceſſariæ: & & cùm dixit: oportet aũt, vt mediũ in talibus vtiq; ſit vtplurimũ: ſenſus eſt: q̃ termin9 medius in demſone, quæ erit in hac mã, ſequit ex neceſſitate, vt ſit ſm viam non neceſſariũ, hoc eſt, in prædicatione ſua de minori, & p̃dicatione maioris de ipſo: deinde adduxit exemplũ ex liberis: quod procedit conſuetudine ſua: vt accipiant loco trium terminorum: vult p̃ hoc monſtrare: cùm fuerint cõcluſiones, cõclones poſſibiles ſm viam vtpl̃m, ſequit, q̃ ſint ppõnes poſſibiles ſm viam vtpl̃m & dixit: & hoc, qñ ſi fuerit A prædicatũ de B ſm viam vlis, & hoc de C ſm viã vlis: ſequit vtiq;, vt ſit A prædicatũ de C ſemper & de omni: qñ hęc eſt oratio ſm viã vlis: ſenſus eſt: aequi ſequit, q̃ ſint ppõnes concluſionũ poſſibiliũ poſſibiles: qñ ſi ponam9 concluſionum poſſibilium ppõnes neceſſarias: ſequitur ex hoc cõtradictoriũ eius, quod poſuimus: exemplum huius: qñ ſi accipiamus, q̃ A q̃ eſt extremitas minor p̃dicat de B, quæ B C.68

ABRAM

D qui est medius terminus ſm modū vniuerſalis, ideſt, de omni, quod ſup ponitur ipſi B & ſemper: & B prædicetur etiam de C quod est minus extremum vniuerſaliter. Iam itaq; ſequitur, ꝙ concluſio ſit vlt prædicatio A de C hoc est, ꝙ prædicetur de omni, quod ſupponitur ipſi C & ꝙ de ipſa prædicetur per ſe. ſignificatum enim modi vſis congregauit hæc duo attributa, ſ. ꝙ prædicatum ſit prædicatum de toto ſubiecto, & ꝙ ſit ſemper: prout in præcedentib⁹ dictum eſt. D.d. Veruntamen iam
E poſitum eſt ꝙ ſit pro maiori rei parte: ſicq; ergo oportet ꝙ mediū, pro quo eſt B ſit pro maiori rei parte, ideſt, ſed iam poſuimus, ꝙ cōcluſio ſit cōtingens pro maiori parte, hęc eſt diſiona repugnantia: ſequitur ergo, ꝙ præmiſſæ ſint cōtingentes pro maiori parte. Dum aūt dixit: Fiunt ergo principia immediata rerum, q̄ ſiunt pro maiori rei parte, oēs res, q̄ pro maiori rei parte ſunt, aut ſic ſunt, aut gignunt. i. ꝙ illorū, quę eē eſt pro maiori rei pte, cauſæ, ex quibus fiūt, p̄miſſę ſunt pro maiori rei
F parte, aut gignuntur pro maiori rei parte. Et illud ſignificauit quando dixit, aut ſic ſunt aut gignuntur.

BVRANA

quæ eſt terminus medius ſm viam vſis, hoc eſt, de omni eo, qđ eſt ſub B & ſemper: & ſit B prædicatū conſimiliter ét de C, quod eſt extremitas minor ſm viam vſis, ſequit̄ vtq; vt ſit concluſio, quæ eſt C ꝑdicatio A de C, hoc eſt, vt prædicet̄ de omni eo, quod eſt ſub C & ꝙ prædicet̄ de ipſo per ſe: & hoc, qm̄ intentio prædicationis ſm viam vſis, aggregat duas iſtas diſpōnes, hoc eſt, vt ſit prędicatū, prædicatum de omni ſubiecto, & ꝙ ſit ſemper: quēadmodum diximus in præcedentibus. D.d. Sed iam poſitū fuit, ꝙ eſt vt plurimum: ſequit̄ itaq; vt ſint ꝓpōnes poſſibiles vt plurimū: & dixit: & erunt igit̄ principia immediata, & rerū, quæ ſunt vtplurimum, ſiue ſint ita, ſiue fiant: ſenſus eſt: & ſunt ꝓpōnes notæ ꝙ ſe ad concluſiones, quæ ſunt vtplurimū conſiſt etiam vtplurimū, & hoc aut in eſſentia, aut in generatione, hoc eſt, qm̄ eorum, quæ ſunt vtplurimum cauſæ ſunt illæ, quæ faciunt ꝓpōnes vtplurimum: & conſiſt, quorū generatio eſt vtplurimū, erunt ibi exiſtētia vtplurimum, aut quæ generāt vtplurimum: & hoc eſt, quod ſignificauit, cūm dixit, aut eſt ita, aut fit.

ANT. INTER. TEX. XVII.

De compoſitione definitionis ex ſuis partibus, & quando ſunt ignota quo pacto veniantur. Cap. 8.

QVomodo igitur ipſum quid eſt in definitiones aſſignatur, & quo modo demonſtratio aut definitio eſt ipſius, aut non eſt, dictum eſt prius. Quomodo autem oportet venari, quæ in eo quod quid eſt prædicantur, nunc dicamus. Eorum igitur, quæ inſunt ſemper vnicuiq;, nonnulla extenduntur in plus, non tamen extra genus. dico autem in plus ineſſe, quæcunq; inſunt quidem vnicuiq; vniuerſaliter, at

vero

vero & alys. veluti eſt quiddam, quod omni ineſt trinitati, ſed & non trinitati, quemadmodum ens ineſt trinitati, ſed & non numero: ſed & impar ineſt oi trinitati, & in plus ineſt, nã & quinario ineſt, ſed nõ extra genus: quinarius.n.eſt numerus, nihil aũt extra numerũ, et impar. A

a. l. trinitati

ABRAM

T.c.69 Quomodo vero definitiones perficiant operationem ipſius quòd quid ſit, & quomodo de illo ſit demonſtratio, aut definitio, aut de eo non ſit, iam in præcedentibus diximus. Nunc vero dicemus quo modo venari expediat res ignotas ex via q̃ quid ſit. & dicimus, quòd rebꝰ, quæ ſemper ſunt, ſingulis ſit aliquid, quod eas ſuperet, & ille illud ſuperent, excepto q̃ illę non exeant ab illius genere: dico autem quod eas ſuperet, & illæ illud ſuperent omnes res, quæ ſingulis rebus de omni inſunt, atq; etiam inſunt alĩs ab illis. Verbi gratia, quãdo inuenitur aliqua res, quæ omnibus tribus inſit, niſi q̃ inſit etiam his, quæ non ſunt tres, ſicut res ſe hẽt de ente, quia ipſum ineſt tribus: ſed iam ẽt ineſt alicui, quod non eſt numerus, aut res impar etiã ineſt oĩbus tribus, & vlteriori eſſe, quia ineſt quinario ẽt, ſed non exit illius genꝰ: quinarius enim numerus eſt: ratio aũt imparis non egreditur numerum.

Cõ.69 Quando eius intentio in hoc Libro prima fuit loqui de definitionibus, quod enim in illis ſcrutatus eſt dſiam inter ipſas & ipſas demſones, & qſio poſſit definitio demoſone commonſtrari, & qſio ſit impoſſe, deinde

BVRANA

Dixit Ariſto. Sed qũo perfi- T.c.69
cient definitiones intẽtionis qd eſt: & per quẽ modum ineſt ipſi demõ, aut non ineſt: iam vtiq; diximus in p̃cedentibus. Diximus aũt nunc, qũo oportet venari, quæ ignorant ex parte qd eſt: dicamus igit, q̃ eorũ, quæ in ſunt ſemp vnicuiq;, aliqua ſup- B
excedũt, & ea ſunt ampliora ipſo prętercq̃ q̃ nõ exeunt á genere ſuo: volo aũt p̃ id, quod dixi, ſupexcedere: & eſſe ampliora ipſo, oſa illa, quæ inſunt vnicuiq; de omni: & ipſa inſunt conſiſt ẽt alteri ab ipſo: vt in exẽplo, iã eſt aliquid, quod ineſt omni ternario: prætercq̃ q̃ ineſt etiã alicui quod non eſt ternarius: quẽadmodum diſpoſitio entis: quoniã ipſum ineſt vtiq; ternario: prætercq̃ q̃ & ipſum vtiq; ineſt ei, C
quod nõ eſt numerus: & impar quoq; ineſt omni ternario, et exiſtentia ipſius ẽ amplior: & hoc, qm̃ ineſt ẽt quinario: quod non exit á genere ipſius: qm̃ quinarius eſt numerus: necq; intentio imparis exit á numero.

Cõ.69 Qm̃ fuerat intentio ipſius in hoc Tractatu loqui de deſiõnibus prio: & prius q̃ inueſtigaret de diſpõe ipſarũ, diſtinxit inter ipſas & inter demſones: & fm quẽ modũ poſſe ẽ, q̃ oſtendaſ per demſonẽ definitio:

et

ABRAM

D deinde post hoc loquutus est de definitione quid sit, & de eius speb⁹, & hinc p̄cessit ad numerū quatuor causarum, & si cōis sit definitioni & demōni. sed cū visum est ei, q̄ cōuenientior locus narrādi causas sit hic locus, q̄n res, quarum nō sunt causæ, non cōmonstratur demōne, nec ipse nec earum definitiones. Et postq̄ compleuit hoc, experiēs fuit q̄ rediret ad id, quo tendebat iter, quæ est consideratio illius, quod residuum erat de re definitionum: & ex quo intepositerat promulgatū
E suæ orationis eloqui de causis, quod definitionibus non est proprium, & oportuit redire ad sermonē de definitionib⁹, incœpit meminisse de eo quod ostenderat de ratione ipsarū. Et dixit: Quo modo vero definitiones perficiant rōnem ipsius q̄ quid sit, & quo modo de illo sit demōstratio, aut definitio, aut de eo non sit, iam in præcedentibus diximus, idest, quo modo vero definitio largiatur rationem ipsius q̄ quid sit, & quo modo de hac re constituatur demōstratio, & de illa sit definitio, cum hoc q̄ de
F illa cōstet demōstratio, & quo modo hoc sit impossibile, iam hoc diximus in p̄cedentibus. Et ex quo verū stiones iam eduxerunt modum partitionis, & opinati sunt. q̄ signat definitionē: & iam ostendit, q̄ non signat definitiones naturaliter ignotas, sed faciliorē aditum præbet ad eduxendum ipsas definitiones, & vtilis fit illis, sicut vtilis est inquisitio, s. ad gignendum veritatē p̄missarū per se notarum. sicut enim quædā p̄missæ sunt, quæ se ipsis sciuntur, & aliquæ sunt quæ excitatione quadā sciūtur, s. per speciem inquisitionis,

aut

BVRANA

& sm quem modū non est posse de re vna p̄ definitionē quid est, & per spes suas: & p̄fectus est ex hoc ad numerū causarū quatuor: & si cōprehendit definitio & demōstratio: sed vidit, q̄ locus decentior ad causas cōmemorandas est locus istæ: q̄n eæ, quæ nō habent causas, nō ostenduntur per demōnem, neq; ipsæ, neq; definitiones ipsarū: & posteaq̄ perfecit: oportet, vt reuertatur ad id, q̄d erat in via ipsius: & est speculatio de eo, q̄d superexat de ipso ex intētione definitionū: & posteaq̄ assumpsit sermonē suum de causis: qui nō est appropriat⁹ definitionib⁹: oportet, vt redeat ad sermonē de definitionibus: cœpit cōmemorare illud, q̄d monstrauit ex disp̄one ipsarū: & dixit: q̄o aūt perficiēt definitio intētionis quid est, & sm quē modū inest ipsi definitio aut non inest: hoc vnq; iā diximus in p̄cedentibus: sensus est: q̄ quā vero intentionē tradit definitio intentionē quid est: & per quē modū constituitur sup ipsa hac re demōstratio, & ineſt ipsi definitio cū eo, q̄ cōstit sup ipsa demōstratio & sm quē modū nō est posse hoc: iā vtiq; diximus in p̄cedentibus: q̄n aūt est via diuisionis: quā iam protulerūt antiqui, & existimauerūt, q̄ ipsa facit acquirere definitionē: iamq; declarauit, q̄ ipsa nō facit acquirere definitiones ignotas, sm nām: & cū eo, q̄ facit facilē productionē definitionum & confert ipsis sm modū, quo cōfert inuestigatio, hoc est facultas acquirēdi veritatē p̄ p̄pōnos notas p̄ se: & hoc, q̄n quē admodū ex propositionib⁹ aliq̄ est, q̄d scit̄ per se, & hoc, vt sciat̄ per manifestationē, hoc est per speciem inquisitionis,

aut

ABRAM

aut exempli, ſic res ſe habet in defini
tionibus. quædã enim ſciuntur per
ſe, & quædam ſciunt per aliquã ſpe-
ciẽ meditationis, qui eſt modus di-
uiſionis, & modus compoſitionis,
quã intendit hic narrare. & ex quo
ueteſtiores expreſſerunt ſolum mo
dum diuiſionis, ſuperaddidit ipſe vl
tra ve eres exprimendo modũ com
poſitionis, quia non eſt inferior mo
do diuiſionis, quo ad iuuamen inſe
rendum definitionib⁹, immo forte
eſt manifeſtior q̃ ille, & nõ ignorat
ipſe, q̃ non ſit ſimpl⁹ vtilis ad educẽ
dum definitiones, dico definitiones
nã⁹ ignotas. verba enim, quib⁹ pro
tulit, q̃ non ſufficiat diuiſio ad defi
nitionũ eductionem, poſſunt tranſ
ferri ipſa eadem ad modũ compoſi-
tionis, & eis cõmonſtrabitur, q̃ mo
dus compoſitionis non ſufficiat ad
educẽdum definitiones naturaliter
ignotas, ſicut fecit Abũnazar Alpha
rabius in ſuo libro. Ariſt. vero non
meminit de hoc modo, quo ſuffi-
ciat ſimpl⁹ ad definitionũ eductio-
nem, ſed quatenus ſit modus facilẽ
faciens hanc illam: & ſm hoc expe-
dit intelligere Ariſto. intentionem
in narratione hmõi. Et dum dixit:
Et dicemus quo modo venari expe
diat res ignotas ex via quòd q̃ ſit,
ideſt, q̃n commonſtratum eſt, quo
modo conſtandum ſit de definitio-
nibus ignotis, expedit q̃ dicam⁹ quo
modo educantur definitiones, quæ
non ſunt notæ ex definitionibus per
ſe notis, q̃ in hoc procedat itinere
alio q̃ per viam diuiſionis. Deinde
dixit: Et dicimus q̃ rebus, quæ ſem-
per ſunt, ſingulis ſit aliquid, qd eas
ſuperet, & illæ illud ſuperẽt, excepto
q̃ illæ non exeant ab illius genere,

ideſt,

SVRANA

aut exemplum: conſtat eſt diſpõ in A
definitionib⁹: ex ipſis aliquid eſt, qd
ſcitur per ſe, & ex ipſis aliquid eſt, qd
ſcit⁹ per ſpẽm ſpeculationis: & hæc
via diuiſionis & via compoſitionis:
de qua intẽdit mentionẽ facere hic:
& q̃n fuerunt antiqui, quæ ad modũ
diximus, qui produxerũt viam di-
uiſionis tantũ: addidit ipſe antiquis,
productionẽ viæ cõpõnis, q̃m non
eſt inferior via diuiſionis ad vtili-
tem definitionũ, fortaſſe eſt mani-
feſtior ipſa: & nõ inuenit ipſe, q̃ non
conferat ad productionẽ definitio-
num ſimpl⁹, hoc eſt definitionum B
ignotarum ſm nãm: & hoc, q̃n ea,
de quib⁹ dixit, q̃ diuiſio nõ ꝓducit
definitiones, decet vt tranſeat ad
viã cõpoſitionis ſemp & declarauit
in ipſis, q̃ via cõpoſitionis nõ eſt ſuf
ficiens ad extrahendas definitiones
ignotas ſm nãm: quẽ ad modũ fecit
hoc Abunazar in lib. ſuo: ſed Ariſt.
nõ fecit mentionẽ de hac via in lib.
ſuo, ſm q̃ eſt ſufficiens ad extrahen
das definitiones ſimpl⁹, ſed ſm q̃ é
ex via facilitationis i hoc: & ſm hoc
operepręciũ eſt, vt intelligat⁹ intẽtio
Ariſt de cõmemoratione iſta⁹ viç: C
cùm vero dixit: dicamus aũt, q̃o
oporteat venari res deſiõ nõ ignota-
rum ex parte qd eſt: ſenſus eſt: cũq;
declaratũ fuerit, q̃o ſit conſiſtentia
ſup definitionibus ignotis i demõ
nibus: & vtiq; conuenit, vt dicam⁹,
q̃o conueniat, vt producant definiti-
ones non manifeſte à definitioni-
bus notis per ſe: & p quam viam cõ-
uenit procedi abſq; via diuiſionis.
D.d. Dicamus aũt, q̃ eorũ quæ in-
ſunt ſemp vnicuiq; aliqua ſupere-
dunt, & ſunt ampliora ipſo, præterq̃
q̃ nõ exeũt à genere ſuo: ſenſus eſt:

et

ABRAM

D ideſt, hoc modo conſtituitur res, quæ definiri intenditur, & colligimus prædicata illi eſſentialia, quæ ſunt vniuerſaliora, quam ipſa, excepto quòd non conueniat tranſgredi huius illius rei genus: ſingulis enim rebus, quæ ſunt, ſemper inſunt prædicata eſſentialia multa, quibus diſcernantur nõ exeuntia ab illarum genere. Et poſtquàm dixerat, quòd ſingulis illis rebus inſint prædicata eſſentialia, quæ ſingulas excedant, enunciauit quæ ſint illa prædicata, Et dixit: Dico autem quòd eas ſupe
E rer, & illæ illud ſuperent: omnes res quæ ſingulis rebus de omni inſunt, atque etiã inſunt alijs ab illis, ideſt, & intendo, quando dico prædicata, quæ ſuperant ſubiectum, & illæ illud ſuperant, ideſt magis vniuerſalia ſunt quàm illud, omnia prædicata, quæ de re prædicantur ſecundum modum vniuerſalis, ſcilicet de toto ſubiecto, & ſemper, & vltra hoc inſunt alijs à ſubiecto. Et poſtquàm narrauit quæ ſint res prædicatæ eſſentiales, quæ ſunt ſubiecto vniuerſáliores, & propriores illius,
F genere, tulit exemplum, quo notificaret res quæ ſunt vniuerſáliores ſubiecto, & propriores illi⁹ genere. Et dixit: Verbi gratia, quando inuenitur aliqua res, quæ omnibus tribus inſit, niſi quòd inſit etiam his, quæ non ſunt tres, vſque ibi alicui quod non eſt numerus, ideſt, gratia exempli, quòd aliqua res inſit omni trinario, ſcilicet quòd prædicetur de illo: & cum hoc prædicetur de eo qđ non eſt numeri, qđ eſt genus ternarij, prout eſt ens, quia ineſt ternario, ſ. prædicat̃ de eo: & cũ hoc prędicat̃ de eo qđ non eſt numerus.

Et

SVRANA

& hæc via eſt, vt conſiſtamus ſuper re, cuius intendimus definitionẽ: & recolligemus p̃dicata ſubſtantialia, nõ quæ ſunt vniuerſaliora ipſo, prę-terq̃ ꝙ non cõueniẽt, vt pertrãſeam⁹ genus iſtius rei p ipſã: qm̃ ſunt multa ſexiſtẽtia ſemp: quorũ vnicuiq; inſunt prædicata ſubſtãtialia, multa ſeparant̃ ab ipſo non egredientia genus ipſius: & poſteaq̃ dixit, ꝙ ineſt vnicuiq; rerũ prædicatarũ ſubſtantialiũ, quæ ſunt ampliora ipſo enũtiauit, quæ ſint illa prædicata: & dixit, & intelligo p id, quod dixi: q̃ ſuperexcedũt ipſum, & ſunt ampliora eo, oĩa ea, quę inſunt vnicuiq; rei de omni, & inſunt conſiſtẽt alteri ab ipſo: ſenſus eſt: & intelligo per id, quod dixi, p̃dicata, quæ excedũt prędicata, ampliora ipſo, hoc eſt, vſiora ipſo, oĩa prædicata, quæ prædicant̃ de aliquo p viam vñs, hoc eſt, de oĩ ſubiecto & ſemp: quæ cum hoc inſunt alteri à ſubiecto: & poſteaq̃ cõ memorauit, q̃ ſunt intentiones prędicatorũ ſubſtantialium, quæ ſunt vſiora ſubiecto, & magis appropriata q̃ genus ſuum: adduxit exemplũ, p quod docuit res, quæ ſunt vſiores, & non ſunt magis appropriatæ, q̃ genus: & dixit. Exẽplum huius: inueniẽt vtiq; aliq̃d, quod tueſt omni ternario: prætereq̃ ꝙ ipſum ineſt ei, quod nõ eſt ternarius, vſq; ad id, qđ dixit, ei, quod non eſt numerus: ſenſus eſt: exẽplum huius: qm̃ ineſt aliquid omni ternario, hoc eſt prædicat̃ de ipſo: & cũ hoc ipſum prędicatur de aliquo, quod nõ eſt in numero, qui eſt genus ternarij: quẽadmodum ens, qm̃ ipſum iam ineſt ternario, hoc eſt p̃dicat̃ de ipſo: & ipm cũ hoc p̃dicat̃ d̃ aliquo: qđ nõ ẽ nũer⁹:

et

ABRAM

Et postq̃ meminit de ꝑdicato vñ, quod trãsgredit̃ genus rei, & ẽ illud, ad quod nõ inuat hic modus, meminit de prædicato vñ, quod est magis proprium genere. Et dixit: Aut res impar ẽt ineſt oĩbus tribus, & vlteriori eſſe, quia ineſt quinario ẽt, i. & exemplum vñs ꝑdicati, quod eſt magis propriũ genere ẽ impar, qui eſt quædam res, quæ prædicat̃ de oĩ ternario, & prædicat̃ de alijs ſpeciebus imparibus numeri, & nõ eſt vniuerſalior genere ipſius trinarij.

BVRANA

& poſteaq̃ mẽtionẽ fecit de ꝑdicato vñ: qđ trãſcẽdit genꝰ rei, & eſt illud, ꝓ qđ non cõfert via: cõmemorauit ꝑdicatũ vñe: qđ eſt magis appropriatũ generi: & dixit: & intẽtio imparis cõſiſtẽt ineſt oĩ ternario, & exñtia ipſius ẽ amplior: & hoc, qm̃ ipſe ineſt quinario cõſiſtẽt: ſenſus ẽ: & exẽplũ ꝑdicati vñs, qđ eſt magis appropriatũ, q̃ genꝰ eſt impar: qm̃ ipſum ꝑdicat̃ de oĩ ternario, & prędicat̃ de alio ab ipſo ex ſpecieb⁹ numeri ſparis, & nõ eſt vñus genere ternarij. A

T.17.ps *Talia itaq; accipienda ſunt vſq; ad hoc, quouſq; tot accepta fuerint primum, quorũ vnumquodq; quidem in plus ineſt, omnia vero non in plus ſunt: hanc enim neceſſe eſt eſſe ſubſtãtiã rei. Vt trinitati ineſt omni numerus, impar, primus vtroq; modo, & vt non menſuretur numero, & vt non componatur ex numeris: hoc igitur ẽ eſt trinitas, numerus impar, primus, & ita primus: horũ enim vnũquodq; alia quidem impa ribus omnibus inſunt, vltimum vero & dualitati, omnia aũt nulli.* B

† ſ. null niſi tria

T.c.70 Expedit talia præeligere, donec ipſorũ prælectione attingamus quantitatẽ, quorũ vnumquodq; eſſe ſuperat, aggregatũ aũt non ſuperat: hoc enim neceſſario oportet eſſe rei eſſentiam. Verbi gratia, ratio numeri & ratio imparis & ratio primi, ſm primi ſpeciem ineſt omni ternario. Dico aũt primi ſpeciem, q̃ non numeretur per aliũ numerum, nec eſt ex numeris cõpoſitus. Sicq; igitur ternarius ẽ hęc res, ſcilicet numerꝰ impar & primus, & ſm hanc rõnem primꝰ, licet enim vtraq; harũ duarum rationũ amplectatur impares, & hæc vltima inſit etiam binario, omnes vero nulli inſunt.

Dixit Ariſt. Oportet vt eligantur talia, quouſq; deueniam⁹ in electiõe eorũ ad mẽſurã ei⁹: quo ſit vniuſcuiuſq; inexiſtẽtia amplior: ſed aggregatio ipſorũ non ſit amplior: et hoc, qm̃ ſequẽ vtiq; ex neceſſitate, ut hoc ſit ſuba rei: C vt in exẽplo, intẽtio numeri, & intẽtio ſparis, & intentio primi ſm ſpẽs primi ſſunt oĩ ternario: & ſtelligo ꝑ ſpẽs primi, q̃ ipſe ñ mẽſurẽt nũero, & q̃ ipſe nõ cõponaẽ ex numeris: ternarius igr̃ ẽ hoc, i. numerꝰ, impar, primus, & ꝑ hãc intẽtionẽ ꝑmꝰ: & hoc, qm̃ vtrũq; ꝙdẽ ſſtorũ duorũ ẽ, qđ aggregaẽ in impari: ſed hoc vltimũ ineſt ternario conſiſtẽt: oĩa vero ea non inſunt alicui. T.c.70

Poſtq̃

ABRAM

Cō.70 Postquàm cōmonstrauit, quòd
D inſint reb⁹ prędicata eſſentialia vni
uerſaliora eis, quę cum hoc ſunt pro
priora ipſarum genere, cœpit enun
tiare, quòd quando intendat defi
nire rem, oporteat eum colligere ta
lia prædicata: & quando ex pluribus
vno illorum collectum fuerit æqua
le illi, quod definire intēdit, illudq;
collectum includitur in genere il
lius rei, ſequitur neceſſario, quòd
collectum ex toto hoc, ſit rei defi
nitio. Et dum dixit: Expedit talia
prælegere. Intendit per illud, ipſa
E prædicata eſſentialia. Dum autem
dixit: Donec ipſorum prælectione
attingamus quantitatem, quorum
vnumquodq; ſuperat, aggregatum
autem non ſuperat. Intendit de his
prædicatis expedit prælegere ea,
quorum vnumquodque ſit vniuer
ſalius, quod prædicetur de pluribus
quàm de ſubiecto. Deīde dixit: hoc
enim neceſſario oportet eſſe rei eſ
ſentiam, id eſt, hoc enim aggrega
tum, quod huius conditionis eſt,
oportet neceſſario quòd ſit rei for
ma, ipſiuſq; differentiam ipſam cō
F ſtituens, ideſt, quòd quando hoc
connectitur illius generi, comple
tur huius rei definitio. Deinde tulit
huius exemplum: Et dixit: Verbi
gratia, ſi ratio numeri, & ratio impa
ris, & ratio primi, ſecundum primi
ſpecies, ineſt omni ternario, ideſt
huius exemplum eſt, quia omni ter
nario ineſt, quòd ſit impar, & quòd
ſit numerus primus, ſm rationem
ſpecierum ipſius primi. Deinde ex
plicauit ſignificatum ipſius primi,
Et dixit: Dico autem primi ſpecię,
q̄ non numerat per alium nume
rum, nec ſit ex numeris compoſitus,
id eſt,

BVRANA

Poſteaq̄ declarauit, q̄ rectę ꝓdicā Cō.70
tarū inueniunt nōnulla magis vltia
ipſis ſubſtātialia: q̄ cū hoc ſunt ma
gis appropriata, q̄ genꝰ ipſorū: cœ
pit narrare, q̄ oportet eū, q̄ vult de
finire aliq̄d colligere huiuſcemodi
prædicata: cūq; aggregatū fuerit ex
pluribꝰ ipſorū: qđ eſt ęquale rei, cu
ius intēdit definitionē: & cōprehen
dat ipſm aggregatū genꝰ illi⁹ rei: ſe
quit ex neceſſitate: vt ſit aggregatū
ex oī hoc definitio rei: & cū dixit: &
opꝫ, vt eligam⁹ talia: intelligit p ipſm
ꝓdicata ſubſtātialia: & cū dixit: quo
uſq; deuenerit I electione ipſorū ad
mēſurā eius: quòd ſit vniuſcuiuſq; in
exiſtētia amplior, & aggregatū nō
ſit amplius: ſenſus eſt: & opꝫ, vt eli
gamus ex illis prędicatis illud, cuius
vnūquodq; ſit vīius ſubiecto, hoc ē
re, cuius intendimus definitionē: &
aggregatum ex ipſis, nō ſit vīius eo,
ſed ęquale ipſi: & hoc eſt, qđ voluit,
cū dixit, amplius, hoc eſt, ꝓdicat de
ampliori, q̄ ſubiectum. D. d. Et hoc,
q̄m ſequit ex neceſſitate, vt hoc ſit
ſuba rei: ſenſus eſt: & hoc, q̄m hoc
aggregatū, quod ē cū hac diſpōne,
ex ꝓdicatis, oportet ex neceſſitate, vt
ſit forma rei: & dīa conſtituta ipſi:
ſenſus eſt: cūq; relatū fuerit hoc ad
genꝰ ſuū, pfecta erit definitio illius
rei: deinde adduxit exēplū huius, &
dixit: exēplū huius: intētio numeri,
& intētio imparis, & intentio primi
ſm ſpēs primi, ineſt oī ternario: ſen
ſus eſt: & exēplū huius: q̄m ineſt oī
ternario, q̄ eſt impar, & q̄ eſt nume
rus primus ſm intētiones ſpērū pri
mi: poſtea declarauit intētionē pri
mi, & dixit: & intelligo p ſpēs primi,
illud, quod nō mēſurat̄ a numero,
& qđ nō eſt compoſitū ex numeris:

ſenſus

ABRAM

ideſt, ꝙ primus numer⁹ dicat̃ de numeris ſm duo ſignificata, quorum vnū eſt, ꝙ illū nō numeret alius numerus: alterū ãt, ꝙ nō ſit ex nūeris cōpoſit⁹, ſicut ſunt ternarius & binarius: ternarius.n. & binari⁹ nō ſunt cōpoſiti ex duob⁹ numeris. Binarius enim nō eſt penit⁹ cōpoſit⁹ ex aliquo numero, ternarius vero ẽ cōpoſit⁹ ex nūero & vnitate. D.d. Sicq; igit̃ ternarius eſt hęc res.i. ꝙ qñ, gſa exẽpli vellemus ternariū definire, hoc mō, cōſideraſſemus ꝓdicata eſſentialia, q̃ ſunt illo vſiora & ꝓpria ſuo genere, q̃ eſt numerus: & qñ de illis inuenerim⁹ qđ ſit ei equale, hęc eſſet ipſius definitio. v.g. quia in uenimus ꝙ de eo prædicet imparitas & primitas, ſm ambo ſignificata ſimul, & inuenimus hoc collectū ternario equale: hoc ẽ, ei ꝓpriũ, ſequitur ꝙ hęc ſit ternarij definitio, ſ. numer⁹ impar prim⁹ ſm ambo ſignificata ſiũ. primitas enim, q̃ dr̃ de nūeris, p quã intẽdim⁹, ꝙ ipſum nō numeret ali⁹ numer⁹, eſt cōis ẽt qui nario & reliquis: iu primitate ãt ſm ſignificatū ſecūdū cōuenit ſecū ipſe binarius. Ternarius ãt ꝓprie diſcernit̃ ab alijs reliquis numeris, p ambas primorū ſp̃es ſimul. Dū ãũt dixit: Licet.n. vtraq; harum duarū rationum amplectat̃ impares. Intẽdit p illud imparitatẽ & primitatẽ, q̃ deſcriptæ ſunt, ꝙ nō numeret illum alius numerus. Dū ãũt dixit: Et hęc vltima inſit ẽt binario. Intẽdit p illud primū ſm ſignificatū ſecundū, & eſt illud quod deſcribit̃, ꝙ non ſit cōpoſit⁹ ex numeris. Deinde dixit: Omnes vero nulli inſunt, ideſt, collectū ãũt ex his trib⁹ clauſulis nulli numero ineſt, niſi ternario.

SVRAMA

ſenſus eſt, ꝙ primū in numeris eſt ſm duas intẽtiones: quarũ vna ẽ, ꝙ nō menſuret̃ à numero, altera vero, ꝙ nō ſit cōpoſit⁹ ex numeris: quẽad modū ternari⁹ & binari⁹: q̃m ternarius & binarius nō ſunt cōpoſiti ex numeris: binarius q̃dẽ nō eſt ex numero penit⁹: ternari⁹ vero ẽ cōpoſitus ex nūero & vnitate. D.d. Ternarius igit̃ eſt hoc.i. ternari⁹ igit̃ hęc res: hoc ẽ: cū voluerimus exẽpli gr̃a definire ternariū p hãc viã: intẽdem⁹ ad ꝓdicata ſũ balia, q̃ ſunt vſiora ipſis, & magis appropriata, q̃ genus ipſorū, qđ eſt numerus: cū q; inuenerimus ex ipſis, qđ eſt equale ipſis, erit hoc definitio ipſi⁹: vt in exẽplo, q̃m nos inuenim⁹, ꝙ ꝓdicat̃ de ipſo imparitas, & primitas ſm duas intẽtiones ſimul: & Iuenim⁹ aggregatũ hoc equale ternario, hoc eſt appropriatũ ipſi: & ſeq̃t̃, vt ſit defiñ ternarij hęc, hoc ẽ de nūero ꝓpo ſm duas intẽtiones ſiũ: & hoc, q̃m primitas, q̃ dr̃ de numeris, p quos Itelligim⁹, ꝙ nō meſurent̃ à numero cōicãte, qui nario & reliqs: primitas vero ſm intentionẽ ſecūdã ẽ, in q̃ cōicãt binarius, & poſtea ternari⁹ abſq; aljs numeris I duab⁹ ſp̃ebus primitatis ſiũ: & cùm dixit: & hoc, q̃m vtraq; iſtarum duarũ intẽtionũ ẽ, q̃ aggregat̃ in impari: Itelligit p ipſum, ſparitatẽ, & primitatẽ, q̃ deſcribunt̃ in eo, ꝙ nō meſurant̃ p numerũ: cùm vero dixit: & hoc vltimũ ineſt ternario: intelligit p ipſum, primũ ſm intẽtionẽ ſecundã: & hoc eſt, qđ deſcripſit: qđ nō eſt cōpoſitũ ex numero. D.d. Sed aggregatio ipſorũ nō ineſt alicui: ſenſus eſt: aggregatũ vero ex tribus diſpōnibus, nō ineſt vtiq; alicui numerorum alij a ternario.

A

B

C

T.17.pt. D *Quoniam vero declaratū est nobis in superioribus, quòd necessaria quidem sunt, quæ in eo quòd quid est prædicantur, vniuersalia vero necessaria sunt, trinitati autem, & cuilibet alij sic accipiūtur in eo quòd quid est, quæ accipiuntur sic, ex necessitate quidem essent vtiq; trinitas hæc. quòd aūt substantia sit, ex his planum est: necesse enim est, si non hoc esset trinitatis esse, vt genus aliquid esse, hoc aut nominatum, aut innominatum: erit igitur in plus quam trinitati inexistēs. supponatur enim tale esse genus, vt insit secundum potentiā in plus. si igitur nulli ineſt alij quam individuis trinitatibus, hoc vtiq; esset trinitati esse, supponatur enim & hoc substantia vniuscuiusq; esse, quæ est in individuis vltima talis prædicatio: quare consimiliter & alij cuicunque ita mon-*

F *stratorum eidem esse erit.*

ABRAM

T.c.71 Ex quo aūt iam notum est ex his, quæ tulimus, ꝙ res, q̄ sunt fm quod qd sit, sint necessariæ, ipsa aūt necessaria sunt vlia, res aūt positæ fm hanc rationē insunt trib⁹ & alteri rei fm quod quid sit, sicq; necessario ternarius est hęc: ꝙ aūt sit essentia, notum est ex hac re: necessario ens oportet, ꝙ nisi hæc sint ratio essendi horum trium, & sint alicu

F ius generis, aut nominati, aut innominati, ineſſet ergo pluribus q̄ ternario, & ponat ꝙ gen⁹ sit hoc, ſ. ꝙ potentia insit pluribus: si aūt hæc non insit alīq rei, nisi ternario impartibili. hæc itaq; est ratio essendi ipsius ternarij. Nos enim ponimus etiā, ꝙ cuiusq; essentia sit vltima oratio, quæ dinumerat indiuisibile, qd fm hanc rationē sit: & similiter q̄ fuerint res, de quarum rōne ostenditur, ꝙ sic sint vni certæ rei, quæuis res illa fuerit, est quę illi insit, & quid sit.

Postq̄

AVRANA

Dixit Aristo. Q̄m iam vtiq; T.c.71 notū est in eo, qđ adduximus superius: ꝙ ea, q̄ prædicant p viā quid est, sunt necessaria: & sunt necessaria vlla: & ea, quę ponuntur in hac re, insunt ternario, & rei alteri per viā quid est: ex necessitate igit̄ est, vt sint ternari⁹ hæc: ꝙ aūt sit substantia planū vtiq; ex hac re: & hoc, q̄m sequitur ex necessitate: ꝙ nō sunt hęc intentio existentiæ ternario, vt sint ſ genere aliquo, aut noīato, aut innoīato: erit igit̄ inexñs pl⁹ q̄ ternario: ponat ꝙ gen⁹ ē hoc, ideſt, ꝙ sit in potētia in plus: & si ē hoc, non ineſt alicui alī, nisi ternario īdiuisibili: hoc igit̄ erit intentio exñtię ternarij: & hoc, q̄m nos posuim⁹ cōsist̄ ēt, ꝙ substantia vniuscuiusq; est oīo vltima: q̄ cōnumerat īdiuisibilis: q̄ ē cū hac dispōne cōsist̄ ēt: cū fuerint ea, ex quorū dispōne monstrat, ꝙ sunt ita, rei vni, q̄cunq; res fuerit, ipsum ens illi, & qd ē.

Posteaq̄

ABRAM

Cō.71 Postq̄ posuit, ꝙ ꝑdicata, quib⁹ apponit conditio, ꝙ sint essentialia, & vniora, q̄ illud, de quo dicunt, & illius genere propriora, & qñ ex illis collectū fuerit aliquod totū, & illud sit rei equale, ipsū sint definitio. & de hoc exemplificauit in ipso ternario de ipsis ꝑdicatis de trinario, quæ ei insunt: hoc ē imparitas & primitas fm ambo significata. Intendit ostendere de ternario & de alijs rebus, q̄s definite hoc modo intēdit, quo modo appareat, ꝙ collectum ex his prædicatis de trib⁹ sit ternarij definitio. Et dixit: Ex quo autem iam notum est ex his, quæ tulimus, ꝙ res, quæ sunt fm ꝙ quid sit, sint necessariæ, idest, oportet ꝙ aggregatum ex prędicatis huiusmodi sit rei definitio, quia iam ostendimus in prehabitis, ꝙ prædicata, quæ sumuntur in respōsione ad quid sit: sint necessaria, & commonstratum etiam est, ꝙ necessarium sit vsie: re aūt sic existēte, manifestum est, ꝙ qñ verificatum fuerit nobis de prædicatis fm quod quid sit, ꝙ tradantur in rñsione ad quid sit, ꝙ illa prædicata sint necessaria, & vniuersalia. v.g. quia quando verificatū fuerit nobis de his prędicatis trinarij, ꝙ sint prædicata fm ꝙ quid sit: hoc est, imparitas & primitas fm ambas res. Notū itaq; est, ꝙ sint necessaria & vtia. Et hoc significauit qñ dixit. Res autem positæ fm hanc rationem insunt trib⁹, idest, fm ꝙ qd sit, & alteri rei. Sicq; notum est, ꝙ sint vniuersalia, & necessaria ternario. Et postquàm notificauit, quòd prædicata sumpta in respōsione ad quid res sit, oporteat ꝙ sint secūdum has duas res. Dixit: Sicq; necessario ternarius est hoc,

idest

BVRANA

Posteaq̄ posuit, ꝙ ꝑdicata, in quibus ponit conditio, ꝙ sint substantialia, & magis vtia, q̄ id, quod dī de ipso appropriatum ex genere: cùm aggregatū fuerit ex ipsis vtę equale rei: qm ipsa erunt definitio: & posuit exemplū huius de ternario, in tribus ꝑdicatis, quæ insunt ipsis, hoc est imparitate & primitate, fm duas intētiones, vult monstrare, q̄o apparet, ꝙ aggregatū istorū triū prędicatorū, est definitio ternarij, per tria reliqua, quorū intendebat desinitio p hanc viam. Et dixit. Qm iā vtiq; notū est in eo, qd adduximus supra, ꝙ ea, q̄ prædicant per viā qd est, sunt necessaria: sensus est: atqui sequit, ꝙ aggregatū ex prædicatis, quæ sunt cum hac dispōne, sit definitio rei: qm iam declarauimus in ꝓcedentibus, ꝙ prędicata, q̄ accipiuntur in rñsione quid est, sunt necessaria: & declaratū fuit consist et, ꝙ necessariū ē vtę: & si res ita est. Planū vtiq;, cùm verificatum fuerit apud nos de ꝑdicatis ex via quid est, quæ traduntur in rñsione quid est, ꝙ oportet ea ꝑdicata esse necessāria & vtia: vt in exēplo, cùm verificatū fuerit apud nos de istis ꝑdicatis trib⁹, ꝙ ipsa sunt ꝑdicata ex via quid est, hoc ē corruptiōe & primitate fm duas intentiones. Iam vtiq; declaratū fuit, ꝙ ipsa sunt necessaria & vtia: & hoc est, quod significauit, cùm dixit: & sunt ea, q̄ ponunt cū hac dispōne in. existētia ternario, hoc est inexistentia ipsi ex via qd est, & reliquis. Manifestum igit, ꝙ ipsa sunt vtia & necessaria ternario: & posteaq̄ docuit ꝙ prędicata, q̄ accipiuntur in rñsione qd ē, opꝫ eē cū his duab⁹ dispōnib⁹: dixit ex necessitate igit est, vt terna-

Cō.71 A

B

Cō.71 C

ABRAM

D ideſt ſicq; neceſſarium eſt, ꝙ definitio ternarij ſit aggregatum horum prædicatorum ſm ꝙ eſt illi æquale. Deinde cœpit cõmonſtrare vñ hoc ſequat, Et dixit: Quod aũt ſit eſſentia, eorum eſt ex hac te. i. ꝙ vero aggregatũ ex illis ſit trinarij eſſentia ẽ norũ ex eo quod dicã. D.d. Neceſſario enim oportet, ꝙ niſi hęc ſint rõ eſſendi horũ trium, & ſint alicuius generis, aut nominati, aut innominati. i. oportet ꝙ horũ aggregatum ſit ternarij definitio, quia niſi eſſet ternarij definitio, eſſet definitio ali

E cuius generis de generibus ipſi' ternarij, ex quo illa ſũt eſſentialia, ſiue hoc gen' ſit nominatũ, ſicut figura, q̃ eſt trigoni gen', ſiue ſit innominatum, ſed ſignificet ꝑ oratione, ſicut dicimus, ꝙ dup icis genus ſit multiplex: eſſet ergo plurib' q̃ trinario, & ponat' ꝙ gen' eſſet hoc illud, ſ. ꝙ poteſtate eſt in plurib', i. ſi poneremus ꝙ hęc ꝓdicata eſſent definitio generis ipſi' trinarij, oporteret ergo ꝙ ineſſẽt plurib' q̃ trinario, quia iã poſitũ eſt in gñis defiõne ꝙ ſit illud qđ poteſtate eſt in plurib' illa re, cu

F ius ẽ gen'. Cũ aũt poſuerim' ꝙ ſint trenario ęqualia, ops ꝙ ſint illius definitio: oſs enim oſo, q̃ alicuius rei ſubam notificat, aut eſt illius gen', vel defiõ. Et hoc intẽdebat qñ dixit: Si aũt hęc nõ inſit alij rei, niſi trenario impartibili, hęc itaq; eſt rõ eſſendi ipſi' trenarij. i. ſi aggregatũ horũ prędicatorũ nõ ſit vtius trenario, de quo ꝓdicat impartibile in aliud, ops ꝙ hæc oratio ſit trinarij definitio. dixit vero, ꝙ ſit poteſtate: quia extra mentem non eſt vniuerſale in actu. D.d. Nos enim ponimus ẽt ꝙ cuiusq; eſſentia ſit vltima oratio,

quæ

BVRANA

rius ſit hoc: ſenſus eſt: ſequit itaq; vt ſit aggregatio iſtorũ ꝓdicatorũ ex parte, qua ſunt ęqualia ipſi: deſde aſſumptũ declarãdũ, vñ ſequit hoc, & dixit: ꝙ aũt ſit ſubſtãtia ternarij, notũ vtiq; ẽ ex eo, qđ diximus. D.d. Et hoc, qñ iã ſequit ex neceſſitate, vt nõ ſit, niſi intentio exñtiæ ternario, & ſit tã q̃ gen' aliq̃ aut noſatũ, aut innominatũ: ſenſus eſt: atq; ſequit, ꝙ ſit aggregatio horũ definitio ternario: qm̃ ſi nõ eẽt defiõ ternarij, eẽt vtiq; definitio gñis ex generibus ternarij: qm̃ ſunt ſubę, ſiue hoc gen' habeat nomẽ, vt figura, q̃ ẽ gen' triãguli, aut nõ hẽat nomẽ: ſed ſignat ſup ipſo ꝓ oſonẽ: quẽadmodũ, qđ dixerũt, ꝙ genus duplicis eſt multiplex: inerit igit ampliori q̃ triãgulo: ponat, ꝙ gen' eſt hoc, hoc eſt, ꝙ ineſt in potẽtia ampliori: ſenſus eſt: & ſi ponam', ꝙ iſta prędicata ſunt defiõ gñis ternarij, ſequit vtiq; ꝙ inſint ampliori, q̃ ternario: qm̃ iã poſitũ fuit in defiõne gñis, ꝙ ipſum ineſt in potẽtia ampliori, q̃ ſit res, q̃ eſt gen' ipſi'. Iamq; poſuim', ꝙ ipſa ſunt ęqualia ternario: igit ſequit, ꝙ ſint definitio ipſi': qm̃ ois oſo notificãs ſubam rei alicui', aut ẽ gen' ipſi', aut definitio: & hoc eſt, qđ voluit, cũ dixit: & ſi eſt hoc, nõ ineſt alicui, niſi ternario indiuiſibili. Iam vtiq; erit hoc intellectio exñtię ternarij: itelligit ꝑ ipm: & ſi fuerit aggregatio iſtorũ prædicatorũ nõ magis vñs, q̃ ternarius de quo ꝓdicat a nõ diuiſibili ad aliud: ſequit vtiq;, vt ſit hęc oſo defiõ ternarij: atq; dixit: ꝙ eſt in potẽtia, qm̃ nõ eſt extra intellectũ vle in actu. D.d. Et hoc, qm̃ nos ponemus cõſiſt ẽt, ꝙ ſubſtantia vniuſcuiusq, eſt oratio vltima, quæ

connu-

ABRAM

quæ dinumerat indiuisibile. i. ostenditur aũt hoc, qñ concedimus ꝙ singulorũ entium materialiũ essentia sit vltima definitio, q̃ dr̃ de oĩbus in diuiduis, q̃ sunt indiuisibilia in eo ꝙ quid sit dictione prima. Et illud intẽdebat dñs dixit: Quæ dinumerat indiuisibile. i. quæ p̃dicat de indiuiduis p̃dicatione prima: & est ac si intendisset, ꝙ qñ admittitur, ꝙ definitio notificans rei essentiam sit oratio, quę largitur quidditatem singulorum indiuiduorum huius rei prima traditione, fit horum prædicatorum aggregatũ trinarij definitio. & puto, ꝙ per hoc insinuauerit ad qđ ostenditur in Scientia metaphysicæ, ꝙ definitio fm veritatẽ sit indiuiduorum, quæ sunt in actu. Ex quo autẽ intẽdit notificare, ꝙ hæc res, de qua exemplificauit in ipso trinario, fit cõis omnibus rebus, quas definire intẽdimus, Dixit: Et simil iter quando fuerint res, de quarum ratione ostenditur, ꝙ sic sint vni certe rei, quæuis res illa fuerit, est quæ illi insit, & quid sit. i. & sicut ostensum est in hoc genere de prædicatis, quæ tradunt trinarij essentiam, sic res est in oĩbus prædicatis, de quorum dispositione ostenditur, quod sint rei, de qua p̃dicant̃ quęuis res illa fuerint fm conditionẽ horum prædicatorũ essentialium, quæ trinario insunt ꝙ illa notificent rei essentiã, & largiantur ipsius definitionem. apposuit autem conditionem prædicatis, ꝙ sint vnora illo, de quo prædicant̃, & illorum aggregatum sit æquale illi de quo prædicatur, quia non inuenit̃ cuiusq; rei vnũ essentiale prędicatũ sibi æquale, & sic denominauit vniuersalitatem in hac oratione.

BVRANA

cõnumerat̃ indiuisibilis: sensus est: A
atq; declaratũ ẽ hoc: cũ fuerim⁹ consecti, ꝙ suba vniuscuiusq; entiũ materialiũ ẽ termin⁹ vltim⁹: qui dr̃ de oĩb⁹ indiuiduis, q̃ sunt indiuisibilia, hoc ẽ indiuisibilia ex pte, qua est rõ primi, & hoc est, qđ voluit, cũ dixit: qđ ineſt Idiuisibili: hoc ẽ, qđ p̃dicat̃ de Idiuiduis p̃dicatione prĩa: & q̃ si vult: ꝙ cũ admiserit, ꝙ defiõ docẽs subam rei ẽ posterior: q̃ tradit essentiã cuiuscunq; indiuidui ex indiuiduis ternarij traditione prima, sequit̃ vtiq;, ꝙ aggregatũ istorũ p̃dicatorũ sit defiõ ternario: & existimo, ꝙ ipse B
vtiq; designauit p hoc illud, qđ declaratũ fuit in ijs, q̃ sunt post nãlia: ꝙ defiõ in veritate ẽ indiuiduorũ, q̃ sunt in actu. Et posteaq̃ voluit docere, ꝙ hęc est intẽtio, p quã posuit exẽplũ de ternario: ꝙ ẽ vsę in oĩbus indiuiduis, quorũ definitionẽ intẽdim⁹: & ita cũ fuerint ea, ex quorũ dispõnibus declaratũ fuerit: ꝙ ipsa insunt ita rei alicui, quæcũq; res fuerit inexñs ipsi, & quid est: sensus est: & quẽadmodũ declaratũ fuit ⁊ hoc genere p̃dicatorũ: q̃ tradũt subam ternarij: & cõsilt se habet res in omnibus p̃dicatis, ex quorũ dispõne declaratum fuit, ꝙ de rẽ interrogatur, quid sit, quẽadmodum se habet interrogatio prædicatorũ, quæ insunt ternario: quæ attestant̃ ir subsistãtiã de re, & tradunt definitionẽ ipsius: atqui ponit conditionem de prædicatis, quæ sunt magis vniuersalia, q̃ id, quod prædicatur de ipso: & aggregatio ipsorũ est æqualis illi, qđ non prædicatur: quoniam nõ ineſt vnicuiq; prædicatũ vnum substantiale, æquale ipsi: & intendit ipse in hoc tractatu intentionem vꝛam. C

Vide 3. Met. t.cõ. 40. &. 9. Met. t.c.9. & alibi.

SSS iiij ANT.

D ANT. INTER. TEX. XVIII.

Oportet autem, quando totum aliquid negotietur quispiam, diuidere genus in indiuidua specie prima, vt numerum in trinitatem & dualitatem: postea sic illorum definitiones tentare accipere, vt rectæ lineæ & circuli, & recti anguli. post hæc autem accipientem quid est genus, veluti vtrum quantorum, aut qualium propriasq; passiones speculari per communia prima: accidentia nanq; ys, quæ componuntur ex indiuiduis ex definitionibus erunt plana, eo quod principium est omnium definitionum ipsum simplex, & simplicibus solis per se insunt accidentia, aliys vero secundum illa.

* a l. defiō & i. sum simplex.

ABRAM

T.c.72 E Et expedit, quando quis intenderit definire vniuersale aliquod, & ambiguus fuerit, quòd partiatur genus ad impartibile primum secūdum speciem. v.g. ꝙ partiamur numerū in ternarium & binarium: deinde quęramus sumere definitionem horum duorum, & similium. gratia exempli, definitionem lineæ rectæ: & definitionem circuli: & definitionem rectorum angulorum. Deinde post hoc sumatur quod sit suum genus, verbi gratia, vides ne, an sit de quantitatibus, aut de qualitatibus: & cōsideremus connexa propria illis rebus vniuersalibus primo: ea enim, quæ propria sunt rerum compositarum impartibilium, nota sunt de definitionibus: simplex enim definitio est omniū principium: & res connexę sunt secundum earum essentias simplicium: & solum illorum definitiones sunt: ipsas autem esse illarum postremarū fit pp has.

F Postq̄

BVRANA

T.c.72 Dixit Arist. Oportet autem, cùm intendit aliquis definitionem alicuius omnino: vt sit solicitus diuidere genus in indiuisibile primum in specie: vt in exēplo, quòd diuidat numerum in ternarium et binarium. Deinde inquirat, vt accipiat definitionem istorum duorum & similium ipsis, vt definitionem lineæ rectæ, & definitionem circuli, & definitionem angulorū rectorum. Deinde post hoc: cū accepit quid est genꝰ ipsius, puta an sit ex quantis, an ex qualibus: & considerabimus consequentia appropriata per illa cō munia primum: & hoc, quoniā quæ consequuntur res compositas ex indiuisibilibus, erūt nota ex definitionibus: quoniam definitio simplicis est principiū totius: & consequentia insunt vtique per se simplicibus, & definitionibus eorum tantū: quòd autem insint ipsis vltimis, hoc vtiq; est propter illa.

Posteaq̄

ABRAM

Cō.72. Posq̄ tradiderat modū, quo educantur definitiones vltimarū specierū fm viā diuisionis, Intendit etiā tradere, quo modo educant fm hanc viā definitiones specierū illarū, s.q̄ sunt genera eorū, quę eis subsunt, & species suorum superiorum. Et dixit: Et expedit quando quis intenderit definire vlē aliquod, & ambiguus fuerit ꝙ partiat genus ad impartibile primū fm speciem. idest, expedit ꝙ qñ quis intenderit definire aliqd genus, ꝙ partiatur hoc genus in vltimas species impartibiles fm speciem. vocauit autem ipsum genus vlē aliquod, & totum: quia est cōpositū ex speciebus, & species sunt ipsius sicut partes, & ipsum est ipsarum sicut totum & confusum. D.d.v.g. ꝙ partiamur numerum in ternarium binarium: deinde quęramus sumere definitiones horū duorū & similiū. i. exemplum huius est, ꝙ qñ nos velimus definire naturā ambientem ipsum ternarium & binariū, ac si diceres ipsum numerū, partimur illam in ternariū & binariū: deinde sumimus definitionem vtriusq; horū duorū fm modū præ dictum, ternarius. n. & binarius sunt de vltimis speciebus. D.d. Gfa exēpli, definitionē lineę rectę, & definitionē circuli, & definitionē rectorū angulorū. i. & sift oñdit hoc dictū ex alijs exēplis similibus huic exemplo. sicut qñ nos velimus sumere lineę definitionē partimur eā in ipsius duas spes, q̄ sunt curua & recta: & similiter qñ vellemus sumere definitionem angulorū, partimur angulos in rectos, & non rectos, & sumimus vtriusq; illorū definitionē fm modū p̄dictū. Dū aūt d. D. post hoc

BYRANA

Post eaq̄ tradidit viam, p quā producuntur definitiones specierū vltimarū per viam diuisionis: vult tradere consimilē cē: quo producunt p. hanc viam definitiones specierum: hoc est, qd est genus illi, qd est sub ipsis, & species illius, qd est supra: & dixit. Oportet aūt cū intendit aliqs definitionem alicuius, & fit hoc, ꝙ diuidat hoc ad indiuisibile primū ī specie: sensus ē. Iā vero cōp3, cū intendit aliquis definitionem generis alicuius, vt diuidat gen' istud ī species vltimas indiuisibiles per spēm: vocauit aūt genus vlē aliqd & totū: qñ est ex speciebus, & spēs ipsi' sunt vt partes: & ipsum respectu ipsorū est vt totū & vlē. D.d. Exemplū huius, vt diuidatur numerus in ternarium & binarium. D. quærat, vt accipiatur definitio duorum istorū & similium ipsis: sensus est: exēplum huius: cùm voluerimus, vt definiatur natura comprehēsa in ternario & binario, ac si diceres naturā: diuidemus ipsum in ternariū & binarium. Deinde accipiemus definitionem vtriusq; ipsorum per viā priorīs, qñ ternarius & binari' sunt ex spēbus vltimis: & dixit: vt in exemplo, definitio lineę rectę, & definitio circuli, & definitio angulorum sensus est: & ita mōstrat sermo iste ex alijs exemplis similibus illis, quę adduxit: quemadmodū cum voluerimus accipere definitionē lineę, diuidemus ipsam in duas species: quas sunt arcualis & recta: & ita, cū voluerimus accipere definitionem angulorum, diuidemus ipsos in rectos & non rectos, & accipiemus definitionem vtriusq; fm viam præcedētem: & cùm dixit: & post hoc, cùm

A Cō.72.

B

C

accepe-

ABRAM

D hoc sumatur qđ sit suū genus: v.g. vides ne, an sit de quantitatibus, aut de qualitatibus .i. qñ acceperimus definitionem cuiusq; speciei illius generis, quod definire intendimus, capimus genus huius generis. D.d. Et cōsideremus conueza propria illis rebus vbibus .i. qñ accepimus genus huius generis, qđ definire intēdimus, & definitionem suarū particularium specierum, sumimus ex illis definitionibus prædicata essentialia propria huic, qđ definire intēdimus: & sunt illa quorum vnumqđq; E est vbius hoc genere, & magis proprium suo genere, & vtriusque aggregatū est huic generi, qđ definire intendimus, æquale, & fit oratio collecta ex genere hui⁹ generis, & ex illis prædicatis propriis aggregatum æquale huic generi, in eo qđ quid sit, illa est huius generis definitio. Ex quo aūt posset quis dicere, qñ generis definitio completur ex congregatione prædicatorū essentialium propriorū suo generi, quid opus est sumere definitiones specierū, in quas ipsum primo partitur? F Sicq; sit ac si diceret ad huius respōsionem, quòd sit ex quo illorum prædicatorum propriorum aggregatum huic generi est noti⁹ de suis speciebus q̄ ipsummet. Deinde tulit huius causam & dixit: Illa enim quæ propria sunt rerum compositarum impartibilium, nota sunt de definitionibus .i. hoc autē oportuit fieri, quia prędicata essentialia propria generi composito ex speciebus quæ non partiuntur, illius, scilicet quod definire intendimus, sunt notiora apud nos in definitione speciei

AVERAMA

acceperit, quid est genus ipsius, puta an sit ex quantis, an ex qualibus: sensus est: & cùm acceperimus definitionem vniuscuiusq; specierum generis, cuius intendimus definitionem; accipiemus genus istius generis. D.d. Et considerabimus consequętia appropriata in illis intentionibus vniuersalibus: sensus est: cūque acceperimus genus istius generis, cuius intendimus definitionem, & definitionem specierum suarum particularium: accipiemus de illis definitionibus prædicata substātialia appropriata in hoc, cuius intendimus definitionem: quę sunt illa: quorū vnumqđq; est vbius hoc genere & appropriato generi ipsius: & aggregatū vtrorumq; erit ęquale huic generi, cuius intenditur definitio: & erit oratio aggregata ex genere istius generis, & ex illis prędicatis appropriatis aggregatis ęqlis huic generi ex via quid est, definitio qđ est hoc genus. Et qñ posset aliquis dicere: cùm fuerit definitio istius generis, pficietur vtiq; ex relatione prædicatorū substātialiū ad genus suū: quid igitur est opus, vt accipiantur definitiōes spērum, in quas diuiditur primo? quare vtiq; dixit ipsū in respōsione huius: ꝙ post illa prædicata appropriata, aggregatio ipsorum ad hoc genus est notior p species ipsius q̄ p ipsum p se. Deinde adduxit cām in hoc, & d. & hoc, qñ q̄ consequunt̄ res compositas ex indiuisibilibus, erūt nota ex definitionibus: sensus ē: atq; sequitur hoc, qñ p̄dicata substalia appropriata in ipsis in genere cōposito ex spēbus, q̄ nō diuidunt̄, hoc ē, cuius intēdimus defiōnē: ipsa sunt apud

nos

ABRAM

cierum illius. hoc est, ꝙ illa ineſſe ſpeciebus ſit notius q̄ illa ineſ huic generi. Deinde tulit ēt huius cām & dixit: Simplex enim definitio eſt omnium principium. i. ideo eſt eui dentius conſtituere definitionem generis ex definitione ſpeciei, q̄ illam conſtituere ex eo ipſo, quia genus eſt compoſitum ex ſpeciebus, & ſpecies ſunt ſimpliciores eo: definitio aut ſimplicis eſt principium definitionis compoſiti, qm̄ compoſiti principium eſt ipſum ſimplex. D.d. Et res connexæ ſunt ſm earum eſſentias ſimplicium, & ſolum illorum definitiones ſunt: ipſas autem eſſe illarum poſtremarum ſit propter has, ideſt. Prædicata autem eſſentialia propria generi, quod definire intendimus, ſeu cui eſt proprium illorū aggregatū eſſe eſt notius de ſimplicibus. i. de ſpebus, quarū genus eſt, quia ipſæ ſunt. Illa autem ineſſe ſuperiori cōpoſitione eſt ob illa ineſ ſpeciebus, hoc eſt, ꝙ inſunt illi mediante illa, ineſſendo ipſis ſpeciebus, vtj, ꝙ inſunt prīo ſpēbus, generi aut̄ ſecundo. gra exempli, quia genus ineſt animali, ga ineſt ſpeciebus, quæ ſunt homo & equus. Huius autem cauſa eſt, quia ſimplex affirmatio eſt animalis, ga eſt ſuarum ſpecierum, & ſpecierum quidem eſt, quia eſt indiuiduorum. Et ideo apud nos indiuiduum eſt notius ſpecie, & ſpecies notior genere, & ſimiliter res eſt de ſuis prædicatis, ſcilicet quōd generis prædicata illi propria, notius ſit ineſſe ſpeciebus, quæ illi ſubſunt, quām illa ineſſe ipſimet generi. Et ideo videtur Ariſtoteles,

SVRANA

nos per definitionē ſpecierum ſuarum notiora: hoc eſt, ꝙ exiſtentia ipſorū in ſpēbus eſt notior, q̄ exīſtia ipſorū in hoc genere: poſtea adduxit cām conſirt ēt & dixit: qm̄ definitio ſimplicis eſt principiū totius: ſenſus eſt: arqui cōſiſtētia ſup definitionē generis ex definitione ſpēi, eſt manifeſtior, q̄ cōſiſtētia ſup definitiōe ex ipſo p ſe: qm̄ genus cōponit ex ſpēbus, & ſpēs ſunt ſimpliciores ipſo: & definitio ſimplicis ē princ. piū definitiōis cōpoſiti: qm̄ principiū compoſiti eſt ipſum ſimplex. D.d. Et conſequētia vtiq; inſunt p ſe ſimplicibus & definitionibus eorū tm̄: ꝙ aūt ipſa inſint illis alijs, illud vtiq; eſt pp hęc: ſenſus ē ꝙ aut̄ prędicatorū ſubſtantialium appropriatorū generi, cuius ineēdimus definitionē, aut appropriatum aggregationi ipſorū, erit vtiq; exīſtia ipſorū notior p ſimplicia, hoc ē ſpēs, quę ſunt ſub genere: qm̄ ipſa inſunt prīo ſpēbus: qm̄ ipſę ſunt ſimplices: ſed ꝙ ipſa inſint illi, qđ ē ex cōpoſitione, hoc vtiq; erit, quia ipſa inſunt ſpēbus, hoc eſt ipſa inſunt ſpeciebus primo, & generi ſecūdo: vt in exēplo, qm̄ genus vtiq; ineſt animali, qm̄ ineſt ſpeciebus ſuis, q̄ ſunt hō & equus: & ēſ hoc eſt: qm̄ animalitas abſoluta inuenit vtiq;, qm̄ ipſa ineſt ſpeciebus ſuis: & ſpeciebus inuenitur pp exiſtentiā ipſius in indiuiduis: & ppea fuit indiuiduum notius apud nos q̄ species, & ſpēs notior q̄ genus: & cōſimiliter ſe habet res in prędicatis ipſorū: hoc eſt, ꝙ prędicata generis appropriata ipſi inſunt ſpeciebus, quę ſunt ſub ipſo, eſt notius, q̄ ꝙ inſunt generi per ſe: & propterea videtur Ariſt.

A

B

C

ꝙ

ABRAM

ſenſus eſt: & accipietur A loco extremitatis maioris cauſatæ, & B loco medij, quod eſt cauſa: & illud, quod eſt ſub D loco minoris. quod habet cauſam: cùmq; A inerit omni B & B inerit vnicuiq; eorū, quæ ſunt ſub D igitur A excedet vnumquodq; eorum, quæ ſunt ſub D hoc eſt erit vniuerſalius ipſo, qm̄ ipſum eſt æquale B & ex eo. quod eſt ſub D particularia ipſi, & appropriata ipſi: & erit in hac operatione, ꝙ iam declarauim⁹ aliquid vnum per cauſam vnam de rebus multis: exēplum huius ex materijs, vt ſit loco A fluxus foliorum, & loco B congelatio humiditatis, & loco C arbor durā: & illud, quod eſt ſub arbore durorum foliorum, eſt quēadmodum ficus & vitis & alia: & complicabitur ſyll⁹, in quo cauſa erit cauſa plurium ita: fluxus foliorum ineſt omni arbori, cuius cōgelatur humiditas, & cōgelatio humiditatis ineſt ficui: igitur concludit̄ ex hoc, ꝙ fluxus foliorū ineſt ficui: & ita cōcluditur per hunc eundem terminum medium, ꝙ fluxus foliorum ineſt vitī: & cùm dixit: & A erit vſe ipſi D, ſenſus eſt: ꝙ A quæ eſt extremitas maior erit vniuerſali⁹ eo, quod eſt ſub D, & poſtea q̄ ſignificauit per dictionem vſem ſuper hac diſpoſitione, & erit dictio, quæ pertractatur de intentionibus in hac arte, declarauit rem, quæ cōfirmat monſtratione ipſius: & dixit: & hoc, qm̄ vocauit vtiq; vſe, quod non reuertit̄ æqualiter: intelligit illud, in quo prædicatū non eſt æquale ſubiecto, quouſq; cōuertatur cum ſubiecto, hoc eſt, vt prædicet̄ prædicatum de omni ſubiecto, & qm̄ B & D vt ſūq; eſt vniuerſalius eo, quod eſt ſub D,

intelligit

A B R A M

Intendit hic per cõmune, quod cõmunius est: & sunt duo communia his, quę subsunt ipsi D quorum vnũ est B & alterum est D: ex quo itaq; sunt B & D, & quando comparantur maiori extremo, B est primum, & sit hoc cõmune primum per se, & intendit hic per commune quando dixit, A autem sit communis. Deinde cœpit explicare id, quo diguoscatur primum commune à secundo, Et dixit: Sed primum commune dicimus id, cum quo non conuertitur vnumquodq; reciproce: collectum autem conuertitur illi reciproce, idest, voco commune primum hic medium terminum, qui est vniuersalior ijs, quę subsunt ipsi D & est reciprocum ipsi D. verbi gratia, quia humoris congelatio est reciproca rei densarum frondium: quicquid enim est densarum frondium, ipsius humor congelatur: & non est reciprocum his quę subsunt ipsi D, scilicet q̃ subsunt arbori densarum frondium de ipsis speciebus. Et illud intendebat dum dixit: Collectum autem conuertitur illi reciproce, idest, natura communis speciebus, quarum frondes decidunt, vt si diceres, quòd illarum signum sit frondium densitas. Deinde dixit: B autem é causa, qua A insit ipsi D. oportet ergo, quòd A nõ superet B, idest, & quando B, quod est humoris congelatio, est causa, qua frondium defluxus insit arbori densarum frondium, oportet itaq; quòd frondium defluxus non sit communior lactis congelatione: impossibile enim est causatũ communius esse q̃ ipsa causa. Dum autem dixit:

Et

B V R A N A

intelligit per vniuersale hic, magis vniuersale: & sunt hic duo vniuersalia ei, quod est sub D quorũ vnũ est B & alterum D, & quoniam sunt B & D, cùm approbauerimus de maiore extremitate, est B primum, & est hoc vniuersale primum substantiale: & est hoc vtiq;, quod intenditur hic vniuersale in eo, quod dixit, & A erit vniuersale: deinde cœpit declarare propter quid diuiditur hoc vniuersale & primum à secundo, & dixit: atqui vniuersale primum vocatur hic, quod non conuertitur cũ ipso vnumquodq; ipsorum æqualiter, & vniuersale ipsorum conuertitur cum ipso: sensus est: atqui volo per vniuersale primũ hic terminum medium, qui est vniuersalior eo, quod est sub D, & est æqualis ipsi D, vt in exemplo, quoniam congelatio humiditatis est æqualis ligno durorum foliorum: & hoc, quoniam cuiuscunq; durorum foliorum congelatur humiditas, & hoc non est æquale ei, quod é sub D, & est illud, quod est sub ligno durorum foliorum ex speciebꝰ, & est, quod voluit, cùm dixit: & omnia conuertuntur cum ipso, æqualia ipsi: intelligit naturam cõmunicatam speciebus, super quas cadunt: ac si diceres, quòd signa ipsorum sunt dura folia. D. d. Et B est causa, vt sit A inexistens D, sequitur itaq;, vt non excedat A ipsum B. sensus est: cùmq; fuerit B, qđ est congelatio humiditatis causa, vt insit fluxus foliorum B ligno durorum foliorum: sequitur itaq;, vt non sit fluxus foliorum vniuersalius congelatione humiditatis: quoniam fieri non potest, vt sit causatũ vniuersalius causa: & cùm dixit:

A

B

C

ABRAM

D Et quòd insit ipsi D cum excessu, si A non superet B ipsum inesse ndo & declinando per B, ideſt, & quando oportet, quòd inesse A ijs, quæ subsunt ipsi D, sit inesse quo superet illa, & quòd A, quod est frondium defluxus, insit ipsi D, quod est solidarum frondium ob B, quod est humoris congelatio inesse ipsi D, quod est solidarum frondium, ergo nõ superat A ipsum D hoc est, quòd frondium defluxus non sit commu nior arbore densarum frondium. Deinde dixit: Cur simul sunt de B,
E id est, sin autem cur hoc sequatur quando A inest D, quòd illi insit B hoc est, quando frondium defluxus ineſt denſo frõdibus, ſequitur quòd illi insit humoris congelacio. Deinde dixit: Et cur hæc sit causa propria, ideſt causa subiecti, ideſt si possit inesse frondium defluxus solido frondibus, præter quòd insit humoris congelatio solido frondibus, cur sit humoris congelatio causa defluxus frõdium; iam enim notum est, quòd quando est causarum sit ipsa causa. Deinde dixit: Si autem A in-
F est omnibus Z omnia illa sunt vna res alia ab ipsa B, ideſt, si frondium defluxus insit omnibus ſpeciebus arboris, cuius frondes decidunt, & super singulis his ſpeciebus sit litera, Z gratia exẽpli: ſequitur itaq; quòd cuiusq; arboris, cuius frondes decidunt, pro qua ſcilicet est litera Z & sit vna natura, & illa natura sit alia ab ipsa B, quæ est humoris congelatio. Et intendit hic notificare, quòd impoſ-

BVRAM A

quòdq; insit ipsi D per additamentum, si erit A non excedens per id, quòd ineſt ipsi D & declinatur super B, ſenſus eſt: cũmq; iam ſequitur, vt ſit inexiſtentia A ei, quod eſt ſub D inexiſtẽtia excedẽs ipſum: quòdq; sit inexiſtentia ipſius A quod eſt fluxus foliorum ipſi D quod eſt duricies foliorum, propterea Φ B, quod eſt cõgelatio humiditatis eſt in D, quod eſt duricies foliorum: igitur non excedet conſimiliter etiam A ipſum D hoc eſt, Φ non erit fluxus foliorum vniuerſalius arbore duro rum foliorũ. Deinde dixit. Et hęc propter quid hoc erit cum ipſo ſuper B, ſenſus eſt: & ſi non propter quid hoc ſequitur, cũm fuerit A in D Φ sit in ipſo B hoc eſt, cũm ineſt fluxus foliorum duris ſolijs, ſequitur Φ ipſi insit congelatio humiditatis. Deinde dixit. Et hæc propter q d erit hoc causa appropriata, hoc eſt causa ſubiecti: & hoc ſi eſt poſſibile, vt insit fluxus foliorum duritiei foliorum abſq; eo, Φ insit cogelatio humiditatis duritiei foliorum: propter quid eſt cõgelatio humiditatis causa fluxus foliorũ: quoniam iam notum eſt, quoniã cùm inuenitur cauſatũ, inuenitur causa. Deinde dixit. Et ſi A ineſt oĩbus B, qſn hic erunt hęc oĩa aliquid vnũ hoc eſt aliquid vnũ abſq; B & ſi fuerit fluxus foliorum inexiſtens omnibus ſpeciebus arboris, cuius fluũt folia: & erunt iſtæ ſpecies de vnoquoque ipſorum, litera Z, exempli gratia: ſequitur itaq;, vt ſit omni arbori, cuius fluunt folia, hoc eſt, in quo eſt litera Z natura vna, & ſit natura illa abſq; B quod eſt congelatio humiditatis: atqui voluit

per

ABRAM

impossibile sit, quòd humoris congelatio prædicetur de ijs, quæ subsunt huic naturæ per se, sed median te hac natura, & est illa, pro qua posuit literam D. Deinde dixit: Quo nanq; modo esset aditus ad orationem, quòd cuiq; ineſt D insit A cũ non cuique ineſt ineſſet Z, id est, si hæc natura, pro qua est litera D hoc est frõdibus solidum, sit aliud à medio termino, quod est humoris congelatio, quare sit verum nos dicere, quòd cuiq; ineſt D, ideſt, frondibus solidum, illi insit A & non cuiq; ineſt A, scilicet frondium defluxus, insit Z, ideſt vineæ. Et intendit quòd si sit prædicatio A de Z mediante B solum, sequeretur quòd cuiq; ineſſet B ineſſet A & cuiq; ineſſet A ineſſet Z, quoniam hæc disposicio quę siti cùm suo subiecto, quando commonstratur ipsum ineſſe subiecto p̃ missas immediatas. Deinde dixit: Et cur non inueniatur illi causa quędam, sicut A ipsi D ineſt enim omnibus Z, ideſt, & iterum quæ est causa, qua non sit ineſſendi A quod est frondium defluxus singulis ipsis Z, hoc est, speciebus arboris cuius frondes decidũt causa, quæ sit alia quàm B, sicut essendi A non est alia causa quàm B, ideſt, sicut non est deciden di frondes arboris denſę frondibus, alia causa præter lactis congelationem. Deinde dixit: Ipsę itaq; Z simul sunt vna res, ideſt, oportet itaq; quòd omnium ſpecierum arboris cuius frondes decidunt sit vna natura communis, cuius per se sit causa defluxus frondium.

BVRANA

per hoc docere: quòd fieri non potest, vt prædicetur congelatio lactis de eo, quod est sub hac natura per se, nisi per medium istius naturæ: & ipsum est, in quo posuit nomen literæ Z. Deinde dixit: Et hæc, quomodo inuenietur via, vt dicatur, ꝙ omni illi, cui ineſt D ineſt A & non omni illi, cui ineſt A ineſt Z, ſenſus est: & si non erit hæc natura, in qua est D litera, hoc est duritiei foliorũ absq; termino medio, qui est congelatio humiditatis, quomodo erit verum nobis, vt dicatur, ꝙ omni illi, cui ineſt D hoc est duritiei foliorũ, ineſt A & non omni illi, cui ineſt A hoc est fluxus foliorum, ineſt vitio arqui voluit, ꝙ si fuerit prædicatio A de Z & per medium B tantum, sequitur, ꝙ cuicunq; ineſt B illi ineſt A & cuicũq; ineſt A, illi ineſt Z, qm̃ hæc est disposicio prędicationis quę siti simul cũ subiecto suo: cùm monstratum fuerit ipsum esse in subiecto per propositiones immediatas. Deinde dixit. Et propter quid non inerit ipsi causa aliqua, quemadmodum A ipsi D? & hoc, qm̃ ipsum ineſt omni Z, ſenſus est: amplius, quæ est causa, ꝙ nõ insit prædicationi A quod est fluxus foliorũ, vnicuiq; ipsorũ Z hoc est, ſpeciebus arboris, cuius fluunt folia causa est absq; B quęadmodum, ꝙ non insit existentiæ A causa altera absq; B, hoc est, quęadmodum ꝙ insit fluxui foliorum in arbore durorũ foliorũ causa absq; congelatiõne lactis. D.d. Igitur ipsa Z erunt simul aliquid vnũ: hoc est, sequitur itaq;, vt insit oĩbus ſpeciebus arboris, cuius fluunt folia natura vna cõicãs, & est, ꝙ insit ipsi causa casus foliorum per ſe.

T.25. ps D † Arry. le velun vt A competat ipſi D, cã eſt ipſm C: vt igitur A competat ipſi D. cã eſt ipm C. vt ât A competat ipſi C, cã eſt ipſum. B

*Considerare oportet hoc, & ſit C: contingit itaq; eiuſdem plures cauſas eſſe, ſed non eiſdem ſpecie. Vt quòd longæua ſint, quadrupeda quidem eo quòd non habent bilem, volatilia vero eo quòd ſicca ſunt, aut alterũ quid. Si vero ad indiuiduum non ſtatim veniant, non ſolum vnum eſt medium, ſed & plura, & cauſa plures: vtrum vero cauſa mediorum, quod ad vniuerſale primum, aut quod ad ſingulare, ſingularibus? planum itaq; ea eſſe quæ proxima ſunt vnicuiq;, cum ſint cauſa, primum enim ſub vniuerſali eſſe, hæc eſt cauſa.† Vt ipſi D ineſſe ipſum C: ipſum *A ineſſe, eſt cauſa: ipſi igitur D ipſum C, cauſa ipſum eſt A, ipſi vero C ipſum B, huic autem idem.*

* all. B

ABRAM

T.c.99 E

Expedit itaq; ſcrutari de hac, & ſit hæc ipſa C. poſſibile ergo eſt multas cauſas eſſe, quæ ſint vnius eiuſdem rei cauſæ, ſed non qua ſunt rerum cauſæ, quæ ſunt vnæ eædem ſpecie. verbi gratia, quòd ſint longæua, quadrupedum quidem eſt: quia nõ ſit illis fel: auium vero, quia ſiccæ ſint, aut alia res: ſi autem nõ ſubito fiat, & peruenia tur ad imparſibilia, & non ſit vnum ſolum, ſed plura, cauſæ itaq; etiam plures ſunt. Quæ autem ſpecies F harum mediarum, o vtinam ſcirem, ſit cauſa rerum particularium, cernis ne, quòd ſit res proxima ipſi toti primo, aut quæ eſt apud res particulares. manifeſtum itaq; eſt, quòd ſint res, quæ nimis proximæ ſunt vnicuique in quo eſt cauſa: cauſa enim, qua primum quod toti ſubeſt ſit, eſt hoc. gratia exempli, cauſa, qua A inſit C eſt B & cauſa, qua A inſit D eſt C, & ipſi C B & huic eſt *ipſamet.*

Poſtq̃

BVRANA

T.c.99

Dixit Ariſto. Oportet igitur, vt inquiram⁹ de hoc, vt ſit hoc D, igitur fieri poteſt, vt cauſæ multæ ſint cauſæ alicuius vnius & eiuſdem⁹ præterquàm quòd non ſunt ſecundum quòd ſunt cauſæ rerum, ipſę vnę & eadem in ſpecie: vt in exemplo, quòd ſint longæua: quadrupeda quidem eo, quòd non habent bilẽ, volatilia vero eo, quód ſunt ſicca, aut aliquid aliud, ſi non fuerit ſtatim & deueniet ad indiuiduum, & non fuerit vnum tantum, ſed multa, & erunt cauſæ conſimiliter etiam plures: verũ vero ex iſtis mẽdijs eſt cauſa rerum particularium, an ne aliqd propinquum vniuerſali primo, aut quod eſt apud particularia: planum vtiq;, quoniã quæ propinqua ſunt nimis vnicuique, quod habet cauſam: & hoc, quoniam primum, quid eſt ſub vniuerſali, eſt hoc: vt in exemplo, cauſa, quòd A inſit C eſt B & cauſa, ꝙ A inſit D eſt C & ipſi C ipſum B & huic illa eadem.

Poſteaq̃

ABRAM

Cō.99 Postq̄ ei commonstratum est, ꝙ prædicatio frondiū de fluxus de omnibus speciebus arboris, cuius frondes decidunt, fit ob prædicationem ipsius de natura communi omnib⁹ arboribus, quarū frondes decidunt, & illa est frondium densitas, gratia exempli, Dixit: Expedit itaq; scrutari de hac, & sit hæc ipsa c, idest qñ commonstratum est, ꝙ partium, de quibus quæritur quid sit vñius illis, sit vna natura æqualis accidēti quæsito. Iam itaq; expedit nobis scrutari hanc naturam, & quærere ineſſe accidens illi: hæc enim est quæstio per se, & hæc est vna causa solum. D.d. Possibile ergo est multas causas esse, quæ sint vnius eiusdem rei causæ, sed non quę sunt rerum causæ, quæ sunt vnæ eędem specie, i. & si talis natura non connectatur alicui quæsitorum, contingit quæsiti esse multas causas, sed hoc quæsitū non esset vnum, nisi solo nomine, non specie, aut genere: hoc est, ꝙ si esset vere vnum, eius esset vna causa, & si eius esset vna causa, ipsius esset vnū subiectū. Dum autem dixit: Quæ sint vnius eiusdem rei causæ. Intendit vnam noſe. Et dum dixit: Sed nō qua sunt rerum causæ, quæ sunt vnæ eędē specie. i. ꝙ illæ nō sint causæ rerū. i. quæsiti, quod sit nāſt vnum. Deinde tulit huius exēplum, & dixit: Verbi gratia, ꝙ sint lōgęua: quadrupedū quidē est, quia non sit illis sel. i. huius exemplum est, si quę reremus causam longitudinis vitę animalis longęui, & non inuenim⁹ vnam naturam, de qua prædiceretur esse longęuum: scimus itaq; quōd causæ essendi longæuum non est vna ꝛium varietate specierū animaliū,

&ꝙ

DVRANA

Posteaq̄ declarauit, ꝙ prędicatio fluxus foliorū de oībus ſpecieb⁹ arboris, cuius fluunt folia, erit vtique pp prædicationem ſuam de natura cōicata omnibus arboribus, quarū fluunt folia, & est durities foliorū exempli gra: dixit: oportet igitur, vt inquiramus de hoc, & ſit hoc c, ſenſus est: cùmq; declaratum fuerit, ꝙ in particularibus, in quibus vſ, quid est magis vſe ipſis in natura vna, est æquale accidenti q̄ſiti, oportet vtiq; vt inquiramus de hac natura, & inquiratur exiſtentia accidentis in ipſis: qñ hæc quæſtio est ſubſtātialis, & hęc causa est vna tantū. D.d. fieri vtiq; pōt, vt cauſæ multæ ſint cauſæ alicuius vnius & eiuſdem: prætereq̄ ꝙ non ſm ꝙ ſunt cauſæ rerum vnæ & eędē in ſpecie: ſenſus est: & ſi non componit ſimilitudo iſtius naturæ de aliquo quæſitorū, cōuenit vtiq;, vt ſit quęſitū cauſarum multarum: prætereq̄ ꝙ hoc quæſitū nō est vnū, ſed noſe tm, aut in genere: ſenſus ē, ꝙ ſi eſſet vnum in veritate, haberet cām vnam, & ſi haberet cām vnam, haberet ſubiectū vnū: & cùm dixit: Et ipſę ſunt cauſę alicuⁿ vniⁿ & eiuſdem: Itelligit ꝑ ipſum vnū in noſe: & cùm dixit: ꝑtereq̄ ꝙ non ſunt ſm ꝙ ſunt cauſę rerū, ipſę vnę & eędē in ſpecie, hoc est, ꝙ ipſę nō ſunt cauſæ rerū, hoc est ad quęſitum, quod est vnū in natura vna: adduxit exēplū huius in ijs, q̄ ſunt longęua: & dixit: quadrupeda quidē, qm non habent cholerā: hoc est, exēplū huius, ſi quęramus cām longęuitatis in aſali longæuo, & non inueniēt natura vna, de qua prædicetur longęuum: ſcimus vtiq;, ꝙ cauſa longęuitatis nō diuerſæ per diuerſitatem ſpecierū aſalis,

Cō.99 A B

ABRAM

D & quòd nõ sit vna ratio essendi longæuum in eis: verbi gratia, quia inuenim' esse longæua animalia quadrupedia paruorum fellium: & hoc inuenimus in animali volatili vehementis caloris & siccitatis, aut alterius rei huic similis, quæ dicatur causa essendi longæuum, si autem essendi longæuum esset vna ratio his differentibus speciebus, hoc est, quadrupedibus & auibus, oporteret ꝙ omnibus esset vna natura communis, quæ esset causa essendi longæuum, & esset causa proxima essendi longæuum, illa res, quæ enuntiaret esse
E longæuum de illa natura. Et tale sit de quæstione eclipsis, quæ inest Solis & Lunæ, quia de eis dicitur nominis æquiuocatiõe. Et ideo causa eclipsis Solis est alia à causa eclipsis Lunæ. Deinde dixit: Si autem non subito fiat, & perueniatur ad imparibilia, & non sit vnum solum, sed plura: causæ itaq; etiam plures sunt, ideſt, ꝙ contingat tale, quando fuerint plures causæ, quæ sint causa essendi vnam rem in multis rebus secundũ se sine medio: hoc est, quòd
F oporteat ꝙ id, quod putat esse vnũ quæsitum non sit vnum: ex quo autem multæ causæ, quando sunt causa essendi vnam rem in multis reb' ob naturam ambientem illas multas res, quæsitũ illarum est vere vnũ: causæ autem sunt multæ ſm ſpecié accidentis, Dixit: Si autem non subito fiat, & perueniatur ad imparibilia, ideſt, ſi non ſit prædicatũ quæſiti ſpecierum particularium ab q; natura ſpecies ambiente, ſed ineſt illis ob naturam illas ambientẽ, cauſæ ſunt multæ ſecundum accidens, & quæſitum vere vnum, qñ autem oportet,

BVRAM A

quòdq; nõ est longitudo tpis in ipſis intentio vna: vt in exemplo, qñ inueniũtur cauſæ longitudinis tpis in animali quadrupede, qñ eſt pauæ choleræ: & inuenitur hoc in animali volatili, fortitudo caloris & ſiccitatis, aut aliquid aliud ex eo, quod apparet: vt dicat ꝙ eſt cauſa longæuitatis: ꝙ ſi eſſet longæuitas intentio vna ad iſtas ſpẽs diuerſas, hoc eſt in quadrupedibus & volatilibus, ſeque retur, ꝙ eſſet olbus ipſis natura vna cõiecta, quæ eſt cã, ꝙ longæuitas inſit ipſis: & ſit cauſa ꝓpinqua in longitudine tpis: cuius exiſtentiã iudicauit eſſe longitudinẽ tpis in illa natura: & ad ſimilitudinem huius, qõ cauſæ defectus inexiſtẽtis Soli & Lunæ: qñ ipſæ dſ de ijs per cõitatem noſtr: & propterea cauſa defectus Lunæ, eſt alia à cauſa defect' Solis. D.d. Et ſi non fuerit ſtatim deueniens ad indiuidua: & nõ erit mediũ vnum tñ, ſed multa, igitur cauſæ conſiſtẽt erunt multæ: ſenſus eſt: ꝙ in hoc vtiq; accidet, cũ fuerint cauſæ multæ, cauſa, vt res vna inſit multis p ſe abſq; medio, hoc eſt, vt ſequatur ꝙ ſit illũd, de quo exiſtimatur, ꝙ eſt quæſitum vnum, nõ eſt vnũ: & qñ ſunt cauſæ multæ ſeo, ꝙ ſunt cauſa, vt ſit aliquid vnũ in multis pp naturam comprehenſam in illis multis, quæſitũ vtiq; in ipſis eſt vnũ in veritate, & cauſæ multæ in ſpecie accñtis: dixit: & ſi nõ erit ſtatim deueniens ad indiuiduũ: ſenſus eſt: & ſi nõ inueniet prædicatũ quæſiti in ſpẽbus particularibus abſq; nã cõprehenſa in ſpeciebus: ſed inuenit in ipſis vna pp nãm comprehenſam in ipſis, igitur cauſæ multæ ꝙ accidens, & quæſitum ẽ vnũ in veritate: & cũ ſequat,

cum

ABRAM

oportet, ꝙ qñ res ita fuerit, ꝙ sint in ter quæsitum & vltimas species duo termini, aut plures, cœpit scrutari quishorũ sit vere medius terminus. Et dixit: Quæ autem species harum mediarum ò vtinã scirem, sit causa rerum particulariũ: cernis ne, ꝙ sit res proxima ipsi toti primo: aut quę est apud res particulares, i. ꝙ hoc sit sicut inefficiendiũ defluxus vineæ & ficui ob duos medios terminos: quorum vnus est lactis congelatio, & alter est arbor densarũ frondiũ: & ò vtinam certioratus essem, quis horum terminorum sit causa decidendi frondes à vinea & ficu, an lactis congelatio, aut natura, quæ edixit frondiũ densitatem. Et intendit, ꝓ rem proximã ipsi toti primo, ipsam lactis congelationẽ, quę est proximum prædicatorũ ipsius quæsiti, & ꝓ eam, quæ est apud res particulares, arborẽ densarũ frondium: hæc enim nã est particularib⁹ proxima, hoc est subiecto quæsiti, & illa natura quęsiti prædicato. D.d. Manifestum itaq; est, ꝙ sint res, quæ nimis proximę sunt vnicuiq;, in quo est causa. i. manifestũ est, ꝙ id, quod est primũ, sit medius terminus, qui nimis ꝓximus est vnicuiq; rerũ particulariũ. Et illud intẽdebat qñ dixit: In quo est cã. Quia iã dixerat, ꝙ id, in quo est cã, sit min⁹ extremũ: hoc est, vt ꝙ arbor densa frõdibus sit dignior, vt sit causa frondiũ defluxus vineæ & ficus, & vnuscuiusq; arboris, cuius decidunt frondes ꝑ lactis congelatio: lactis enim congelatio est causa vniuscuiusq; speciei arboris, ꝙ fuerit sub arbore densa frondibus, mediante natura arboris frondibus densa. Dum autem dixit:

Causa

AVERANA

eum fuerit res ita, vt sint inter quæ- A
situm & species vltimas duo termini aut plures: cœpit inuestigare, qui istorum sit terminus medius in veritate, & dixit: vtrum vero istorum mediorum est causa particularium, an aliquid propinquum vniuersali primo, aut quod est apud particularia: intelligit, ꝙ hoc est, quẽadmodum inexistentia fluxus foliorum viti & ficui pp duos terminos medios: quorũ vnus est congelatio lactis, alter vero arbor durorũ foliorum: vter vero istorũ duorũ termi
norum sit causa casus foliorũ à vite B
& ficu, aut congelatio lactis, aut natura, quæ est iudicium duritiei foliorum: & intellexit ꝓ rem propinquã toti primo cõgelationẽ lactis, quod est propinquũ ex ꝓdicatis quæsiti: cùm fuerint particularia arboris durorũ foliorũ: & hoc, qñ hæc natura est propinqua particularib⁹, hoc est subiecto quæsiti, & illa nã subiecto quæsiti. D.d. Et manifestũ, ꝙ est ex rebus propinquis nimis vni vni, qđ habet causam: sensus est, & manifestum, qñ quod est primũ, vt sit terminus medius, quod est propinquũ C
nimis vni vni ex reb⁹ particularib⁹: & hoc est, quod voluit, cùm dixit: quod habet causam: qñ ipse iã præmisit & dixit: qñ quod habet cùm est extremitas maior, hoc est, quem admodum arbor durorum foliorũ magis conuenit, vt fit causa fluxus foliorum viti & ficui, & vnicuiq; ex arboribus, quarum fluunt folia, ex eo ꝙ est cõgelatio lactis: & hoc, qñ cõgelatio lactis est vicq; cã vnicuiq; ex speciebus arboris, ꝙ sunt sub arbore durorũ foliorũ per mediũ, nã arboris durorũ foliorum: & dixit:

Et

D ABRAM

Causa enim, qua primũ, quod toti subest sit, est hoc. Intẽdit p hanc rẽ, ꝙ cã, qua mediũ proximũ reb⁹ particularibus sit dignius, vt sit cã essendi ipsum maius, q̃ alter medius terminus, qui scit de maiori termino est hæc res, quã dicam, ſ. ꝙ terminus remot⁹ à minori extremo, inest minori ob proximũ terminum. v.g. Quia frondium cõgelatio inest speciebus arboris, cuius frõdes decidũt ob nãm arboris fi ꝺibus denſe: & hanc rẽ ipse exposuit solo exẽplo, &

E dixit: Gratia exẽpli cã, qua A insit c est B, & cã, qua A insit D est C. idest, huius exẽplũ est, ꝙ cã inessendi defluxum frondium sicui, & vineæ, & cuiq; speciei arboris, cuius frõdes decidunt, sit arbor frõdibus densa: q̃m inesse lactis cõgelationẽ illis est mediante arbore frõdibus densa. Et cœpit A vice frõdiũ defluxus, & D vice cuiusq; arboris, cuius frondes decidũt: & cœpit vice arboris, cuius frondes decidunt, B aũt cœpit vice humoris cõgelationis, & ideo dixit: Et causa qua A insit D est C, & ipsi C B, &

F huic est ipsamet, id est, & causa qua A insit C est B. & dũ dixit: Et huic ẽ ipsamet. intendit, ꝙ causa inessendi A ipsi B est ipsamet B: hoc est, ꝙ causa inessendi defluxũ frondium humoris congelationi est ipsamet humoris cõgelatio. Et expedit te scire, ꝙ de causa proxima dicat, ꝙ oporteat eã esse cãm non simpliciter, sed causam inessendi ꝺicatũ subiecto, nõ cãm essendi ipsum prædicatũ: vera aũt causa, q̃ est demonstrationũ, quib⁹ non permiscetur id, quod est p accens, est, quę amplectit, ꝙ sit cã maioris extremi sine medio, & ꝙ sit causa inessendi ipsum minori, & ꝙ sit vna.

SVBANA

Et hoc q̃m causa, ꝙ sit primũ, & est quod est sub vñ existens hoc idem: q̃m causa: ꝙ sit mediũ propinquum rebus particularibus est magis cõueniens, vt ipsum sit cã, ꝙ sit maior q̃ termin⁹ medius secũdus, qué nouit de termino, q est hic, de quo dixit: Et hoc, q̃m termin⁹ longinquus ab extremitate minore inest vtiq; minori pp terminũ propinquũ, vt in exemplo: q̃m cõgelatio lactis inest vtiq; ſpẽbus arboris: cuius cadũt folia pp nãm arboris durorũ foliorũ: & hãc rẽ declarauit p exemplũ tm: & dixit: Exemplũ, causa ꝙ A insit C est B: & causa ꝙ A insit D est C. sensus est. Exemplũ huius, vt cã ꝙ fluxus foliorũ insit ficui, & viti, & vniuersaliter cuiq; ex speciebꝫ arboris, cuius fluũt folia, est arbor durorũ foliorũ: q̃m cõgelationẽ lactis inesse ipsis est per mediũ arborem durorũ foliorum: & A accipit loco oris speciei arboris, cuius fluunt folia, & C accipit loco arboris, cuius fluunt folia, & B accipit loco congelationis lactis: & propterea dixit: Et causa, vt A insit D est C & ipsi C B. sensus est: & causa ꝙ A insit C est B. & cùm dixit: & hęc ipsa eadem: sensus est. & causa ꝙ A insit B est B idem, hoc est, ꝙ causa ꝙ fluxus foliorum insit congelationi lactis, est ipsa eadem congelatio lactis. Scire autem debes, ꝙ de causa propinqua dicitur, ꝙ oporteat, vt sit causa non absolute: sed causa, vt prędicatum sit. Causa autem vera, quæ est in demonstrationibus, cui non commiscetur illud, quod est per accidẽs, est, quæ aggregat quòd sit causa minoris extremitatis absque medio, & sit causa quòd ipsa insit minori, & ꝙ sit vna.

ANT.

ANT. INTER. TEX. XXVI. A

Rerū scia eadē ē demōni.

De syllogismo igitur ac demonstratione, & quid vtrumque est, & quomodo fit, manifestum est simul vero & de scientia demonstratiua, idem enim est.

ABRAM

T.c.100 Quid sit syllogismus, & quid demonstratio, et quo modo fiat vterq; ipsorum, iam commonstratum est. Et iam est cum hoc cōmonstratum, quid sit demonstratiua scientia, & quo modo hoc fit: ambo enim hæc sunt vna eadem res.

Cō.100 Ex quo demō est syllūs propriarū præmissiarum, consideratio de syllo est pars considerationis de demone: & ideo Arist. initiatus est Librū Priorū, q eius intentio de syllo sit, qd dixit, considerationem circa demonem, & de demonstratiua disciplina: & ideo ambos appellauit vno nomine. Et postq cōpleta ē eius cōsideratio de syllo in Lib Priorū, & in libro sibi proprio. s. in lib. posteriorū: completum est qd reliquū erat de ipsius demonstrationis consideratione: quæ est cōsideratio de materia syllī demonstratiui: notificauit in vltimo huius libri, q iā expleta sit intentio, quam intenderat, & præposuerat in capite libri Priorum: hoc.n. est qd dicebat in capite priorū libri, q id, qd intēdimus est demo: & de quo est inquisitio, est scia demfatiua. &'d. Quid sit syllus, & quid demfo, & quo mō fiat vterque ipsorū, iā cōmonstratū est, id ē, qd vero sit syllūs, & qd sit demfo, & illa est res, quā intendebamus in horum librorum initio, iā expletū est, qd commonstrari intendebatur de

SVRANA

Dixit Arist. De syllo, & quid demfo: & quomodo erit vtrūque ipsorum: hoc vtiq; ē ex eo, qđ iam declaratū fuit. Iamq; declaratum fuit cum hoc cōstitit ēt quid est scientia demonstratiua, & qūo erit hoc: & hoc, qm̄ vtraq; erūt aliquid vnū, & idē. T.c.100

Posteaq; demfo est syllus per propositiones appropriatas, speculatio de syllo fuit pars considerationis de demfone: narrat, qm̄ res est ita, aperuit Arist. librum syllī, in eo, q intētio sua in syllo est vtiq; speculari de demfone, & scia demonstratiua: & ppea vocauit vtraq; vno nomine. Et posteaq; perfecit speculationem de syllo in libro de syllo, & perfecit I libro appropriato in lib. Demfonis, qđ supererat ex ipso de re demōstrationis: & est cōsideratio de materia syllī demonstratiui: docet in fine tractatus, q iā superest ipsi intētio intenta, quā declarauit in principio libri de syllo: & hoc est sermo ipsius in principio libri de syllo: qm̄ qđ intendit, est demfo: & de quo ē inuestigatio, est scia demfatiua: & dixit. Quid aūt est syllūs, & quid demfo, & qūo erit vtrunq, ipsorum: hoc vtiq; est ex eo, qđ iam declaratū fuit: sensus est. Quid aūt est syllūs, & quid est demfo, & est illud, qđ intēdebat, cū narraret de ipso in principio istorum tractatuū: iam vtiq; perfectū est illud, cuius intendebat de- B Cō.100 I C

ABRAM

D de his in hoc loco. Dixit aũt hoc: qa
nihil reliquũ fuit de sylli & demſo
nis tractatu, quin illud ediderit: p-
fectã nanq; ſcia oſum rerũ eſt, quæ
ambit ſciam ſpecieꝝ illarũ rerum:
& ſcire id, quo illę ſpecies cõſtitu un
tur, hoc eſt, illas ſcire per ſuas defini
tiones, ſuarumq; definitionũ cau
ſas, & ſcire accidẽtia quę illis inſunt.
Quia aũt hęc tria notificauerat iã
lib. Priorum de ipſo ſyllo, & iterũ
notificauit hæc tria de re ipſius de-
monſtrationis I lib. Poſteriorũ. Vere itaq;
poſtq̃ totũ hoc expedierat dixit, q
E iã cõmonſtratũ ei fuit qđ intendera-
rat: & quia demſo inuenit in ſcien
tia demonſtratiua, Dixit: Et iam
eſt cũ hoc commonſtratũ, quid ſit
demonſtratiua ſcientia, i. queſita in
ſcientijs theoricis. Dum autem di-
xit: Ambo.n. hæc ſunt vna eadẽ res,
ideſt, q ſcientia demonſtrationis &
ſcia demonſtratiua ambæ ſunt vna
res, ſicut albedo, & album ſunt vna
eadem res: & ideo, qñ alicui com-
monſtratum fuerit quid ſit albedo,
commonſtratum eſt quid ſit albũ,
& ideo quærere quid ſit albedo, eſt
F ad ſciendum quid ſit album.

SVRANA

declaratio ex hoc hic: dixit aũtem
hoc: qm̃ non derelictũ fuit aliquid
ex re ſylli & demõſtratiõis, de quo-
rum facta fuerit intento: & hoc,
qm̃ ſcia perfecta in vnaquaq; rerũ
eſt, q magis cõprehenditur in ſcien
tia ſpecieꝝ iſtius rei: & ſcia eius in
quo cõſiſtit illę ſpecies, hoc eſt ſcia
ipſorũ per definitiones ſuas & cau-
ſas definitionũ ſuarũ, & cognitionẽ
accidentiũ, quę inſunt ipſis: & qm̃
iã declarauit hæc tria in libro ſylli,
& docuit cõſiſtẽ hęc tria de diſpõ-
ne demſonis, & hoc in libro demõ-
ſtrationis: igit in veritate, poſteaq̃
perfecit de hoc toto, dixit: iamque
declaratũ fuit cũ hoc, quę eſt ſcien-
tia demonſtratiua, intelligit quæſi-
ta in ſcientia ſpeculatiua, & cùm di-
xit: & hoc, qm̃ vtraq; iã ſunt vnũ:
ſenſus eſt: q ſcia demonſtrationis,
& ſcientia demõſtratiua vtraq; ſunt
vnum quid: quemadmodum dealbatũ & album vtraq; ſunt vnũ qđ:
& ppea, cùm declaratum fuerit ali-
cui, quid eſt dealbatum, eſt veluti
quid eſt album: & eſt ad hanc queſ-
tiõnem hominis, ſcientia quid eſt
dealbatũ vtiq; ad ſciam qđ ẽ albũ.

ANT. INTER. TEX. XXVII.

Quomodo Principia cognoſcantur: & quis principiorum ſit habitus. Cap. II.

DE principijs vero & quomodo fiunt nota, & quis cognoſcens habitus, hinc eſt planum addubitantibus primum, quod quidam igitur non contingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcenti prima principia immediata, dictum eſt prius. Immediatorum vero cognitio vtrum eadem ſit, aut non eadem dubitare poſſet aliquis: & vtrum ſcientia vtriuſque, aut non, aut huius quidem ſcientia, illius vero alterum quid genus, & vtrum non inexiſtentes habitus inneſcantur, aut inexiſtentes latuere. Si itaque habemus ipſos, abſur-

dũm

dum eſt: contingit enim certiores habentes cognitiones demonſtratione latere: ſi vero accipimus, non habentes prius, quomodo vtiq; cognoſceremus, et diſceremus ex non præexiſtente cognitione? impoſſibile namque, quemadmodum & in demonſtratione dicebamus. A

ABRAM

T.c.101 De principijs vero, & quomodo ſciantur, & quis habitus ſit, qui ea ſciat, ſit euidens hinc, primo præſſumendo, & dubia de eorum re proferendo. Quod vero impoſſibile ſit per demõſtrationem ſcire quod non ſciatur per prima principia, quæ ſint immediata, hoc eſt de his, quæ iam præpoſuimus, & de illo edi ximus. Verumtamen putandum ne ſit ſcientiam immediatam eſſe eandem, aut non eſſe ſic, eſt dubitandum circa hoc. poſſet enim dubitari & dici, cer nis ne, vtranq; duarum diſpoſitionum eſſe ſcięt̃iam nec ne? an in vnam cadat ſcientia, in alteram vero genus quoddã aliud. Et o vtinam certioratus eſſem, an hi habitus ſĩt in nobis poſtquam non præfuerãt nobis, aut nobis præfuerint, et obliti ſim⁹ illorũ, ſi illos præhabueramus, nefandũ hoc ẽ: oporteret.n. nos præhabuere notiones firmioris finis & ſit demonſtrationis, & eſſent illarum duæ obliuiones. Si autẽ adipiſcimur illos, poſtq̃ non habuerimus eos in ſterito, quo

BRVANA

Dixit Ariſt. De principijs vero, & quomodo erunt nota, & quis habitus cognitionis in ipſis, hinc vtique erit manifeſtũ, cùm inueſtigauerimus primo, & intellexerimus in diſpoſitione ipſorum dubia: & quidẽ fieri non poteſt, vt ſit cognoſcens per demonſtrationem aliquid, B cuius non cognoſcit principia pria, quæ ſunt immediata: hoc vtique eſt ex eo, de quo præmiſimus definitionem: de cognitione vero immediata, verũ eſt eadem, aut non ita, poſſet vtiq; aliquis dubitare de hoc: iamq; dubitaret et diceret: an ne vtrũ que ipſorũ eſt ſcientia, aut non: aut in vno ipſorum cadit ſcientia, in altero autem genus quid: & vtrum habitus iſti innouantur in nobis ex eo, & non erant C in nobis: ſi ſunt in nobis, & nos obliti fuimus ipſorum: et ſi poſſidemus ipſos, erit vtique abſurdum: & hoc, quoniam ſequitur, vt ſimus poſſidentes cognitionem validioris finis demonſtratione, & erunt ambo lateẽtia ipſos: ſi vero ſumus, aſſequemur vtique ipſas, poſtea quam non erunt poſſidentes per id, quod præceſſit: quo-

T.c.10 modo

ABRAM 1

D quo nam modo fit nobis aditus vt illos sciamus, et addiscamus, ex quo apud nos non est scientia prior in essendo: hoc autem est impossibile, prout dictum est de demonstratione.

Cō.101 Scire vero vnde nobis euenerint demonum prima principia, & qua virtute nobis euenerint, & quomodo euenerint, & quæ sit harum præmissarū natura, euidens est, ꝙ non sit Scientię logicę, & ideo protulit hoc scrutinium. Postq̄ narrauerit, ꝙ iam expletum ei sit qđ intēderat

E de re ipsius syllogismi demonstratiui, sed ex quo ex scientia harum rerū certior fit scientia de demonstratione, tradit dubiū, An demonis prima sciantur demonstratione, aut sine demone. Si autem sciantur sine demonstratiōe, an sciantur per aliud, aut per se: & ob has res visus fibi est meminisse hic de natura harū præmissarum, quæ sunt primæ in demonstratione, quantum possibile sit videri de illarum re in hoc loco, quatenus considerans demone adipiscereтur perfectionem suæ scię de demonstratione ob scientiā illius,

F quod videbitur de illarum re hic. qñ enim alicui commonstratū fuerit, ꝙ primæ præmissæ adipiscātur per aliam virtutem q̄ per virtutes sensus, & phantasiæ, sed ꝙ nobis fiant naturaliter, & ꝙ vniuersale sit alia à re ipsius particularis: notum itaque fit de natura harum præmissarum, quanta sit illarum assertio, post euentum huius scientię perfectioris ea: & fit etiam eius scięcia de demonstratione potior. Et dixit:

De

ABRAHAM 2

BVRANA

modo igit erit via nobis, vt scia mus ipsa, & addiscamus ipsa, ex eo, ꝙ non habemus cognitionē præcedentem: & hoc, qm̄ fieri non potest, quemadmodū dictum fuit in de demōstratione.

Vnde aūt scia demonstratiua pro- Cō.101
ueniat nobis primo, & per quā potentiā prouenit, & quo ꝓuenit, & q̄ nā istarum propōnū: planū vtiq;, ꝙ nō ē ex scia logices: & ppea adduxit in hoc inquisitionē alterā, narrans: ꝙ iam perfecit illud, qđ intendebat de re syllogismi demonstratiui: sed qm̄ erat cognitio de rebus istis ex eo, ꝙ erat confidens in ipsis scia per demonstrationem: & tradit dubiū si sciuntur prima demonstrationis per demfonem, aut absq; demfone & si sciuntur absq; demfone, aut sciuntur pp aliud ab ipsis: aut propter scipsa: & pp hæc, vidit, vt commoretur hic de natura istarū propositionum, quæ sunt primæ in demōstratione, illud, qđ possibile est, vt videat ex dispōne ipsarū hoc in loco, ita eo, ꝙ accipit speculans per demfonem perfectionem in cognitione sua per demfonē pp sciētiam in eo, ꝙ vt ex dispositione ipsorū hic: & hoc, qm̄ cùm declaratum fuerit alicui, ꝙ propositiones primæ prouenium vtiq; per potentiam alia à potentia sensus & similitudinis: ipsę vero innouantur, quemadmodū p naturam: ꝙq; vt est aliud ab intētione particulari: est vtiq; notū ex natura, quæ est ijs ꝓpōnibus illud, qđ est verū in ipsis, postea q̄ deuenerit illi hęc cognitio perfectior: & erit consimiliter et cognitio ipsius per demfonem meliorem: & cū d.

quo-

ABRAM

De principijs vero & quomodo sciantur, idest, scire vero qualitatem euentus principiorum demonstrationis nobis, hoc est, q̃ sciamus quo modo nobis euenerint hæ præmissæ, & an euenerint per se, aut p aliã rem ab eis. Dum autem dixit: Et quis habitus sit qui ea sciat, idest, & quæ forma de animæ formis faciat scire has præmissas. Et dixit: Fit euidens hinc, idest, hoc videbitur ex illis, quæ hic dicet, sicut huic loco est possibile. Et ex quo scientia perfectior euenit, postq̃ præcesserint orationes mutuo repugnãtes circa rei constitutionem, & destructionem. Dixit: Primo præassumentes & dubia de eorum re proferendo, idest, q̃ perfectum euidens hic de hac re cuius explicatio intenditur euenit, qñ præassumpta & enuntiata fuerint dubia, quæ in hac sunt. D. dixit: Quod vero impossibile sit per demonstrationẽ scire qđ non scitur per prima principia, quę sint immediata. Hoc est de his, quæ iã prępositimus & de illo ediximus, idest, q̃ vero notum sit de re harum præmissarum dico de principijs, q̃ sunt indemonstrabilia per aliud, q̃ qui nescit illa, impossibile sit eum scire per demonstrationem, est quædam res, cuius commonstratio iam prępositа est in principio huius voluminis, & est per se notum. Deinde dixit: Verumtamen putandum ne sit scientiam immediatam esse eandem, aut non esse, sic est dubitandum circa hoc, idest, quod vero est dubitandum de re harum præmissarum, est, an sciẽtia de illis & scientia

BVRANA

quomodo autẽ principia erunt nota: sensus est: cognitio vero p qualitatem, qua deuenit principium de monstrationis ad nos: hoc est, vt sciamus, vnde prouenũt nobis istæ propositiones: & si prouenient per se, aut propter aliquid aliud: & cũ dixit: & quis habitus cognitionis in ipsis: sensus est: & quæ forma ex formis animę facit scire istas propositiones; & cũ dixit: & erit hoc manifestum hinc: hoc est, quod appareat ex eo, quod dico hic, scilicet id, quod possibile est hoc, hoc loco: & quoniam scientia magis perfecta prouenit vtiq;, posteaq̃ præmiserimus rationes contrarias ad confirmationẽ rei & per causam suam: dixit: vt præmittamus, & intelligamus in dispositione ipsarum dubia: sensus est, q̃ manifestum perfectum in hac re, cuius monstrationem cõstruimus, prouenit vtiq; homini, cum premiserit & enũtiauerit dubia, quę sunt in hoc. D. d Quod autem fieri non potest, vt sciat per demonstrationẽ ille, qui non scit per prima, q̃ sunt immediata, hoc vtiq; est ex eo, qđ iam præmisimus & determinauimus: sensus est: q̃ autem notum sit ex dispositione istarum propositionum. hoc est principiorum, quę sunt absque monstratione per alia, q̃ qui non nouit ipsa, nõ potest scire per demonstrationem: huius vtique dispositionẽ iam præmisimus I principio istius libri, & hoc est notum per se. D. d. Vtrum vero scientia, quæ est absque medio sit vna & eadem, aut non est ita, posset aliquis vtique dubitare: sensus est: qđ a item dubitare posset aliquis ex dispositione istarum propositionum

A

B

C

simul

ABRAM

D tia de conclusionibus ipsarū sit vna
scientia sm speciem: & virtus illas
comprehendens de animæ virtutibus
sit vna, aut sint distinctę scientiæ per distinctas virtutes de aĺ vir
tutibus. D.d. Posset enim dubitari
& dici: cernis ne, vtranq; duarū di-
spositionum esse sciam, necne: An
in vnam cadat scientia & in alterā
genus quoddam aliud, ideſt, dubiū
autē est hoc, cernis ne, vtranq; dua-
rū adeptionum esse scientiam, quę
cadant secūdū vnum gradū, & per
vnam virtutem de animæ virtuti-
E bus, aut vna illarum duarum nobis
occurrat per aliquam virtutum ani
mæ, & altera per aliud genus de ge
neribus animæ virtutū: dico scien-
tiā principiorum & sciam ex princi
pijs euenientem. Et pōt esse, ꝙ eius
sīa sit aliud dubium, an ſ. scia de re
principiorum incidat nobis per spe
ciem sciæ, qua incidit nobis scia de
re conclusionū: & principia demō-
strationis indigerent demōstratio-
ne, aut scia principiorū nobis inci-
dat sm aliam spēm ab illa spē, qua
nobis incidit scia conclusionū. Et
F sit primum dubium, seu primū q̄si
tum, an virtus, quæ comprehendit
principia, sit virtus, quę cōprehēdit
conclusiones? Et hoc est manifestū
ex alia traductione: nos n. inuenimus vice huius paragraphi hęc, Et
esset alicuius dubitare & dicere, cer
nis ne, virtutem, qua sequitur scire
est per demonstrationem esse eandem illi, qua sequitur scientia prin
cipiorum, aut alia ab illa, ideſt cui-
uspiam est dubitare & dicere, cer-
nis ne, demſonis principia, & res
quæ

EVRANA

simul cum cognitione de ipsis, &
cognitione de conclusionibus ex ip
sis, est scientia vna in specie, & po-
tentia proueniens in ipsa ex poten-
tijs animę est potētia vna, aut scien-
tiæ diuersę per potētias diuersas per
potentias animæ. D.d. Iam vero du
bitaret, an acceptio vtriusque ipso-
rum est scientia, aut non: aut in al-
tero ipsorum cadet scientia: in alte
ro autem genus quoddam vnum:
sensus est: & dubium est hoc: an
ne vtraque duarum apprehensio-
num est scientia cadens secundum
gradum vnum, & potentiam vnam
ex potentijs animæ: aut vna ipsarū
cadit nobis per potentiam ex poten
tijs animæ, & altera per genus vnū
ex generibus potentiarum animæ,
hoc est scientijs principiorū, & scien-
tia proueniēte ex principijs: innuit
autem, ꝙ sit dispō sua dubiū vnum,
aut scientia de dispōne principiorū
accidit nobis, quemadmodū species
cognitiōis, qua accidit nobis inten-
tio conclusionū: & erunt principia
demſonis indigētia demſone, si co-
gnitio de principio prouenit p spe-
cē aliam á specie, qua prouenit no-
bis cognitio de conclusionibus, &
erit dubiū primum, aut quęsitū pri-
mum ipsum, aut potentia, quę asse-
quitur principia ex potentia, quę as-
sequitur cōclusiones, manifestum
ex translatione altera illud, qđ nos
inuenimus in ipsa loco istius capi-
tuli. Posset autē aliquis dubitare &
dicere: an ne potentia, qua sequitur,
vt sciat rem per demſonem, est po-
tentia eadem, qua sequitur scientia
per principium aut absq; ipsa: sen-
sus: & si dubitaret & diceret, an ne
principia demonstrationis, & ea,

quæ

AVERROIS

quæ demonſtratione commõſtrantur ambo ſciri demõſtratione, aut alterum ſciatur demõſtratione, & alterius ſit alia virtus, quam ſequatur illius ſcientia. Et qđ in hac traductione eſt per ſe, manifeſtum eſt ꝙ quæ ſcrutantur ſint duo quæſita: quorũ duorum vnum eſt, an virtus animę quæ compræhendit concluſiones, ſit quæ comprehendit præmiſſas: alterum autem eſt, an modus ſcientiæ, quo adipiſcuntur præmiſſæ, ſit idem, modo ſcientię, quo adipiſcuntur concluſiones. Dũ aũt dixit. Et o vtinam certior atus eſſem, an hi habitus fiant in nobis, poſtq̃ non ꝓfuerant nobis, aut nobis præfuerint & obliti fimus illorum, i. ſcrutinij initium eſt, an hęc prima intellecta, q̃ nobis naturaliter eueniunt, poſtq̃ non fuerunt, hoc eſt, ꝙ ipſa fieri in nobis, ſit ipſa eſſe fm ſe, & ꝙ prius q̃ fierent in nobis, ipſa non eſſent, aut nõ abſuerint, neq; defutura ſint nobis, ſed in iuuentute non compræhendamus illa præmimio humore, & illa cõprehendimus in ſenectute, ꝓut res eſt, quatenus eſt illorũ virtus poſt ſciam. Et hoc, qđ inſinuauit, fuit opinio Platonis. ille enim opinabatur, quòd intelligibilia nõ fiant fm ſe, & ꝙ diſciplina ſit reminiſcentiæ. Poſtq̃ autem meminit de his duabus opinionibus oppoſitis, meminit de nephando, quod infertur ex vtraque earum, & incœpit ab illo, quod infertur dicendi, ꝙ ſint nobis à puericię ętate: ſed humor nobis impedierit illorum cõpræhenſionem, ſicut eſt noſtra diſpoſitio de illis tempore ſomni, & dixit.

Si illos

AVERROIS

quæ oſtenduntur per demſonem, vtraq; ſciunt per demſonẽ: & vni fortaſſe eſt potentia altera, qua ſequitur cognitio ipſius: & quod eſt in hac translatione, eſt vtiq; manifeſtũ per ſe ex eo, ꝙ inquirimus de ipſo duo quęſita: quorũ vnum eſt, ſi potentia alę, quę apprehendit cõcluſiões eſt ea, quę apprehendit ꝓpõnes: ſcĩm vero, ſi modus ſciętię, per quem proueniunt propõnes eſt idẽ cũ modo ſcię, per quem proueniunt concſones: & cùm dixit: & vtrum habitus iſti inouaſtur in nobis ex eo, ꝙ fortaſſe iſunt nobis: aut B inſunt nobis & nos obliti fuim⁹ eorũ: ſenſus eſt: & principia inueſtigationis, ſi hęc intelligibilia prima, q̃ non ſunt, hoc eſt, quorũ innouatio in nobis eſt exiſtentia ipſorum per ſe: ꝙ; ipſa ſunt anteq̃ innouentur in nobis, non habent exiſtiã, ſi non auferunt, & non auferuntur, cùm ſint in nobis: & nos vtiq; nõ appre hẽdimus ipſa in iuuẽtute ꝓp humiditatẽ, & aſſequimur ipſa ſenectute fm illud, cuius diſpoſitio ẽ in eo, ꝙ obliuiſcitur ipſorum poſt ſciam: & hoc qđ deſignauit eſt opinio Pla C to. & hoc quoniam ipſi viſum fuit, quòd intelligibilia non innouantur per ſe, quòdq; diſciplina eſt vtique recordatio. Et poſteaquàm cõmemorauit duas iſtas opiniões oppoſitas de intelligibilibus, commemorauit abſurdum, quod ſequitur vtrunque ipſorum: & cœpit ab eo, quod ſequitur diametrò quòd ipſa inſunt nobis à tempore puericię: ſed humiditas prohibet nos aſſequi ipſa, quæ habemus in tempore conſiſtentiæ: & dixit.

Si nos

ABRAM

D Si illos habuerimus nephandum. hoc est, oporteret enim nos habere notiones firmioris finis, quàm sit demonstrationis, & essent illorum duæ obliuiones, idest. Si autem ex iuuenta habuerimus hæc intelligibilia, non obliuiscentes, eorum est quoddam dictum maxime nephandum, quòd habeamus notiones firmioris finis, quàm sint scientię, quę nobis eueniant per demonstrationem, & non reminiscamur illarum neque comprehendamus aliquam rem de illis, sed totas illas mandaue
E rimus obliuioni, cum nos inueniamus, quòd impossibile sit, ꝙ obliuiscamur totius illius, quod demonstratione sciuerimus, tanto fortius, quòd illorum sit certior & firmior notio, quàm sit scientia per demonstrationem. deinde dixit. Si autem adipiscimur illos postquàm nō habuerimus eos. vsque ibi, prout dictum est de demonstratione, id est. Si autem hæc intelligibilia nobis eueniant tempore suæ adeptionis naturaliter, postquàm penitus non fuerint nobis prius nota, quonam modo sit nobis aditus, vt ea scia-
F mus præter quòd nobis sit præcedens quid secundum scientiam & secundum esse. Iam enim præassumpsimus in huius voluminis initio, quòd omnis doctrina & omnis disciplina fiat ex præexistente cognitione. & illud significauit quando dixit: Hoc autem est impossibile, prout dictum est de demonstratione, id est, quòd illorum scientia sit absque scientia illa præcedente:

EVRANA

Si nos sumus possidentes ipsa, erit vtique absurdum: & hoc, qm̄ sequitur vtiq; vt possideamus cognitiones validioris finis demonstratiõe, & oblitisimus ipsorum: sensus est. Et si fuerimus a tempore iuuentutis possidentes hæc intelligibilia, nō obliti ipsorum, est vtiq; oratio in fine absurditatis, vt possideamus scientias validioris finis, q̄ sint scientię prouenientes nobis per demonstrationem, & ꝙ non recordamur ipsorum, & non assequimur ex ipsis aliquid, sed obliuiscimur oīum ipsorum: & nos inuenimus illud, quod scimus per demonstrationē, ꝙ fieri non potest, vt obliuiscamur ipsius rerminī: nedum ꝙ sciamus per ipsam sciam validiorem & confidentiorem, q̄ sit scīa demonstrationis: D.d. Si vero sumus vtique assecuti, posteaq̄ non sumus possidentes ipsa in eo, ꝙ præcessit: erit vtique nobis vsq; ad id, quod dixit, per demonstrationem consimiliter et: sensus est. Et si fuerint hæc intelligibiha prouenientia vtiq; nobis in tpe, quo assequmur ipsa per naturā alteram, ꝙ non fuerint apud nos penitus, & non fuerint apud nos ante, hac cognita: cùm igitur erit nobis via, qua sciamus ipsa, absq; eo ꝙ sit nobis præcessio p cognitionē & existentiam apud nos, ſm ꝙ nos præmisimus in principio istius libri, ꝙ omnis doctrina, & omnis disciplina prouenit vtiq; nobis per cognitionem præcedentem: & hoc est, quod significauit, cùm dixit: & hoc, quoniam fieri non potest, quemadmodum dictum fuit de demonstratione: sensus est: & hoc, qm̄ scientia ipsorum absque scientia præcedente

ABRAM

